This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

CAROLI WITTESTEYN,
SEV A PETRA ALBA,
PLACENTINI,

Vera totius Medicinæ forma.

Ad Serenissimum Alexandrum Farnesium, Placentiæ & Parmæ Ducem, ac Germaniæ Inferioris Proregem.

BIBLIOTECA

ANTVERPIAE,
Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.
M. D. LXXXVIII.

SVMMA PRIVILEGII.

REGIA Maiestas concessit Christophoro Plantino, Architypographo suo, facultatem excudendi, & in lucem emittẽdi libri cuius inscriptio est: *Caroli Wittesteyn, seu, à Petra alba, Vera totius Medicinæ forma.* vti latiùs patet ex literis datis Bruxellæ decimasexta Nouembris, Anno millesimo quingentesimo octuagesimo septimo. *Pamele v.*

Signat.

I. de Berty.

SEREN.

SERENMO ALEXANDRO FARNESIO, PLACENTIÆ ET PARMAE DVCI, AC GERMANIÆ INFERIORIS PROREGI.

MIRVM profectò videtur, Serenissime Dux, quamob causam hominum genus à Deo Optimo Maximo ad eius similitudinem creatum, miserum tamen ac mortale sit, & nihil aliud quàm simulachrum & vmbra. Homo enim (vt inquit Philosophorum maximus) est imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ lusus, inconstantiæ imago, inuidiæ & calamitatis trutina: bilis, pituita, melancholia, sanguis; morbi deniq; incidentes: cæca etenim & infelix hominum vita. Si quis autem hominum omniū, tum ætates tum status

contempletur, nihil ſtabile, firmum, ac iucundum inueniet. Quæ enim pars (vt inquit Plato) ætatis, calamitatibus vacat? Vt primùm natus eſt infans, vitam à lachrymis auſpicatur: deinde & in pueritia & in adoleſcentia, vel penuria, vel frigore, vel calore, vel verberibus vrgetur à præceptoribus, parentibus & dominorũ multitudine. Iſtis vbi exſolutus, iam curæ palàm emergunt, reputatioq́; quod viuendi potiſſimùm inſtituat iter: & virilem ætatem & vigorem aſſequutus, militat, legationes obit, exercitum ducit, ad varia exercitia ſe confert: magnæ difficultates in educanda ſobole & familia, maximi labores adſunt; tum iis qui celebrant nuptias, tum illis qui celibem vitam ducunt. nam illis, cùm vnius magna cum difficultate curam gerant, tum duorum habenda eſt ratio: hi verò

ſoli-

ſolitariam vitam agentes, quaſi propriæ infirmitatis deſtituti ſolatio degere videntur. Deinde iam fallens ſubrepit ſenectus, in quam confluit quidquid eſt infirmum fragileque naturæ. Et ſi quis totum temporis vitæ metiatur, dimidium quo ſomnus capitur, indifferens eſt: reliquum verò calamitatibus quæ hominibus imperant, refertum. nam etſi maximè diues, aliquo tamen laborat affectu; vel animi vel corporis; ac perpetuò angitur, cùm bonorum amiſſionem timeat: pauper ob ea quæ illi deficiunt infelix eſt: pius paupertatem patitur; impius nec animo nec corpore quieſcit: vir robuſtus morbum timet; imbecillus vt plurimùm vel laborat, vel ſemper formidine plenus: fortes, in prœlio citiùs occũbunt: bonum artificem mundus infortunatum reddit. Sapientes etiam

à genitore ſuo mundo malè afficiuntur. Socrates ob Dei cultũ epota cicuta in carcere interiit: Diogenes deuorato crudo polypo obiit: Æſchylum ſcribentem dilapſa teſtudo oppreſſit: Sophocles acino vuæ deglutito ſuffocatus fuit: Euripidẽ canes Thracij vorarunt: diuinum Homerum fames abſumpſit: alios ſenectus miſera apprehendit, alios triſtes ęgritudines perdunt; alij in bello, alij in fluctibus, alij in mari ventis agitati moriuntur, nonnulli laqueo vitam infeliciter finiunt. Infinitæ igitur ſunt mortalium ſortes & ineffabiles moleſtiæ ac miſeriæ. Quamobrem rectè Artabanus Xerxi dixit: cùm enim Xerxes Abydon appuliſſet, & intueretur Helleſpontum nauibus obductum, & omnia littora & Abydenorum plana hominibus referta; ibi ſe beatum iactauit; poſtea

lachry-

lachrymas fudit; quod Artabanus eius patruus animaduertens, quàm diuersa, inquit, nunc facis & dudum dixisti; qui te beatum dixeras, nunc lachrymas fundis! & ille respondit, Cogitãtem me quàm breuis est omnis humana vita, subiit horum miseratio, quorum cùm tot sint, nemo ad centesimum annum supererit: at (inquit Artabanus) alia quàm istud est; viuendo enim miserabiliora patimur: esse enim mortalium neminem, nec vllũ fore, cui semel genito nõ admixta sint quàm plurima mala. rectè igitur Euripides inquit, Nascens fleat, qui tanta vitę intrat mala. At si quis res ipsas prout sunt contempletur, hominẽ quidem cognoscet propter intellectum Deo similẽ genitum; ratione verò memoriæ, intellectus & voluntatis, Trinitatem referre; ideo immortalem: reliqua

verò ex luto genita esse mortalia, propter naturæ necessitatem in mutationibus versari videbit. Res enim natæ augentur, auctæ vigent, vigentes senescunt & tādem corrumpuntur; ac per mutuas generationis & corruptionis vices, ambitu reciproco talem circulum constituunt in rebus à natura productis. Absque igitur ratione pleriq; de mundo conqueruntur; quod etsi cuncta producat & generet, non iustè tamen de singulis hominibus iudicet: ignari profectò actorem fabulæ & Dominum vtrunque obseruandum esse, ita vt & personā quam actoris mandato induisti rectè, quamdiu illi placuerit, agas; & bona quæ à Domino mutuò accepisti, ad eius libitū reddas. Vnusquisque scientia & cognitione sui imbutus cognoscat quod mortalis sit, ex carne cōstans, corpus offen-

offensu facile & corruptibile gerens, denique grauissima quæque ad vltimum vsque spiritum expectans; ac res præsentes quæ nobis datæ sunt ne minimũ quidem temporis spatium durare posse: omnia quæ natura fortunáve nobis contulit, talia qualia sunt, reputãtes, cùm minimè nostra sint, illa tantùm animaduertentes quæ circa animam longè maiora & difficiliora cõtingere possunt; vt immoderatas contra naturam cupiditates effugiamus. non enim oportet à voluptate vinci, sed eius victorẽ esse. Hoc fiet, si bonum aut malum, vtile aut inutile, quid conferat aut obsit, rectè discernat homo; ita vt reliquis fortunæ bonis spretis, solam virtutẽ immortalẽ amplexetur. Iure igitur meritò qui hæc cognoscit, & operibus perficit, miris laudibus extollendus est. Quis autem alius hac tem-

peſtate, ac fortaſſe in præcedentibus tēporibus, maiori laude dignus haberi poteſt, aut quem nos cognoſcimus, aut cuius memoria ſcriptis ad aures noſtras peruenerit, qui tecum ſit meritò cōferendus. nam vt omittam ex quibus progenitoribus ortus ſis, ac quo pacto à clariſſima omniū quotquot fuerunt mulieres, matre tua educatus: ea tantùm quæ ex ſplēdore animi tui nobis eluceſcūt contemplemur. Nam cùm primum ex ephebis egreſſus, huius mortalis, caducæ vitæ fragilitatem ac breuitatem cognouiſti, virtuti incumbēdo animum tuum compuliſti, ad propugnaculum tibi parandum aduerſus tum mortem tum fortunæ caſus. Ex animi enim tui optimo cultu didiciſti temporalia iſta ſpernere, ac perennis effectus, ſicuti principibus conuenit, magis ſimilis Deo fieri.

Nam

Nam cùm iustitiam ita semper obseruaueris vt iuxta summam legum rectitudinem quàm summè fieri potest, in humana natura & seruatorem & custodem legum pręcipuum te exhibuisti. Aliis enim leges tradere didicisti cùm tibi ipsimet primò imperare scįueris. quo enim pacto quispiam alios temperatos reddet luxuria diffluēs, si imperare cupiditatibus nō didicerit, vt voluptatem & auaritiam vincat, frugalitatem diligat, linguam compescat, verecundiam, modum, ordinem, elegātiam, honestatem, decorem in gestu & habitu seruet? Quę cùm tibi omnia insint, mirum non est si te grauem ac temperantem adeò reddant, vt omnes tanquam in speculo contemplari possint omnes temperantiæ dotes; & præ manibus tanquam exemplar in cibo & potu & reliquis voluptatibus

tibus extremæ continentiæ habere. Cùm deinde tibi conſtanter perſuaſeris, nec mortem nec laborem mala eſſe, nec mors nec labor te perterrefaciunt aut à mente deturbant: ex quo intrepidus, audens, & minimè formidoloſus exiſtis. Si quis autem prudentiam non ſolùm in armis, ac in rebus ciuilibus agendis, verumetiam in dicēdi facultate admiretur; nulli, nec Cæſari ipſi inferior es iudicandus, quinimo maior. Meritò igitur te poſſe & ciuitates & gentes regere, & dignum eſſe qui cæteris imperes, omnes iudicant: cum cognoſcant te prudentem, temperantem, fortem, animoſum, intrepidum, patientem eorum quæ grauia videntur; prętereea beneficum, humanum, candidum, fidelē, tam amicis quàm inimicis. Iuſta ergo & decora iudicare potes, cogitata efficere, dura tolerare,

lerare, & omnia difficilia ſuperare. Tali igitur viro quis ad imperādum aptior & paratior inueniri poteſt: nā nec aliquis te diligentior exiſtit, qui & corpore ſis patiens, durus, mitis, prudens, ſimplex, amator, cautus, liberalis, donandi quidem, non recipiendi cupidus, tutus, & hoſtes aggredi aptus. Aduerſus enim eos audaciam exerces; erga ſubditos beneuolentiam; in opportunitate verò rationem & conſilium; ac ſemper animi fortiſſimi pręſentiam in rebus arduis cum ratione coniunctā habes, ſummopere laudas ac proſequeris: impetum verò ſine ratione, id eſt, temeritatem odio habes. Tandem ita ſapientem te feciſti, vt æmulatorem quaſi ſummi Dei te ſtatuas. nam quemadmodum ſummus Deus in vniuerſo ſemper omnia ritè gubernat, & viuit ipſe in ſe poſſidens ſapien-

pientiam: ita te docuit vt per hoc tẽporis ſpatium ſcientiam habeas qua illum imitari poſſis: hoc autem ſapiens & magnanimus præſtas, paternum animũ in ſubditos gerẽs. Deus enim non tantùm exiſtit creator, verumetiam & nutritor, omniumq́ue bonorum præceptorum auctor ac legiſlator omnibus ex æquo: hoc pacto tu Dei imitator & miniſter es, cùm vir ſapiens & Princeps ſis. optimè enim didiciſti ea pręcipua officia quæ ad Principem attinent; Deum videlicet colere, iudicare, & imperare. Quis autem Dei cultum te magis exercuit? cùm enim & naturam & virtutem Dei tecũ æſtimaueris; piè ſanctéq; & Deum colis, & alios colere etiam inuitos cogis. Rectè verò iudicas, cùm iuſtæ legis naturam vt par eſt didiceris; & primùm affectiones proprias regas, deinde ſubditis

impe-

imperas. Imperare verò rectè potes, cùm præcipuè bellum gerere ſcias. quod quidem documentum & tecũ natura attulit, cùm talibus parentibus ortus ſis, qui in bello clariſſimi ſunt habiti: ac deinde in eo te exercuiſti; vt meritò ſecũdùm virtutem, potiùs quàm ſecundùm opes imperio dignus ſis exiſtimandus. Nec ob tam præclara geſta animo es magis elatus: meminiſti enim te hominem eſſe, poteſtatem adeptum diuinam vt res honeſtas ac præclaras inſtituas; ſermone autem humano vtaris. & quemadmodum ſol nõ expectat preces vt exoriatur, ſed ilicò fulget: ita neque tu expectas plauſus, ſtrepitus & laudes, vt beneficia facias; ſed ſponte confers. Sed ſi clariſſimarum rerum tuarum encomia huc afferre cogerer, opus vtique eſſet hiſtoriam potiùs conſtruere quàm epiſtolam dedi-

dedicatoriam. Quis enim & strenuũ militem, & inuictum Imperatorem (vt reliquas virtutes omittam) aut poëta, aut historiographus maiorẽ te vnquam descripsit? omnes enim norũt quid in classe Turcica superata effeceris, quatenus dimicaueris, quid deinde, & in littoribus Græciæ & Africæ peregeris, ac postmodum apud Belgas quid in re militari præstiteris. Hæc animaduertens potentissimus ac maximus omniũ regum, & Belgas superandos & exercitum suum imperio tuo commisit; vt iam illud Pyrrhi tibi obiici non possit. Pyrrhus enim ad quendam promittentem instruere artificium ad instruendam aciem, & bellum parandum, qui tamen in acie & in bello nunquã fuerat; dixit, Non opus esse ei imperatore cuius aures tubę sonus non circumierit: nec etiam illud

Anni-

Annibalis, qui philoſophum irriſit, plura de bello diſſerentẽ, ac ſe multa præſtiturum iactantem, cùm tamen in bello nunquam fuiſſet. Tu verò cùm & prudentia & ſcientia rei militaris præditus ſis, ac experientia edoctus, olim miles, nunc imperator ac rector exercitus; & inimicos fuges, & oppida expugnes, & ea quidẽ quæ inſuperabilia videbantur: alterum Cæſarem meritò fortè te quis appellet: at ſanè in ducendis exercitibus, in militari diſciplina inſtituẽda, tum in hoſtibus cædendis ac profligandis, in fortiſſimis oppidis expugnandis, in parãdis obſidionibus, in conſtruendis pontibus, nec Cæſar ipſe tibi conferendus videtur: cùm & hoc tempore longè maiores fuerint difficultates tibi quàm illi: tum ob auxilia quæ inimicis vndiq; circumfluxêre à ſuperiori Germania, à

Gallia, ab Anglia; & præter hos ab internis & occultis hostibus: ad hæc & annonæ & commeatus penuria, pecuniæ indigentia, nec non & copiarum paucitas, negotiũ tibi facere videbãtur: tu tamen hęc omnia virtute tua, animi fortitudine, & summa dexteritate superasti ac vicisti; ita vt solus Alexander Belgas debellarit. Si Homerus hac tempestate, inter viuos versaretur, Achillem & Vlyssem in vnum Alexandrum transtulisset: cui nec fortitudo animi, & corporis robur ac vigor Achillis, nec Vlyssis prudentia & sagacitas, & ingenij acies desunt. quæ cùm admodum perrara sint, adeò difficilia; ferè impossibilia Homero visa sunt in vno homine reperiri posse. ideo Achillem & Vlyssem ad bellum Troianum conficiendum elegit: vt viribus Achillis & fortitudine, prudẽtia

&

& astu Vlyssis Troia expugnaretur. Et fortasse hoc tẽpore percunctatus Annibal priorẽ locum tibi in re militari tradidisset. Quod autem maximum in rebus omnibus existit, Dei subsidium perpetuò tibi comparasti: nec immeritò, cùm eius causam tuearis. Eius enim auspiciis omnia inchoas; nec enim hostes aggredi, nec obsidionem paras, nisi prius animũ ritè expiaueris, ac eum eucharistia expleueris. ita fortunam virtutis medio pedibus tuis subiecisti. Quamobrem nullus est hodie qui nomini tuo non faueat, nullus qui te laudibus non efferat: amici, subditi, hostes, alienigenæ, omnes te venerantur, virtutes tuas suspiciunt, vitæ integritatem, morum probitatem, animi & corporis fortitudinem, affabilitatem, erga Deum pietatem, religionis obseruantiam & patroci-

nium, fidem hoſtibus ſeruatam, ſupplicibus veniam conceſſam, omnes admirantur: omnes ad te cõfugiunt. Quàmplurimi Principes vndiq; accedunt, vt heroicas animi tui dotes propiùs contemplentur, & ſub tali imperatore arma exerceant, ac à tãto rerum bellicarum doctore & dictatore militarem diſciplinã addiſcant. Legati impetrandæ pacis gratia à maximis Principibus mittuntur; qui etſi hoſtes (quod mirũ videtur) non ſolùm fortitudinem & ſapientiam tuam timent & laudãt, verum etiam amore proſequuntur: & templi pacis claues apud te ſolùm repoſitæ ſunt. Quàmplurimi familiaritatem domus tuæ exoptant. Quorum in numero cùm ego iampridẽ fuiſſem, factum eſt occaſione quidem non exſpectata, vt cùm ego per decem & octo annos ferè Medicus extitiſſem

Serenissimæ matris tuæ, & post eius obitum inuisendi te gratia huc me contulissem, in familiarem tuum receptus sim. Qua de re vt grati animi aliquod specimen tibi ostenderem, Veram Medicinæ formam nomini tuo dicare decreui: vt eam quidem virtutem qua & inuidiam superasti, & calumniantium & maleuolorum ora occlusisti, & immortalitatem tibi comparasti, operi huic, nominis tui gratia & titulo impartiaris. fiet enim vt hoc nomine tantùm, perennis & fortunatus sit liber: cùm non tu fortunam sequaris, sed fortuna ex te etiam aliquod sibi nomen, fortitudinis tuę meritis, comparare studeat. Si quem autem vsum & iucũditatem ex eius lectione tum præsentes tum posteri capient, id omne tibi debere sciant. non enim ausus essem palàm proferre, aut hunc li-

brum edere, nisi sub immortalis nominis tui clypeo, splendore & gratia; cuius medio spero eum fore à temporis edacitate, & calumniantium morsu tutum, & viris probis charum, & animo sincero legentibus gratũ. Ego verò te summopere rogo, vt munusculum istud grato animo suscipias, & illi faueas. Vale omnium Principum decus & splendor.

PRÆFA-

PRÆFATIO.

PYTHAGORAM illum Philosophum quidem prudentißimum dicere solitum accepimus, nostram non esse possesionem quam in animo nō habemus. Diuina est enim lex, vt virtus vna sit potens: Sunt enim fortes anchoræ, prudentia, magnanimitas, fortitudo: opes verò anchora imbecillis, gloria adhuc infirmior, robur corporis, valetudo, magistratus, nihil firmum aut validum habent. Deligenda est igitur vita optima, vt virtus acquiratur; quam deinde cōsuetudo gratam efficiet. At virtutes disciplina & exercitio augentur: virtutum verò principia tria sunt; intellectus, potentia, voluntas. intellectu enim res ipsas contemplamur & iudicamus; potentia verò tanquam vi corporis sustinemus; atque voluntate quasi quadam animæ manu rebus occurrimus & ipsas apprehendimus; intellectus autem contemplari & iudicare non poterit, nisi disciplinis & rerum cognitione fuerit imbutus, ac in illis exercitatus; vt & ratione vniuersalia speculetur, & experientia singularia iudicet; rectè enim cognoscens, ac de eis iudicium æquum ferens, & vis corporis vt sensibilis intellectui subiacens vti seruus domino, & voluntas animæ facultas, intellectus ministra, simul conuenient, ac in vnum redacta, propriam totius animæ virtutem quam iustitiam appellamus, efficient. Hæc enim inter cæteras, si fas est ita dicere, magis nos Deo æquat vtpote quæ & nobismetipsis

& aliis imperare nos doceat. Rectè autem iudicaturum cognitio præcedat oportet. ex quo nosmetipsos cognoscere præcipit oraculum, vt inde beatitudinem consequamur. ob eandē enim causam philosophiæ incumbimus, propter sapientiæ desideriū, & sapientis speculationis amorem; beatitudo enim ex affectu circa sapientiam consistit, & ex speculatione boni circa sapientiæ comparationem, & verā entium cognitionē. Speculari igitur & cognoscere oportet vnumquemque veram suam essentiam: non vt philosophemur, sed vt sapientes effecti, beatitudine fruamur. consequutio enim essentiæ nostræ reuera entis, eiusq́; vera cognitio, sapientiæ consecutio est. Aliquid sapientiæ proprium est, veræ essentiæ rerum vera scientia. Per sapientiā autem, perfectæ beatitudinis possessio comparatur. Hæc igitur non fortunæ, non corporis præclaris donis acquiritur; horum enim & cognitio & acquisitio nec sapientem nec beatum virum efficient: vt enim inquit Socrates, quicumque corpus, diuitias, potentiam nouit, sua quidem cognoscit, sed non seipsum; animam enim nosse iubet, qui præcipit, Nosce teipsum. immò quòd maius est, nec cuius hæc bona sint, cognoscere poterit, nisi seipsum cognoscat. Nā (vt, inquit Stoicus ille) sola nostra sunt quæ in potestate nostra constituta sunt. Virtus igitur sola, illa est firma possessio quā conuenientibus laboribus nobis Deus Optimus Maximus vendit, ac potiùs largitur. Hæc igitur quæ potissimùm humanæ vitæ conducunt, mihi sæpenumerò cogitanti, factum est

vt

vt ad acquirendam virtutem, ingenij exercitationem circa liberales artes cæteris omnibus rebus præstare existimarem. ex his enim studio & exercitatione elicitur scientia, quæ (vt inquit Plato) est tam diuinarum quàm humanarum rerum certa ratione comprehensio; qua duce (vt Platonicè loquamur) erigens se ex figura in notionem hominis animus, ex notione in idæam, deniq. in suum principium feliciter prouehitur; ac ibi sapiens effectus beatitudine fruitur ac quiescit. hæc enim est humanarum rerum finis: hãc omnes perpetuò affectant; at plerique consequi non valent, quòd eam per varia diuerticula, nimirum in fortunæ bonis, illecebris & voluptatibus frustrà inquirant. Sed beatitudinem virtuti annectentes, virtutem posuere Dij sudore parandam. Quis autem hac consideratione impulsus in hanc solam omnes vires suas non intendat, cetera tanquam inutilia explodens? ita enim fiet vt beatam vitam ducat, nec de harum rerum quæ pro voto non succedunt, infelici euentu conqueratur: plerique enim omnia potiùs quàm nostram morum & ingenij ineptitudinem difficilemq; morositatem culpare solemus. Accusamus enim infortuniũ, senectam, inopiam, ægritudinẽ. Quod animaduertens Diogenes, audiuisse vocem se dicebat malitiæ culpantis seipsam. Exercenda igitur virtus est, vt inquit ille, & bona fortuna diuinitùs petenda. Ita enim licet vitam sine damno & omni malo agere, non cupiendo diuitias, nec optando; sed ex paucis rebus sine omni malo vitam

traducendo. Ergo paranda sunt nobis dogmata ad huiusce vitæ constitutionem: vt boni & sapientes effecti, præteritorum recordemur, præsentia agamus, & futura caueamus. Sed homo non ita facilè dogmata sibi comparabit, nisi quotidie & discat & audiat & sibi accommōdet. Factum est igitur vt à quamplurimis plurima horum gratia sint scriptis mandata, vt iisdem, & animi & corporis bonis prodesse possent. Inter quos primùm locum mihi obtinere vidētur & Philosophi & Medici, qui & animi & corporis curā gerentes, illis appositis præsidiis medentur. ex philosophia enim animus virtute instruitur: virtus verò animi excellentia & perfectio existit. Quam perfectionem cùm ex se non habeat, inferior est Deo, qui natura bonus & felix existens, perfectus est, nulliusq́ auxilio eget. At hominis natura auxilio eget: quod, partim ex propria volūtate, partim diuinitus ei accedit. quatenus enim rationes imaginatur, honesta & turpia cogitat, & è terrenis istis lacunis erectus, in cælos respicit, ac summum Deum factorē, benefactorem & conseruatorem suum contemplatur, diuina ope fruitur: quatenus verò tale principium intra se habet, nempe voluntatem, per quam potest liberè & virtutem sequi, vel vitio obsequi; & Deum colere, vel ab eodem auerti; proprio motu vtitur. In his autem cùm ratione vtitur, à brutis differt: bruta enim cùm ratione careant, scientiæ actionum quoque expertia sunt: hac enim absolutum & omnibus numeris perfectum humanæ vitæ instrumentum redditur,

redditur. vt in lyra enim aiebat Epicharmus ille Pythagoricus, tria requiruntur, instructio, cõcinnatio, & contrectatio: instructio autem in homine est partium plena cõparatio; partes verò sunt bona corporis & fortunæ: concinnatio est harum iuxta virtutem ordo: contrectatio concinna in bona & legitima temperatione cõsistit. humana enim vita euadit optima virtutis pariter & prosperitatis caussa: virtutis enim officium est, bonis secundùm naturam benè vti; prosperitatis verò, sui vsum exhibere. Siquidem honestum deliberare, & fortiter aduersa sustinere, virtutis proprium est; bene proficere, rationalis voluntatis; finem autem actionũ cõsequi, prosperitatis. Vincit enim imperator virtute duce, comite fortuna. Hoc pacto philosophi efficimur: ad quod consequendum, scientiæ omnes cõcurrunt; & præsertim quæ circa naturalia & diuina versantur. his enim intellectis quatenus humani ingenij imbecillitas patitur, admiramur à tenebris in lucem educti, summi Creatoris potentiã ac sapientiam, ac simplices, perfecti, puri, & ab hac humana, terrena, caduca vita separati, similes Deo, quatenus fieri potest, reddimur. Medicina verò quæ corpus curat, inter artes liberales elegantiæ, ornatus, & iocunditatis nulla minus complectitur: magnam vero contemplationem de conseruanda valetudine & profligandis morbis sui studiosis exhibet. Hac nihil vtilius humanæ vitæ excogitari potest: cùm & morbos pellat, valetudinẽ tueatur, victus rationem præscribat, medicamenta apposita

inue-

inueniat, vitam producat, senectam retardet, vitia etiam à natura contracta corrigat. Philosophus igitur & Medicus, & naturæ arcana cognoscens, & eius minister, animum & corpus, totũ videlicet hominẽ, regit, gubernat, tuetur, ac ab omnibus iniuriis arcet; tum ab illis quæ instant, tum ab iis quæ iam accesserũt. His monitus, Medicinæ theoremata breui enarrata in lucem effero. Ne quis tamen sit, qui me Socraticæ modestiæ oblitum esse suspicetur, qui sententiam illam expreßit, se hoc vnum scire quòd nihil sciret: Diuina planè ac homine sapiente digna sententia; qua non solùm humani ingenij imbecillitatem verißimè expreßit, sed & sapiẽtiæ persuasionem, vt homine moderato indignam, fugiendam consuluit. Quamobrem idem Socrates interrogatus quare nihil scriberet & ederet, respõdit: Quia video chartã multo preciosiorẽ, quàm scripta forent. Nec minus aptè respõdit idẽ rogatus Theocritus: Quoniam vt lubet, non possum; vt possum, non lubet. Sed etsi certa rerum cognitio ex demonstratione in paucis rebus habeatur; nihilominus vel coniecturis, vel manifestis aliquibus sensui, vel aliqua saltem opinione adducti ad indagãdas rerũ causas sciendi desiderio trahimur, ac ea deinde reliquis promulgamus; vt hac in re etiam Deum imitemur, cupientes tum præsentibus, tum posteritati prodesse; qua de re tot extant scripta. Ego verò Medicinæ præcepta, cui maximè studui, & quibus initiis ea fulcitur, in breue compẽdium redigere decreui. Humana enim vita quã breuißima quampluri-

mis & longißimis lectionibus ita defatigatur, vt ad optatum finem peruenire non valeat. nostrum enim ingenium etsi eximia ac solerti perspicacia sit præditum; tamen nisi summo labori assueuerit, & acri studio, & vehemẽti exercitatione iuuetur, futurum est vt ingẽti mole pressum tandem succumbat. Ingenij autem felicitas ad hæc percipienda, & ad tam salutaria artis pertractanda remedia facultas & aptitudo, naturæ tantùm dono constant; quæ nisi aliqua breuitate & facilitate alliciantur, & necessitate vrgeantur, torpescant necesse est. Si verò delectatione magnitudinis ac pulchritudinis rei trahantur, ac præterea breuitatem conspicientes spe perficiendi detineantur; fore nõ dubito quin ad optatum finem aliquando perueniant. gloriæ enim cupiditate adeò excitamur, vt vnusquisque summè excellere cupiat: quare non immeritò scriptum est, artes honore ali: omnes enim animum inducunt suum ad eas artes consequendas, quæ summa in admiratione ac pretio habentur. Quorum de numero si agatur, inter supremas Medicina quidẽ collocãda erit: tametsi maximis calamitatibus afficiatur. nam cùm primùm experimentorum audacia orta esset, præclara in sui admirationem adeò traxerat ingenia, vt in vnoquoq; non solùm causa nõ inquireretur, sed etiam ea homines tanquam numinis inuenta mirarentur, amplexarenturq́. Verùm experimenta cùm plurimis de causis postea titubare viderentur, ætate, sexu, corporis cõstitutione, aëre, cibo, potu, loco & tempore; factum est vt Medicina

teme-

temeritate, & casu, nō arte regi videretur, quæ solido dogmate & præceptis rectè innititur. Ita verò empiricis vsuuenire solebat, quemadmodū his qui experientiæ prorsus sunt expertes, theoremate omnino præstent; vt quamuis sapientū antiquorū omnia peruagati scripta essent, intelligerentq́ possiderent; vsu tamē remedij applicādi desides languerent. Quamobrē si hic mente consistere, ac rē tantā vt par est pōderare volumus: necesse est; vt Medicū iudicemus, qui prudentis artis remedia humanis corporibus ad salutē exhibere velit, exacta doctrina excultū esse oportere; eundemq́ etiā egere longo vsu, certaq́ experiētia; necnō & ciuilibus moribus ornatum eum esse oportet, vt omnes qui suæ fidei se cōmittunt, summa humanitate ac caritate tractet: pro explorato etiā habere debet, prudēti etsi Medico plurimas accidere difficultates, dum ritè artis præceptis perfungi studet. optimus enim est Medicus (vt asserere videtur Theophilus) qui poßibilia & impoßibilia discernere potest: illi enim perinde inuigilandū est, ac si perpetuò cōtra armatos hostes pugnandum esset; aduersus naturæ nostræ scilicet imbecillitatem, quæ semper internis & externis causis agitatur; contra morbi impetū & peruicaciā. nec non morborū & causarum exactā cognitionem habere, & medicamētorū salutariū inuentionē & eorū opportunū vsum calleat necesse est: in hæc autē etsi toto curriculo vitæ suæ insudauerit, vniuersa artis arcana assequi non poterit. nec parū illi videatur fecisse, si vniuersalia theoremata particularibus

ribus affabrè nouerit applicare. Optimè igitur factum est, vt hi qui in artis mysteriis sunt versati, & quorum solertia & ingenij acumē viget, præter artem qua aßiduè in humani generis beneficium vtuntur, & alios doceant, & artē plurimis documentis augeant & illustrent. quæ omnia apud sapientes pro solidæ laudis & gloriæ cumulo semper habita fuère. Hinc enim grata illa antiquitas his qui de cōmuni mortalium vita bene meriti erant, diuinos honores decreuit; hinc Romani summum gloriæ culmē attigère; hinc tot heroës pro diis celebrati habitiq́ fuère; hinc Apollo, Aesulapius, Hippocrates, ob Medicinæ tum inuentionē tum cultū in Deorum numerū relati sunt. Diuinus autē Hippocrates Laconicam breuitatē contēplatus, necnon & memoriæ nostræ imbecillitatem animaduertēs, breuißimo compēdio ac aphoristica dictione totam Medicinam est complexus. nec immeritò: satiùs enim est, ex Pythagoræ sententia, paucis verbis multa comprehendere, quàm multis pauca: qua de re interrogatus Lycurgus, quare Lacedæmonij breuiloquiū vsurparent, respondit? Quoniam silentio finitimum est: non enim si quis multa dixerit, admiratione dignus erit, sed potiùs qui pauca pronūciarit, si fuerint vtilia. est enim sapiētis viri, posse plurima paucis verbis complecti: nam, vt inquit Plato, dicendi modus non penes loquentem, sed audientem est: qui enim & sermonibus & scriptis tot ingerunt, si tantum molestiæ caperent, quātum est illud quo reliquos afficiūt, haud sanè nec scriptis

nec

nec sermonibus prolixi essent. plurima enim dicendo plurimum delinquimus: qui enim minus loquitur minus delinquit; nisi optimè (vt inquit ille) lingua in mēte fuerit intincta. iudicio enim in omni re mētis egemus, quæ si verba non direxerit, sæpius ante consultationem effugiunt. Quemadmodū igitur digni laude sunt, qui vniuersam hāc rerum faciē, cælorū gyrum, terræ ambitū, in angustum quidem redigūt, ac totius mundi opus diuinū admodum paruulis globis imitātur: ita nec inutilis nec superuacanea res mihi visa fuit, si vniuersa Medicina in amplum quidem dilatata breuißimè comprehendatur: vt vnicuiq; liceat breui tēporis spatia vniuersa artis theoremata percurrere, ac tanquam in speculo contemplari. Nec ob breuitatē obscuriora reddētur, immò potiùs aliquid lucis accessisse videbitur. Sed quia varia sunt hominum ingenia (alij enim simpliei lectione quæ nudā veritatē, & simpliciter exprimat, delectātur; alij verò & disceptationes & subtiliora requirūt) vtrisq; arbitror eodē compendio satisfactum fuisse. in textu enim, continuata ac elegantiori oratione, omnia quæ ad artem visa fuerunt necessaria, adduximus: in margine verò pleraque addidimus, quæ & animo satisfaciant, tum delectatione tum speculatione: in quibus quidem coactus fui alio dicendi genere vti sæpenumerò, ratione abstrusarum materierum quæ pertractantur. Hoc igitur duplici ordine, vniuersa quæ ad artem pertinent, nihil prætermittendo, inuestigare vnusquisque & assequi poterit.

CAROLI

CAROLI WITTESTEYN, SEV A PETRA ALBA, PLACENTINI,

Vera totius Medicinæ forma.

CAP. I.

De Medicinæ inuentione & constitutione.

Inuenta Medicinæ Aesculapius primus docuit.

AESCVLAPIVS, omnium, quos nouimus, primus admirandam medendi rationem apud Græcos docuit; ob id in deorum numerum relatus eſt. Conſtat tamen, multò ante Ægyptios (ſicut & iis priores Chaldæos & Hebræos) non ſolùm medendi cognitione, ſed longè præſtantioribus diuinis myſteriis, & naturæ abdita & abſtruſa ſcientia fuiſſe illuſtres. Claruit ab Æſculapio Cous ille Hippocrates, vir & arte & ingenio inſignis; quem parens natura, tanquam facem quandam, ad communem mortaliũ vſum accendit. Is primus, diuino impetu adiutus, medẽdi rationẽ à Sophorum

Hippocrates primus medicinam artificiosè docuit.

Hic Æſculapius apud Mercuriũ Triſmegiſtũ filius eſt Apollinis; & eſt ille, qui Hippolytum rediuiuum Dianæ dono dedit. Hi ambo erãt Ægyptij. Ferũt alij, Mercuriũ inuẽtorẽ Medicinæ, alij Capim Regem Ægyptiorum, alij Arabim Apollinis filiũ. Æſculapium ſecuti ſunt, Podalirius, & Machaon, apud Agamemnonem in

schola ad vsum & commodum publicum reuocauit; eamq; adhuc rudem, nec satis arte elaboratam, incredibili felicitate ingenij, omnibus dotibus fœcundè illustrauit; ita vt viuus summos honores, & apud posteros æternam nominis gloriam sit consecutus. Cui successerũt tum filij, tum alij clarissimi viri rationalem medicinam feliciter exercentes; donec [2] Philonus, & deinde Serapio, studium hoc sciderunt; nihilque rerum naturæ contemplationem ad medendũ conferre professi, sectam, ab experientia, cui se totos addixerant, empiricam vocatam, instituerũt. Hinc deinde methodica, quæ priorem & impudentia & superbia longè vicerat, successit. licet Plinius Asclepiadem, vetere medẽdi ratione exclusa, communium auxiliorum vsum, Pompei Magni tempore, inuexisse scripserit. Has sectas Galenus, qui Hippocratem sequutus, rationalẽ infinitis operibus illustrauit, acerrimis rationibus expugnat. De ista dissentione nihil, nisi quod ad præsens institutũ desiderari nullo modo

Philonus & Serapio empiricorũ primi.

Asclepiades primus Methodic⁹.

Galenus Dogmaticus illas sectas delet.

bello Troiano clari habiti Harchagat⁹, Pausaniæ filius, Peloponensis primus Romæ medicinã exercuit. Tẽpore Marci Catonis Censorij, expulsi sunt è Roma medici postea clari sunt habiti, Cassius Calpitanus, Aruntius Scubrius, Antonius Musa Augusti Cæsaris familiaris & amicus.

2. Aiunt tamen Chironẽ, ex centauris optimum, Saturni & Phidiræ filiũ primum herbarum vires inuenisse. prim⁹ tamẽ scriptor Orpheus, deinde Mosu, postea Dioscorides, Cato, Poponius Mela; Leucitus Pompei Magni libertus domini sui mandato Mitridatis opera Latinitate donauit.

potest,

potest, dicam. ³ Dogmaticam ergo medendi rationem, cùm sit ipsi naturæ ac rationi coniuncta, quam etiam Hippocrati acceptam ferimus; non sectam censemus, sed fontem purissimum, qui ex limpidissimis venulis, quæ hinc inde ex omni rerum natura in communem riuulum scaturiunt, collectus est. Ex hoc fonte manat istud totũ quod multos viros, à mundo condito, ad summas dignitates euexit; hic fons quidquid de rerum natura illustre, abstrusum, recõditumq; haberi potest, complectitur. Quæ omnia vt sunt dignitate amplissima, ita quoque eorũ cognitio paratu difficillima. adeò verum esse comperimus, difficilia quæ pulcha. Quid ergo sunt sectę? nihil nisi lacunę cęno & luto refertæ. Et tamen sectarum ambitiosi ea sunt audacia, temeritate, impudentia, vt Pactoli opes, & lactis gallinacei haustum polliceri audeant, seque omne morborum genus cura-

3. Hinc originẽ ducit Medicina; quæ diuiditur in Theoricam et Praxin. Theorica est perfecta notitia rerum quæ solo intellectu capiuntur; & quarũ futurũ est opus subiecta memoriæ: Praxis verò est, subiectam Theoricam secundum eius intellectum in operationibus palam sensibus facere. Theorica diuiditur in tres partes, in sciẽtiam rerũ naturalium, non naturaliũ, & eorũ quæ sunt extra naturam. Res naturales consistunt in animatis, sensibilibus, corporibus, & insensibilibus: diuiduntur in septem partes, elementa, humores, temperamenta, membra, virtutes, actiones, spiritus. non naturales sunt sex, aer, cibus & potus, somnus & vigilia, motus & quies, inanitio & repletio, animi accidentia. Extra naturam sunt tria, morbus, morbi causa, & morbi accidentia seu symptomata. Praxis diuiditur in sanitatis custodiam & morborum profligationem: reassumptio & præseruatio videntur esse media inter sani-

turos feliciter promittant: cùm tamen altera cognitionem naturæ nihil in vniuersum ad medendum facere arbitretur, imò nec causarum operationumque cognitionem necessario desiderari, sed * experientiam omnia absque horũ opera præstare posse contendit: altera verò fallacias suas, conficto etiam honesto nomine, vẽdicare solet Methodicam; tanquam nihil quæ ad veram methodum spectant, omittat: cùm nihil faciat minus. in eamque calamitatem vtilissimam artem impudentia methodicorum diduxit, vt Thessalus sex mensium termino artem doceri posse cõtenderet, communibus quibusdam indicationibus, quæ ab euidentibus sumerentur. ergo nec locum, affectum, causam, ætatem, naturam, consuetudinẽ, vires, habitum corporis, tempus, regionem, consideranda esse; sed omnia vt inutilia explodenda esse arbitrabatur. Et fuerunt tamen aliquando sectę in pretio; erantque qui circa ipsas tanquam ad Sireneos scopulos consenescerent: donec Galenus, vir omni genere eruditionis excellens, tum maximè in demõstrationibus exercitatus, sectis

tatis custodiã & morborum curationẽ. Curatio perficitur pharmacia, diæta & chirurgia.

4. Empirica tres sunt species: prima incidentiũ, dum inconsultò ad experientiam accedimus: secunda ex proposito, cùm aliqua opinione ducti aliquid experimur: tertia imitatrix, dũ ea quæ aut opem aut noxã attulerũt, rursus in iisdem affectibus aut experimur aut declinamus.

Empirica.

Methodica.

Thessali impudẽtia.

Galenus in sectas inuehitur.

ſectis illis, tanquam portentis & monſtris, bellum indiceret. Quanto verò ingenij acumine negotium egerit, ſi quis paulò altius ſcripta eius introſpexerit, videbit omnino haud maiori cõſudore Herculi illi gloriam ſuam cõſtitiſſe, quam in expurgandis monſtris ſibi comparauit. adeò laborioſum & difficile erat, multæ operæ, & infinitæ induſtriæ, hanc artem, vndique miſerè oppreſſam, à ſectarum monſtris vindicare; & à lacunis ad fontes & veram Hippocratis doctrinam (quæ Galeni tempore omnino in lituram conſederat) reuocare; à latebris in lucem erigere; obſcura & perplexa, ingenij ſubtilitate illuſtrare. Atque hæc eum præſtitiſſe, monumẽta eius, quæ omni poſteritati fuerunt & erunt admiranda non minus quàm vtilia, abundè teſtantur. nec minori laude Medicos ſuæ ætatis, tum Romæ tum in Gręcia ſæpiſſimè, cùm res poſtulabat, acerrimè, non rationibus ſolùm, imò & artis operibus, conuicit. Sed longiùs ſi in laudem Galeni deſcenderem, deducerer ab inſtituto. Hæc dicta ſunt ſuccinctim, vt fidem facerem optimis viris, ſummo ingenio & prudentia

eos extitisse, qui ex publicis scholis sectas excluserunt; primisque gymnasiorum conditoribus persuaserunt, vt rationalis medicina publicè profiteretur: in qua Hippocrates, qui eam feliciter seuit, primas; Galenus verò, qui eandem diligentissimè excoluit, secundas obtineret: Præterea Hippocratem (qui dicendi genere ita vtebatur succincto & obscuro, vt planè absque Mercurio sensus etiam eruditorũ eluderet) summa laude interpretatus est, & omnia optimi Senis præcepta, adiectis etiam desideratis, reddidit illustriora. Qui, si nunc hac tempestate inter viuos versaretur, Teophrasticam disciplinam & eius sectatores, nõ minus quàm Methodicam, è scholis deturbaret; & conuitiis, quibus Hippocratem, & Galenum accusant, facilè respõderet: nec Theophrastus iniquus iudex eos principiorum imperitos appellasset, se medicorum principem iudicans. Principia quidem statuit mercurium, sulphur, & sal; postea addidit spiritus; quasi tria principia: & quatuor elementa non reperiantur apud Aristotelẽ, Hippocratem, & Galenũ, propriis tamen nominibus nuncupata;

Theophrasti Paracelsi doctrina

cupata; ita ſi medicus extitiſſet, ana-
tomicam adminiſtrationem nō ſpre-
uiſſet, liturgiam illam mundanam
adducens, quaſi iidem non intellexe-
rint, hunc hominem paruū eſſe mun-
dum: (non eſt autem mirum, illum
anatomicas diſſectiones parui facere,
cùm in illis nunquam fuerit exercita-
tus:) ſicuti etiam non cēſuiſſet mor-
bos ab humoribus gigni, ſed ab ele-
mentis; tanquam elementa non con-
tineantur, teſte Hippocrate & Gale-
no, in humoribus. Falsò etiā accuſat
Hippocratē & Galenum, vt qui tem-
porum mutationes non obſeruarint;
cùm & quàm plurima volumina ex-
ſtent, in quibus & horum obſeruatio-
nes indicant. cùm verò omnino negat
contraria cōtrariis eſſe remedia, haud
rectè ſentit; licet aliqua ex parte for-
tè verum dicat. aliquando enim ea
quę ſimilitudine vel propria facultate
& ſpecifica non omnino cōtraria eſſe
videntur, morbo tamē contraria ſunt.
Nec priſci artis chemiæ ignari fuere;
licet poſtea tempore extincta ferme
fuerit, cùm tamen ſummè ſit vtilis.
Nos verò ex vniuerſæ artis Medicæ
fonte, tanquam ex immenſa quadam
ſilua,

Remedia non ſemper morbo contraria.

Scopus Authoris.

silua, certo iudicio & vera methodo Medicinæ formam in summam conclusam afferemus; vt eam tanquam in speculo contemplari liceat. Vniuersa itaque disceptatio est, qua via [5] ars Medica lucidè & perspicuè parari possit, inquirere. Galenus certè, pro incõparabili suo ingenio, non hanc artem solùm, sed omnes præterea, triplici tantùm modo docendi, tum certo [6] ordine doceri posse contendit. Primum quidem ex [7] finis intellectione esse, qui etiã fit per resolutionem. neque intelligitur [8] resolutio totius in partes; sed finis ipse in plura ad eum requisita resoluitur. perspicuum enim est, finem mente conceptum nobis suggerere, tanquam indicem, omnia quæ ad artem sunt necessaria; cùm is causam agentẽ excitet; & cuncta quæ

Triplex docendi ordo.

Resolutio.

Finis effectus.

5. Ars est habitus quidam recta cum ratione efficiẽs, vt Aristoteles 6. eth. Medicina est ars; quia finis eius est opus. à sciẽtiis tamẽ ducit originem. differt à sciẽtia, quia circa singularia versatur, ex quo Auerr. col. 6. c. 1. rectè medicinã definit, dicẽs: Medicina est ars effectrix, ratione & experimento inuenta, quæ & sanitatem cõseruat, et morbos pellit.

6. Ordo est instrumẽtum naturæ; sine hoc nec meditatur nec operatur quicquam; instrumenta autem sunt quatuor, propositio, diuisio, definitio, demonstratio. videtur tamen duos tantum esse ordines; definitio enim & resolutio sunt idem.

7. Finis est eius, cuius est finis, perfectio; quæ si in actione consistit, in eo residet cuius est actio; in passione, ab eo transit in illud cuius est passio; & est in his quæ agunt à natura vel mouent, vt Arist. 11. Met. c. 2. est vltimum cuius causa fit omne quod fit: terminat enim operationem & intentionem agentis, finis mouet non verè, sed metaphoricè.

8. Resolutio alia vniuersi in partes, alia rei compositæ in simplicia; alia corporum naturalium in elementa; alia argumentorum in proprias species, & est rei compositæ, in ea ex quibus facta est compositio, reductio.

ad

ad artem faciunt, certo ordine, nihil prætermittendo, inuestiget, donec ad elementa & artis principia sit peruentum. [9] Compositiua, cui secundum locum assignauit, ea quæ per priorem sunt inuenta, rursus componere solet. ab elementis enim incipit, in quæ resolutio terminabatur; &, mutato ordine, graditur & componit, donec singula ad artem necessaria docuerit. [1] Definitiua tertium locum tenet. hæc proponit generalẽ definitionem, singula artis capita complectentem: quæ capita rursus in partes dissoluit: hasq́; iterum in alias: nec ab eiusmodi sectione in membrorum declaratione desistit, donec omnia ad artẽ necessaria in genere declarauerit. [2] Ex quibus resolutiua ceteris est præstantior: tum quòd à notione finis, causæ vide-

Compositio.

Definitio.

Resolutionis effectus.

9. Huius tres sunt modi; speciei ex suis causis, generis ex speciebus (& hæ intellectui sunt notiores quā sua partes) indiuidui in suas partes; hæc notior est apud sensum. Suis partibus compositio nō est vt cumulus, sed vt syllaba. triplex est ex Aris. 2. de parti. animal. c. primo; prima elemētorum, secūda partiū similarium, tertia dissimilariū. differt ab ordine. est enim in his quæ habent compositionem communem: ordo autem habet primum & secundum; nec repugnat simplicitati. anima enim componitur ex potentiis, & tamen est simplex. omnino tamen compositio dici potest ex tribus; qualitate, cui respondet species; ordine, cui totum; positione, cui compositio.

1. Definitio multipliciter dicitur; vno modo significat substantiam, & hoc aliquid; alio modo quodcunque prædicamentum, vt Arist. 7. Met. cap. 3. 4. 14. & est aut principium demonstrationis, aut demonstratio positione differens, aut conclusio demonstrationis, vt Arist. primo Post. & tria requirit, vt in ea sint omnia substantialia, vt priora natura sint præordinata, & omnia hæc sint definitum; ita vt nec excedat nec superet. & est breuis & circumscripta oratio, quæ alicuius rei naturam explicat.

2. Est enim eius proprium, res concretas & simplices dirimere. stat

 licet,

licet, diuinè ac nobilissimè exordium capit, tum etiam quòd non solùm docet, sed inuenit ipsas artes, & adeò ipsas constituit: itaque non dignitate solùm, sed & methodo primas iure sibi vendicat. [3] Compositiuæ non mediocris est excellentia. à simplicioribus enim, ac prioribus, & demõstratione dignissimis (quæ per causas probat) exordium capit. quem modum multi doctissimi viri, vt ad docendum valde appositum, maximè Aristoteles, obseruasse videntur; cùm à simplicibus semper procedant ad cõposita. [4] Definitiuæ hoc vnum honori tribuitur, quòd ad memoranda artis capita plurimum conferat. Inuentis itaque viis & methodis, quibus ars medica & inueniri feliciter, & doceri cũ ratione possit: iis hîc vtimur, quæ non arte solùm, sed & dignitate excellere sunt repertæ. Principiò itaque artem, à finis notione, totam ex neruis & ossibus compactam, constituamus. id fiet per finis resolutionem, quousque ad principia perueniemus, formas tãtùm & capita vestigantes. ordinato progressu à principiis deinde auspicabimur, vt singula rursus cõponamus, ordine

in aliquo primum; alioquin in infinitum abiretur.

3. Hæc notior est quo ad nos; quia indiuiduũ notius est quàm genus, in naturalibus: melior est via, diuisio in mathematicis. Cõpositionis et diuisionis duplex modus; vnius secũdùm species, cùm resoluuntur in genera; alter secundùm materiam, cùm corpora naturalia componũtur ex elementis, & in hæc resoluuntur.

4. Hæc nec esse nec nõ esse, sed tantùm quid sit rei ostendit. reddita definitione, non vltra querimus, quasi nacti simus cognitio-

Compositionis effectus.

Definitionis effectus.

Ars à finis notione.

ordine repetito, & adiectis singulis membris, per resolutionem inuentis, in ipsa compositiua methodo per succinctam explanationem; ita vt ex forma illa elucescat vniuersam substantiam artifici esse perspectam. Nec est vt quis instituto ex duplici methodo tenebras offundi arbitretur. Separentur enim ita, vt primò per finis notionem breuiter delinietur: per compositionem partes singulæ, quantum per breuitatem fieri potest, explanentur. ex qua dispositione totã œconomiam mens ipsa ita consequetur, vt obscuris & perplexis lucis & facilitatis aliquid accessisse cognoscat. [5] Artem Medicam à finis notione commodissimè constitui, quia per quæ principia & quas vias ea consistat hoc modo elucescit, tanquam demonstratum & apertum assumimus: Finis verò eiusdem est sanitatis conseruatio & acquisitio: quo fit vt medicum quidnã ipsa sanitas sit cognoscere oporteat. hanc verò, secũdùm ipsius essentiam, nemo cognouerit, nisi corporis habuerit no-

Ars medica à finis notione cõstituitur.

Finis Medicinæ.

nem eius causæ vnde nata erat quæstio. Sumitur autẽ definitio aut probandæ rei causa, aut augendæ, aut cõfirmandæ. tribus modis potest intelligi in applicatione partium ad definitum, in cognatione partiũ definitionis inter se, in applicatione totius definitionis ad definitũ. Differt à suppositione, quia nec esse vel nõ esse dicit: à demõstratione quia demonstratio quid in hoc vel de hoc est, vel non: à descriptione quia definitio constat genere & differẽtiis; descriptio subiecti intelligẽtiam claudit vel accidentibus efficientibus vnam proprietatem, vel substantialibus differentiis præter conueniens genus aggregatis.

5. *Finis omnibus rebus nomen ponit, & est melior aliis causis, quia aliæ causæ sunt propter finem, finis in arte alius est operis, alius in*

titiam,

titiam, & quàm multifariam, & quibus modis ac causis ipsa vitiari possit perspiciat: nec minori cura parabit cognitionem instrumentorũ (sic præsidia vocari liceat) quibus singula vitia excludat: postremò artem habeat necesse est, qua præsidiis dextrè & ad ægri salutem vtatur. Breuissimè itaq; tota ars tanquam duabus columnis fulcitur; natura videlicet corporis, & vsu auxiliorum. Corporis cognitio sic paratur. ex anatome suggeritur, [6] partes corporis aut similares esse aut instrumentales: eas omnes Medicus, ne vna quidem omissa, non in genere solùm, sed particulatim secundùm totã substantiam (quam ex materia & forma constare scimus) perfectissimè cognoscat necessum est. [7] Similares à Galeno alibi sensibilia corporis elementa vocantur: nam quodammodo initia rerum omnium referunt, quæ elementa vocantur, hęc enim non ad sensum solùm, sed ad intellectum similarium sunt partium: neq; propter minimam ad sensum diuisionem, pars

Ars Medica duobus fulcitur.

Partes corporis similares & instrumẽtales, & quæ sint.

quo quiescit operatio operantis, est enim finis initium cogitationis, & vltimũ operis. res verò inuẽtes sunt vltimũ cogitationis & initium operis.

6. Pars est materia totius. Partes dupliciter dicuntur; vno modo quãtitatis, ex quibus aliæ mensurant rem, aliæ non; aliæ sunt res in actu, aliæ non; aliæ similes, aliæ dissimiles: altero modo significat nomen partis id in quod diuiditur res ratione qualitatis & formæ, & sic dicimus corpora cõstitui ex materia & forma, & definitionem ex genere & differentiis.

7. Similares aliæ tanquam materia membrorum dissimilarium, alia tanquam ornamentum, alia vt excrementa. Arist. 2 de part. anima. cap. 1. Si diuidantur, totum & partes eodem appellãtur nomine.

totius

totius naturā exuit in similaribus corporis partibus. Ad rationem verò compositæ & dissimilares noscuntur.

8 Instrumentales verò ex similarium certo numero, formatione, positu, & magnitudine sunt compositæ. & vt sunt duplices partes, ita quoque bifariam operationes distinguuntur: aliæ enim similarium, aliæ organorum: est verò tum similiariū tum organorum operationis causa à Medico scienda.

9 Operatio ergo à virtute manat; virtus verò à calore innato; hic præcipuā originem ducit à corporū cælestium lationibus & eorum approximatione; in similaribus quidem consistit in tēperamento; in instrumentalibus verò in constructione; quæ quatuor generibus comprehēditur, & paucis vtrobique in totius partis substantia. Sed & virtus omnis, maximè vitalis & animalis, suo vehiculo, quod spiritū dicimus, in singulas particulas deriuatur. cognita varietate particularū singularum, operatione, causa, & vehiculis, tum iunctis simul omnibus, etiam totius notitiā consequemur: & 1 sanū corpus esse apparebit, quod optimam temperaturam in similaribus, & opti-

Operationes aliæ similariū, aliæ instrumētalium.

Operatio, virtus, calor vnde.

Spiritus.

Corpus sanum & ægrū quid.

8. Dissimilares partes si diuidantur, partes & totum nomine differunt, & inuicē distinguuntur.

9. In cōceptus enim formatione, operatio elementi, virtus, et anima, & intellectus qui est cū calesti virtute, eo quòd ipsa mouet cælum, & omnes virtutes calestes quæ sunt in materia generabilium, et intellectus purus, & primū mouēs & informans omnia illa sub ipso instrumētaliter agentia.

1. Proportio qualitatū nō est sanitas; sed ex eis cōflata,

constánsque certa quantitas. Sanitas & ægritudo considerantur à Philosopho vt passiones entium naturalium: à Medico, quia destruit vnã & conseruat reliquã. Ægritudo est læsio actionũ membri sensibilis aut eius passio.

optimam constructionẽ in organicis, denique quod ex formę vnà cum aliis vnione optimè sit concinnatũ; ægrũ, quod in vno aut pluribus horum, vna aut pluribus particulis à naturæ modo declinat. Sed redeamus ad resolutiuã methodum, quam interiecta illa de sano & ægro corpore turbarat. Operationem omnem primariè partibus similaribus acceptam ferri demonstrabitur suo loco exquisitiùs; & quo pacto ita contingat; eiusq; causam esse facultatẽ in genere, quæ à totius forma ortum trahit: particulariter verò cuiusq; particulæ similaris substantiam: quæ iterum à temperamenti proprietate in ipsa essentia haud quaquã differt, licet intellectu discerni nihil prohibet. ex quo illud verum esse constat, naturalem particularum temperaturã operationis causam esse. quæ quidem operatio licet in temperatura cõsistat, nihilominus à calore innato, tãquam formæ instrumento, fit: hęc autem potiorem sui ortum trahit [2] à corporum cælestium latione, concursu, & approximatione tanquam causa vniuersali: quæ naturam etiam dirigit in eius omnibus operationibus, tanquam

Operatio vnde oriatur.

Corpus cæleste causa vniuersalis.

2. Corpus tamen cæleste nõ est causa animæ rationalis quatenus adest, hæc enim in corpore est

quam equester equum. Vnde rursus sequitur, Medicum scire oportere vnde oriatur hic calor, quomodo inducatur forma, & qua via mixtura in diuersis partibus diuersa ex quatuor rerum initiis cõsistat, cùm in prima generatione materia subiecta à virtute alteratiua & gignitiua in partes similares transmutatur; & qua virtute augentur & nutriuntur ex humoribus. Hinc humorum & spirituum cognitio requiritur. qui cùm ex cibis sint geniti; & cibi immediatè, vt plurimũ terra nec non & aqua, producantur ex quatuor elementis simul contemperatis; hinc Medici industria vsque ad elementorum inquisitionem deducitur, ex quorum commistione hęc omnia constant. Sed nec de elemẽtis perfecta potest haberi cognitio absq; naturæ scientia. hæc enim per vniuersam omnium rerum naturalium substantiam diuinæ maiestatis præcepto est extensa. Sic ergo hac resolutione in ea quæ ad finem consequendum faciũt, ad communia omnium rerum initia, quæ ex naturali Philosophia petenda sunt, peruenimus. Nunc compositiua methodo rursus, membra per resolutionem

à Deo, qui eã creat. infundendo, & infundit creando: corpus autẽ cæleste est causa aptũ reddens subiectũ. ob eandem etiã rationem non est causa discreta super actiones proprias animæ, ita vt inclinet voluntatẽ in eas directè impediendo, sed indirectè, quatenus disponit corpus, ita vt obiecta quæ illi offeruntur sub specie boni, nõ intelligat, nec apprehendat, vt in phreneticis.

Compositiua methodus.

tionem finis inuenta, à principiis cõmunibus auſpicantes, ad quæ reſolutio peruenit, ſingula denique explicabuntur. Capita verò pro corporis cognitione neceſſaria quæ inuenimus, vulgo vocantur [3] res naturales, quòd videlicet corporis eſſentiã conſtituãt. Hinc etiam Hippocrates ſcribit, corpora noſtra conſtitui ex cõtinentibus, contentis, & impetum facientibus. Sunt ergo partes hæ principia cõmunia, ex quibus reliquarum notitia perficitur. Quæ ſunt principia propria, quæ elementa vocãtur, tẽperamenta, humores, membra, ſpiritus, virtutes & operationes; ex horũ notitia corporis cognitio conſtat. Porrò communium principiorum ſcientiam nemo ignorat [4] ex Philoſophia eſſe parandam: ſine qua Medicina omnino mãca eſt. Nec opus eſt vt curioſè hinc inde eius rei teſtimonia venemur. Nam vt quis hanc artem certa methodo & vtilitate diſcat; tum etiam vt eandem cum dignitate exerceat; neceſſum eſt vt in rationalibus & naturalibus diſciplinis ſit verſatus: & quanto ampliorem harum artium cognitionem ad medẽdi rationẽ attulerit, tanto clarior futurus

eſt

3. In rebus naturalibus tria ſunt, materia, forma, & cauſa propter quod forma eſt in ipſa materia.

4. Medici qui diligentiores et diſerti ſunt, de natura dicunt; & principia inde ſumunt: elegantiſſimi vſque ad medicinalia principia deſinunt. Medicus enim à naturali, tãquam à principaliori, ſua ſcientia ſumit principia, vt gubernator nauis ab Aſtrologo. Medicus naturalis Philoſophus, veniẽs à primis in poſteriora, ab vniuerſalibus in particularia, terminat cõſiderationes ſuas de animatis ad ea quæ ſunt cauſa ſanitatis et

Res naturales.

Corporis compoſitio.

Principia ex philoſophia petenda.

est Medicus. Lumina enim habebit, quorum subsidio fontes & principia facilè perspiciet. Itaque scripsit Aristoteles in libro De sensibus & iis quæ sensu percipiuntur, Medicos auidiusculè Physicam perdiscere: nam vbi naturalis finit, hîc orditur Medicus; & ex iis quæ de natura sunt, sua Medicina sumit principia. Sed quid pluribus in re aperta contenderem? hoc vnum Hippocratis referre libuit; Natura, inquit, est morborum medicatrix: & illud Galeni, Medicus naturę minister. Quæ ergo calamitas esset, si Medicus quid re ipsa sit natura ignoret, cuius se tamen profitetur ministrum? sunt tamen qui nihil nisi naturæ nomenclaturam habent in ore, cùm interim egregiè vim, motum, essentiamq; eius ignorent. [5] Deus est itaque primum omnium, omnia mouens, & prima

ægritudinis. Medicus enim pluribus auxiliatur naturæ, quæ non egeret si esset valida.

Deus prima causa: deinde corpora cælestia.

5. Dei cognitio non pertinet ad Physicum: caret enim motu: Esse autē hoc pacto eum cognoscimus: Necesse est enim deuenire ad aliquid quod cōseruet & nō conseruetur: qui est Deus, &, vt inquit Anselmus, nil maius excogitari potest. Licet videatur esse quidē, notum Deum esse secundùm se, & ex natura rei: sed non quo ad nos. quia non apparet statim cōnexio terminorum, cognitis terminis, quatenus pertinet ad illud quod primo occurrit intellectui de significatis eorum. Nam si pro hoc nomine Deus occurrat primo intellectui prima causa, vel primū principium; non cuilibet apparet quòd hæc sint in rerum natura: nec omnibus constat quòd non sit processus in infinitum, aut potius sit circulatio; rectè igitur dicimus, & eius esse & eius attributa magis per ea quæ non cognoscimus nos intelligere, quam per ea quæ nos cognoscere profitemur. Primò tamen cognoscimus ens ipsum; postea lumen; deinde motum. potest enim mouere; & quia potest, mouet.

causa: deinde [6] corpora cælestia, tanquam causa vniuersalis secunda efficiens, & naturá in operationibus suis dirigens. [7] natura verò excitat omnes motus singulis rebus naturalibus necessarios; cuius vis & potentia est mirabilis. Aristoteles, qui citra cōtrouersiam in naturali Philosophia primas tenet, naturam definit esse principiū substātiale, & causam motus & quietis eius in quo est primo & non per accidens; cuius definitionis explicationem octo libris complexus est. Primò longa disceptatione Philosophos omnes, de principiis, maximeque de essentia & numero ipsorum, diuersa & absurda sentientes, doctissimè refellit; hoc vnum, vt rationi coniunctum, à prioribus rectè assumptum probat, ipsa principia contraria esse oportere.

6. Corporum enim cælestiū cōcursione, radiatione, mistione, alienatione, aliud tum fit, tum est; aliud tum esse, tum fieri desinit: vires tamē nō antè mouētur quā in ipso subiecto generabili aut alterabili cōstituantur: prius nō sunt in alio subiecto, quàm in suo; vt lux in sole.

7 Hipp. De aëre, aquis, & locis, & de ratione vict⁹, indicat naturam esse ordinariā Dei potestatē: Plato in Timæo & Parmenide artem diuinam appellat: Galenus dixit esse vim quæ ex seipsa mouetur; authorem formationis, generationis & perfectionis, in definitionibus Medicis Et est in effectione & conseruatione formarum omnium inferiorum à superioribus pendentium, & est principium eius in quo est ars in quo non est. Natura nihil facit frustra; in id quod optimum est, maximè intendit; seipsam fecundat; operum suorum conseruationem quærit; prouida semper sibi consona; eius proprium munus est, esse artium parentem; generationis & motus principium.

Natura quid.

[8] Quare definit principia Physica esse, quæ cùm non sint ex aliis, nec ex alterutris;

8. Principium est agēs in rebus naturali-

Principii quid.

terutris; ex ipsis omnia alia tamẽ fieri. Si enim prima; quomodo ex aliis? Si verò cõtraria; quomodo ex alterutris? Omnes tamen res naturales ex ipsis fiunt. & si quis cogitans diceret vnum contrarium, sui contrarij substantiam non efficit: nata enim sunt contraria se mutuò corrumpere. Nec id negat Philosophus. sed tertiũ principium, subiectum quod cõtraria vicissim recipiat, constituitur. Itaque subiectum vnum numero, ratione verò duo asserit: & ita excludit Anaxagoræ dementiam, qui omnia in omnibus esse contenderat; & nullam generationẽ cum alteratione, sed omnia per segregatio-

bus, causam'q; agentẽ mouet. Finis elementũ ex quo constituitur materia & forma. Principia si essent cõposita, eorũ partes essent principia. Principia alia sunt ortus, vt materia & forma efficiẽs & patiens, vel aliquia elemẽtorũ; alia cognitionis, vt immediatæ propositiones; alia substantia (vt Pythagorici dicunt par & impar; alia actionis, quæ finem prospiciunt. Dicitur & principium ex Arist. 1. Ph. c. 2. t. 20. rei, temporis, & alterationis. Plato sex rerum principia posuit: materiam, formam efficientẽ, finem, exemplar, & instrumentale. Ex Arist. 4. Met. principium tres conditiones habere debet: vt sit firmissimum, non conditionale, nõ quæratur per demonstrationem; semper maneat, sit simplex, æqualiter distet à re cuius est principiũ. Principia cuiuslibet subiecti mutabilis sunt tria: materia, forma, priuatio. Principia mixti alio modo se habent quàm principia simplicis. quod est verè actiuum in simplici nullo modo est actiuum in composito. Principium, causa, & elementum, differunt. principium enim dicitur vnde motus; causa cuius gratia; elementum quod inest & rei intimum est. Omnium rerum non sunt principia: vt voluntatis, & electionis. & corporum cælestium: quæ per motum naturalia sunt, non per substantialem mutationem.

Materia. nem consistere somniauit, [9] Materia itaque & forma naturæ sunt. Materia quidem, principium rerũ naturalium intrin-

9. Hæc dicũtur esse principia in re existẽtia, extra rẽ verò, efficiens & finis.

intrinſecum, partem rei quam conſtituit cum forma efficit, cogitatione inclufam habens priuationem: tertium videlicet & intrinſecum rerum principium: nam priuatio formæ ad quam materia in potentia ſe habet, prior eſt acceptio priuationis. Altera verò forma eſt quæ priori introducta ex materia abigitur. Videmus ergo materiam ſubiectam eſſe viciſſim contrariis formis.[1] Priuatio itaque ſecundùm vtrũque ſignificatum, principium videtur accidentale, cùm rei naturalis eſſentiam vt pars eſſentialis non cõſtituat. Dicitur tamẽ quodammodo habitus, cùm ſit vnum ex principiis naturalibus antecedens ſuccedentis habitus ingreſſionem. non tamẽ eſt verus habitus, vt ſpecies differẽtiis conſtituta, aut ſpeciem conſtituens differentia: Materia verò & forma ſunt principia rei intrinſeca: ſecundùm totam enim ſubſtantiam res genitæ ex ipſis conſtituuntur. Conſtat itaque in tranſmutatione omnium rerum, tribus ſolummodo opus eſſe principiis. vnum ſubiectiuum motus cuiuſque ex vna prima & ſubſtantiali contrarietate, eſt enim vna forma ſubſtantialis Phyſicę

alteri

1. Priuatio nil aliud eſt quàm abſentia eius quod poteſt eſſe. Differt à contradictione, quia eſt in potẽtia determinata. Priuatio & habitus circa idẽ dicũtur, et circa quod poteſt fieri habitus. Priuatio alia eſt ſubſtantiæ; alia facultatis, vel habitus, vel actionis, vel rectitudinis, vel perfectionis: & tamen priuatio, quadã motio neceſſaria extra totum futurum eſt. non qua ſtatuat, ſed qua nõ ſtatuat vt ſtatuatur. ſi enim ſit quod non eſt; ergo neceſſe eſt non eſſe quòd ſit.

Forma.

Priuatio

Tria tãtùm ſunt principia.

alteri contraria; seq; mutuo ab eodem subiecto eiiciunt. [2] Est itaque materia inconstans & permanens principium, ex quo omnia procreãtur: & licet seiun-cta à forma non inueniatur; prima tamen in corpore supponitur; tanquam fundamentum cui forma innititur ac inest; tãquam receptaculum omnium mutationum; licet contraria sit omni motui, vel potius contradictoria tanquam non agens agenti. & in compositis materiæ non ita permiscentur vel confunduntur, vt fiat corporum penetratio, sed ad minimum partibus

Materia quid.

2. Materia est duplex: intelligibilis & sensibilis. hæc qualitatibus actiuis & passiuis percipitur; illa intellectu abstrahitur. Materia prima, alia primo prima; de qua nihil demõstrat Physicus: alia secũdo prima; & est in genere prima. hoc est subiectum primum rerũ naturalium. Multis modis dicitur materia: vel per modum compositionis, vt litera syllaba; vel transmutationis, vt panis in sanguinem; vel vtroque modo, vt animalium materia aqua & terra. Materia seipsam nec mouet nec regit. ad generationem passiuè valet. vt materia vnum tantùm patitur, nempe mutationem, nempe hoc aut quale quod: vt est sub quantitate augmentum aut loci mutationem; & sub qualitate alterationem, non solùm ab externis patitur, verùm tiam intus causas patiendi habet. prima est æterna; nõ augetur, nihil est ea capacius, per se etiam quæ est in composito nunquam corrumpitur, nisi per accidens cùm aliam subit formam.

deductis inter se vinctę cohærẽt. [3] Forma verò est natura, & motionis principium, & quæ dat esse rei; & eius perfectio est. Materia eadem est omnibus; forma verò gradus habet nobi-

Forma quid.

3. Forma est agere, sicut materia pati. & sicuti trãsmutatio nobis ostendit & scire facit materiam; ita actio formam. ideò videtur quod forma agit per essentiam suam, & non per aliud: alioquin actio nobis demonstraret aliquid additum & non formam; & hoc pacto dicitur forma substantialis. Ex Arist. videtur, formam substantialem non posse agere nec

pati. quod enim habet in se contrarium subiectum, formas accidentales; illudque secundùm illas potest agere & pati; primis enim qualitatibus competit se mutuo expellere, propter earum perfectam contrarietatem: hoc tamen non tollit actionem à forma substantiali: præcipuè in generatione, & in his rebus ad generationem pertinētibus. quod inferius demonstrabitur.

litatis & perfectionis.[4] Res verò naturalis ea vocari solet quę ex naturis illis cōstat. Has omnes quinque generibus Physici complectuntur; elementis, animalibus, vegetabilibus, mineralibus, & mixtis imperfectis. eaq; omnia, cùm ex sensibilibus & corruptibilibus principiis gignantur, sensibilia & corruptibilia existunt: æternorum nempe æterna sunt principia, secundùm Philosophum. quæ missa facit Physiologus, contentus vt paret sibi sensibilium & eorum proprietatum cognitionem. & cùm naturā causam definiuimus, earū cognitio Physicum minimè fugiat necessum est.[5] Sciētia enim nulla efficitur, nisi per causas sit parata: atqui causarum vsus latè, & ad omnia quæ industria hominis adquiruntur, traducitur. Causas primò di-

Rerū naturaliū genera.

Scientia per causas. & quot sint.

4. Naturalia omnia mouētur. ex quibus constant ex eisdem corrūpuntur. Naturale est quod cōparatū naturæ, ab ipsa denominatione dicitur, & est duplex: vel in quo natura est, aut quod est per naturam; vel sunt naturalia per naturā impressionis & actus consequentis naturam; aut, quod illis est coniunctum, vt locus & tempus, naturalia dicuntur finem intendere metaphorice, non propriè. quia eorum intellectus non dirigitur in finem à se, vel ab aliquo sibi coniuncto, sed ab intellectu separato: qui naturam stimulat: & ideo magis aguntur quàm agant.

5. Scientia diuiditur in speculatiuam & practicam, & est formalis distinctio. Cùm enim scientia attingit suum subiectum per operationem suam; illa operatio vel est sola cognitio veritatis circa obiectum, & sic speculatio dicitur; vel est cognitio dirigens in faciendo obiectum, vt Medicus

uidunt

uidunt in materialem,[6] efficientem, formalem, finalem. Secundò, quędam per se, aliæ per accidens; aliæ rursus propinquæ aut remotæ; quędã potentia, quædam actu. Natura ergo principium est & causa motus; hinc motus naturam quæ sit inquirit. Nullus verò fit motus nisi in loco & tempore. quare de iis quoque disserit. Infinitum verò & vacuum, motum in specie & locum comitari videntur. sed exactiùs discussa omnia à Physico, tanquam in rerum natura impossibilia excluduntur;

Motus quid.

infinito potentia relicto. Motus definitur, actus entis in potentia secũdùm quod est in potentia. ens verò illud nihil aliud esse videtur quàm omnium [7] transmutationum subiecta materia. Actus in potentia est forma quæ-

sanitatẽ: talis operatio Praxis dicitur, ratione vlterioris operationis. Et sciẽtia est habitus cõclusionis necessariæ; & opinio contingentis.

6. Causa agens non semper præcedit effectum suum. vt cùm ignis est, statim est lumẽ. inquiũt tamen aliqui nõ datã fuisse à natura materiã ob trãsmutationem ad generationẽ primo & per se, vt vbicunq; sit, ibi etiã sit generatio: sed ad subsistendum formæ corporis, talis in substantia, ad recipiendum quantitatẽ ac figuram. ex quo asserunt materiam cæli eandẽ esse cum hac nostrate. inquiunt enim materiam vnam ab alia non esse diuersam nisi ratione formæ: & materiam nunquam corrumpi, sed id quod ex ipsa fit. Sed hoc inferius. quia accidentia, vti quantitas & reliqua, non pertinent ad materiam, sed ad totum compositum: alioquin darentur accidẽtia actu sine forma substantiali ideo nec etiam manet iam forma: sequeretur enim quantitas formam ablatam à materia; vti est anima rationalis. Solum igitur compositum est quantum, & habet figuram. Materia enim cùm sit simpliciter potentia, non potest recipere aliquod accidens, quod est actus secundùm quod forma: tum quia secundùm se actus quidem respectu materiæ potest esse potẽtia respectu accidẽtis, vt anima rationalis est immediata ratio receptiua intellectus & voluntatis, quæ sunt accidentia.

7. Propriè loquendo, generatio & cor-

quæcunque, cuius pars in toto eſt introducta, & continuè per motũ illum in materia quæ potentiam & habilitatem obtinet; vt tota illam formã vel ſuſcipiat vel amittat. Quòd ſi forma ſubſtantialis acquiritur vel deperditur illo motu, tũ [8] generatio & corruptio nominatur. ij enim duo motus in ſubſtantia exiſtunt. In quantitate alij duo motus, augmẽtatio & diminutio fiunt. In qualitate motus vnus efficitur, qui generali nomine alteratio dicitur; ſecundum ſpeciem deinde in plures diuiditur. Natura itaque omnium horum motuum cauſa eſt; & omnis motus in tempore & loco fit. Sed ne hîc pluribus contra inſtitutum omnia perſequar; vnum quoddam ſimulachrum, eo artificio ex Ariſtotele formatum, hoc loco adducam; vt omnia quæ cognitu neceſſaria ad naturæ maieſtatem videntur, in genere expreſſa referam. Tritici granum res eſt naturalis: ex naturis enim, videlicet materia & forma conſtat. tale enim ſubiectum eſt, vt loquitur Philoſophia naturalis. agit enim de iis corporibus quę à ſua forma ſubſtantiali principiũ motus & quietis trahunt: res verò per artifi-

ruptio nõ ſunt motus, vt docuit Ariſt. 11. Met. ſunt enim indiuiſibilia. quod enim generatur non eſt: nõ ens autẽ moueri nõ poteſt: eſt igitur (vt inquit Ariſt. 6. Phyſ.) generatio alia ſpecies à motu. quia finis eſt ſubſtantia & transmutatio. Et quia (vt habetur 5. Phyſ.) generatio nõ eſt motus qui à forma eſt indiuiſibilis; ideo ſi generatio eſt formæ introductio; nec etiã generatio fit in tempore. ratione tamẽ apparatus materiæ, fit in tempore: alioquin eſſet creatio.

8. Hic oriũtur variæ & arduæ difficultates. an videlicet forma educatur de

artificium factæ, hoc genere motus carent. quæ verò à natura suam habẽt consistentiam, mouentur ab ipsa natura, quousque ita fiant vt eas natura voluit; tum enim quiescunt. Granum ergo illud, animo conceptum, suam habet essentiam ex materia & forma. Materia verò potentiam habet, quæ priuatio primo modo dicitur: habet enim potentiam ad formam aristæ, quam granum potest inducere medio causæ vniuersalis: hæc itaque forma aristæ contraria est formæ grani. Positum ergo suo tempore in terra, tanquam proprio loco, impetu naturæ mouetur hæc grani forma motu corruptionis in sua terra, atque omnino successiuè ex grani materia discedit. hæc verò corrupta forma, priuatio secundo modo dicitur: nam illa forma aristæ ad quam materia grani se habuit in potẽtia, priuatio primo modo dicta est. quæ quidem potentia potiùs est dispositio & aptitudo quædam ad formam suscipiendam. Et licet natura

potentia materiæ; an verò è cælo introducatur. aliqua enim sine semine oriuntur: vti verò animalia, præsertim perfectiora, pro eorũ fœtu semen requirũt; nec illa nec hæc sine virtute corporum cælestium fieri possent: ergo ad vtraq. vel semẽ, vel aliquid simile semini, requiritur vnà cum corporibus cælestibus. hæc enim inferiora, vt inquit Ar. 1. Meteor. superioribus cõtigua sunt, vt ab illis omnis eius vis administretur & regatur: ergo nec etiam semẽ sine illis vim obtinere poterit gignendi. ergo, meo quidem iudicio, generatio ab vtrisque fit: & semen non solùm vt materia & potentia, sed etiam vt actus ad formandum accedit. Nisi enim sic esset, vtique neque etiam ab ipso fieret ea præparatio quam appellant aliqui. Sed calor cælestis non solùm vim in semine contentam excitat, verùm etiam addit; & proprium calorẽ

cum seminis calore & spiritu unit: & sic ex duobus actu consistentibus fit unum actu, nempe compositum. uti ex mare & femina fit animal: Sol atque homo hominē generat præter id quod est primum omnia mouens, ad quē solum pertinet animæ rationalis creatio. in cuius aduentu sensitiua & vegetatiua sunt eius facultates, & ab ea continentur: uti pentagonum continet quadrangulum & trigonum; ita sensitiua trigonum continet & comparatur quadrangulo. perfecta enim forma imperfectiorem continet; ideo conseruat, & in eius aduentu non destruit: vnaq; anima in suo genere habet perfectionem suam: & anima sensitiua est etiam vegetatiua.

9. *Cælum generat, non tanquam alterās inalterabile, nec tanquam motum ab intelligentia, nec quia habeat virtutē ab aliqua intelligētia infusam: Sed quia productū est à Deo tanquā semen quoddā omniū generabiliū & corruptibiliū, & sic cælū agit in virtute Dei ad productionē viuentiū. sicut semē equi generātis ad producendū equū. gignuntur enim & pendent hæc inferiora à superioribus, nō vniuocè. sed æquiuocè. Sunt enim superiores quasi formarum conseruatrices inferiorum: causa enim causatum tuetur: ea quæ fecit per ea quæ fecit.*

regatur à corporibus [9] cælestibus, tanquam à [1] causa vniuersali, & quæ quodammodo est omnium formarū author; est enim tanquam causa quasi efficiens: nihilominus dicimus illam potentiam successiuè ad actum in eadem grani materia [2] motu generatio-

1. *Causa vniuersalis tripliciter accipitur: vno modo in vniuersali prædicatione, vt artifex causa art. ficij alio modo dicitur causa vniuersalis, non per prædicationem, sed quia se extendit ad plures effectus secundum aliquid eis commune, & non secundum id quod est eis proprium, nisi determinetur per aliud: & sic sol & astra sunt causa omniū generabilium. tertio modo dicitur causa vniuersalis, quia se extēdit ad plures secundum propriam vniuscuiusque rationem, absque hoc quod per aliud determinetur: & sic Deus est causa vniuersalis omnium, quia omnia producit & producere potest per se & immediatè. & ideo non est necesse etiā in productione materiæ & eius conseruatione quòd causæ secundæ operentur, formas producendo sub quibus materia sit: est tamen necessarium vt Deus eas producat, sicut produxit formas primas materiæ coniunctas: vel causa secūda, eius mandato, producāt, propter necessariam cohærentiam materiæ & formæ.*

2. *Videtur autem, quòd sicut in qualibet motu sunt infinitæ partes*

nis

nis deduci. nam quantum formę grani motu corruptionis deperditur, tātum formæ ariſtæ motu generationis acquiritur. Hinc dici poteſt, Niſi granū mortuum fuerit, &c. & Ariſtotelis illud: Corruptio vnius, eſt [3] generatio alterius; & è contra. Forma enim grani quæ per ſubſtantialem tranſmutationem deperditur, omnino ſubſtantialiter eſt contraria formæ ariſtæ, quæ in materia grani motu generationis introducitur. Ex iis liquet ad quem modū materia viciſſim contrariis illa principiis eſt ſubiecta: formæ videlicet, quæ exterminatur, & ei quæ acquiritur. Et ij motus, generatio & corruptio vocātur: actus verò in ipſa materia ad nouam formam, quantū formę introductum eſt: actu etiam quantum formæ inducēdæ ſupereſt, in potētia eſſe dicitur; quouſque hæc grani materia tota fuerit actuata. Et licet introducta ſit ſimul & ſemel; cùm tamē vires ſuas actu non proferat, videtur eſſe inpotentia ad reliquum formæ. Interea verò & auctio & nutritio accedunt, & iſtæ facultates naturales, quouſque granum maturum ſit. Cùm enim perfecta forma materiæ adeſt, non

Generatio & corruptio.

motus, & in omni cōtinuo, ſic & in forma quæ continuo per motum & ſucceſſiuè acquiritur, ſint infinitæ formæ partiales, quæ conſtituūt vnam formam, propter quam tota ſucceſſio motus acquiritur. ſecundū tamen nullam earum eſt mutatū eſſe, niſi ſecundùm poſtremam ad quam terminatur motus. neceſſe eſt enim formas infinitas eſſe in potētia per modum continui in qualibet forma quæ per motum acquiritur.

3. In generatione ſemper aliquid ſupponitur, quod nō producitur, ſed communicatur. ſola enim materia cùm ſit pura

potentia, & omni forma carere non poſſit, non producitur: & nullam actionem habens generans in forma praexiſtẽte, niſi eam corrumpẽdo: ſed introducitur noua forma alia expulſa. Si ita non eſſet, creatio foret, non generatio. Forma enim ſe habet ad materiam vt cauſa formalis, non vt efficiens.

non amplius quicquam mouetur. 4 Totus verò ille motus à primo momento vſque ad vltimam maturitatẽ, mẽſuratur tempore, & fit in loco. Numeratur verò motus iſte hoc tempore quod reſpondet motui primi mobilis: Tempus

4. Quatuor modis dicitur aliquid fieri: vel per motũ ſolũ, vt aqua fit calida motu calefactionis; vel per mutationem ſequentem motum neceſſario, ſicut forma ſubſtantialis introducitur in materia per generationem ſequentem alterationem eius praeuiam; cuius eſt terminus ſaltem extrinſecus. Tertio modo aliqua ſequuntur motum, non ex ſe, nec ex neceſſitate, vt illuminationẽ ſolis praecedit motus ad noſtrum hemiſpharium. Quarto modo aliqua fiũt, nec per motum nec per mutationem: ſed per ſimplicem emanationem, & eſt creatio. In illis tribus, fieri & factum eſſe non eodem modo ſe habẽt: ideo menſurantur tempore. In creatione fieri & factum eſſe ſunt idem in inſtanti: ideo non eſt menſura temporis, creare enim & creari ſunt in eodem inſtanti. Mutatio viciſſitudoq; perpetua rerũ interitus & ortus eſt cauſa. Ariſt, 1. De generatione. Licet Ariſt. ferè vnà cum omnium Philoſophorum ſchola aſſerat generationem fieri in inſtanti: non debet tamen ita intelligi vt vox ſonat: ſed ita intelligitur, vt cùm aliquod generatur, generatur totum, & non pars ante partem. nam ſi hoc non eſſet, res eſſet in alia. quemadmodũ & motus eſt in tempore; debet intelligi, quòd quando aliquid mouetur, acquirit partem vnam ante aliam, vel vnum ante aliud continuè. Et licet videatur quòd generatio ſit nihil quod videtur eſſe, cùm hoc pacto eſſet continua; omne enim quod eſt in hoc mũdo, eſt continuum; excepta anima intellectiua; ſed non obſtat. nam ſi ponatur quòd generatio ſit aliquid poſitiuũ vel priuatiuum; exiſtimari non poteſt eſſe aliquid diſtinctum realiter ab omni continuo: & cùm dicimus formam eſſe terminum generationis, intelligimus quòd quando aliquid de nouo generatur, forma de nouo acquiritur, materia praexiſtente. Eadem etiam ratione probamus, nihil dari actu indiuiſibile. Et licet dicant & definiant punctum eſſe aliquid indiuiſibile: hoc nec eſſe nec cogitari poteſt. eſt enim punctum aliquid ens actu: & ideo vel eſt ſubſtantia vel accidens: ſi eſt ſubſtãtia, vel eſt materia; quae cùm ſit extenſa, eſt etiam continua, & per conſe-

idque

quens diuisibilis: vel est forma: nulla est autem forma indiuisibilis seiuncta à materia, nisi anima intellectiua: vel est compositum: hoc autē est diuisibile. si est accidens, vel est qualitas, vel quantitas, vel relatio; & necesse est vt habeat subiectum, vel totum toti adæquatum, vel partem parti, & ita erit quid diuisibile ratione subiecti. Cùm verò dicis quòd cùm punctum sit terminus lineæ, & omnis terminus non est pars eius rei cuius est terminus, distinguitur enim à terminato; dicendum est quòd si terminus distinguitur realiter à terminato, & aliud sit terminus, & aliud terminatum, tunc hoc pacto punctum non erit terminus lineæ: sed dicimus, propriè loquendo, quòd linea est talis res, & non vlterius protensa dicitur ibi terminari. Ideò quæ dicuntur indiuisibilia, potiùs figuratiuè ita appellantur, quàm quòd reuera sint.

idque propterea quia [5] tempus primario primum illum motũ numerat secundùm prius & posterius. Hoc prius accõmodabimus termino à quo; posterius verò termino ad quem, qui est formæ spicæ perfecta generatio. Et hæc tota vis naturæ supernè fluit ac manat. omnipotens enim ille cæli ter-

5. Hæc ita se habent. Licet videatur quòd ortus nullo egeat tempore. nam cùm ortus sit transitus ab hoc non esse ad illud esse; & inter Ens hoc & hoc Non ens non cadit medium; necesse est vt ortus fiat in instanti. in ortu enim totum mutatur, nec manet aliquid quod sub sensum cadat vt idem subiectum. In commutatione verò, siue alteratione, quod subiectum est & quod sensus mouet, remanet; mutatis affectionibus quæ contraria aut his interiecta sunt. Cùm enim contraria quantitatis fit mutatio, augmentatio & diminutio dicitur: cùm loci, motus: affectionis & qualitatis, alteratio: cùm nihil eius remanet cuius altera affectio vel accidens est, omnino tum vnius ortus est alterius interitus. ergo videtur necesse esse, vel plures fieri successiuè formas, vt suprà notauimus; vel ante perfectionem formæ plurimas alterationes præcedere; vel, quod potius videtur, quòd forma quædam à primordio introducatur. quæ cùm sit principium intrinsecum, non ociosa manet: sed materiam intus instruit; ac, donec omnibus numeris suis fuerit ornata, vires suas non profert nec exercet. Est tamen dicendum, quòd tempus continuum est mensura eorum quæ continuè succedunt per accidēs verò mensurat ea quæ cum successiuis existunt: quorum initium & finis tempore extenduntur: & sic esse generabilium & corruptibilium mensuratur tempore: vt 4. Phys.

ræque creator [6] astris influentiam & regimen tradidit: & vim illam rebus indidit, vt suscipiant; ac vt permaneant conseruat.

6. Astra in hæc inferiora agunt manifestè motu ac lumine. nulla enim forma substantialis potest esse immediatum principium alterationis. omne tamen alterans agit per aliquam formam in eo existentem. quæ cùm substantialis esse non possit, relinquitur vt fiat medio qualitatis, vti est lumen. Motus verò localis cæli non est ratio agendi in alterum. In his etiam inferioribus motus localis non est necessarius ad agendum. Magnes enim non agit in ferrum propter motum localem. Ad hæc omne quod ponit in aliquo formam absolutam, quodcunque facit ipsum aliud vel alterum. Forma enim substantialis facit aliud accidentale alterū: sed motus localis non facit aliud nec alterum; quia tunc esset vel generatio vel alteratio: ergo &c. Deinde si poneret aliquid absolutum, illud esset locus: sed locus non est in locato, sed locatum in locante; est enim vltimum continentis: ergo, &c. Item Arist. 1. De generatione, inquit quòd non omne mouens est agens: hoc non est verum vt motus localis sit agens; est tamen necessarius motus localis pro rerum nouitate: si cœlum enim non moueretur, idem semper esset & maneret, & hac ratione motus localis est primus omnium motuum; vt Arist. 8. Phys. præcedit enim nouitatem actionis.

CAP. II.

De Elementis.

HACTENVS de communibus omnium rerum principiis: plura fortasse quàm pro instituto; pauciora quàm pro necessitate dixisse videri possem, si eorum vsum quantus sit in arte Medica respicere vellem: cùm tota in transmutationibus, vel naturalibus, vel præter naturam, consistat. vt cibi in humores, humorum in mem- *Vsus Physiologiæ in Medicina.*

bra

bra & ſpiritus, ſanitatis in morbum, morbi in ſanitatem tranſmutationes cognoſcere laborat. Verùm ordo methodi, vt ad propria rerum omnium principia accedam admonet. [1] Elementa enim rerum naturalium completa & propria exiſtunt principia: quorum cognitionem Medicus cum Philoſopho habet coniunctam. Phyſiologus definit elemẽta corpora ſimplicia: quæ cùm non ex aliis, neque ex alterutris, ex ipſis omnes res ſub lunari regione contentæ fiunt. ſimplicia quidem, ſi reſpicimus ad ea quæ ex ipſis fiunt: omne enim mixtum in hæc reſoluitur. nihilominus naturæ nõ ſunt; ſed ex naturis conſtant. quare ad materiam vel formam ſi conferas elemẽta, compoſita erunt: ad res huius mũdi ſi ea contuleris, ſimplicia videbuntur. Numerum elementorum [2] Philoſophus colligit ex quatuor qualitatibus primis: [3] ex motuum verò diffe-

Elementorum numerus.

1. Galenus 1. De elementis, & 8. De placitis Hip. & Plato dixit, elementũ eſſe minimã partem cuius eſt elementum. Auicenna verò inquit elemẽta eſſe corpora, et partes primas corporis humani: et aliorum quæ in partes diuerſarũ formarũ minimè diuidi poſſũt: ex quorũ commixtione ſpecies diuerſorũ generatorum fiunt. Ariſt. De ortu, definit elemẽtum eſſe id ex quo quidpiã componitur primo inexiſtẽti indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem.

2. Ex coniugationibus primarum quatuor qualitatum, colligimus quatuor eſſe elementa. Ariſt. 2 De generatione docet primas diſtinctiones, qualitates primas, quæ ſub tactum cadunt, quatuor eſſe: & has ſolùm vim agendi & patiendi habere. reliquæ verò, vt durum & molle, has conſequuntur.

3. Aliqui leuitatem & grauitatem accidentarias formas appellant. motus tamen pertinet ad materiã potiùs: & ideo ex leui & graui hoc pacto colligimus quatuor eſſe elementa. Eſt enim neceſſe aliquod corpus grauiſſimum, & aliud leuiſſimũ, & inter hæc duo extrema media quæ

rentiis,

in suo nexu extrema colligant. Ad hæc duo media sufficiũt: nec plura, nec pauciora possunt esse. vnio enim fit inter extrema horũ medio. Quòd si non essent media inter extrema; inter ea daretur vacuum.

4. Omne enim quod habet materiã quæ est in potẽtia ad esse, potest transmutari de non esse ad esse; & è contra: ergo etiã quod habet materiã partem cõpositi, est trasmutabile, & sic generabile & corruptibile. Ex quo Aristot. 8. & 9. Metaph. & De substantia orbis, vult quòd in sempiternis non est corruptio, neque malum: quia non est ibi potentia passiua. Cœlum enim non habet materiam vt partem compositi; sed habet vt subiectum corpus quantitati, diaphaneitati & motui: vt subiectũ ad genus causæ materialis reducitur. Et talem materiam dicit actu ens esse Philosophus 8. Met. Et sic patet, quòd materia cœli non est eiusdem rationis cum materia inferiorum. Videtur tamen materiam primam esse incorruptibilem secundùm suam essentiam; quia ad nihilũ reduci

rentiis, scilicet simpliciter graui & leui, quatuor elemẽtorum particulares materias concludit; numero saltem, & non specie adinuicem differentes. [4] alia enim numero materia est ignis; alia aquæ: alioqui, vt apparet, cõtrariæ formæ substantiales simul essent in eodem; quod absurdum esse constat. Est itaque elementorum materia numero diuersa; & specie eadem. hæc enim omnibus cõuenit. communem autem esse omnibus elementis materiam, clarum reddit mutua eorum transmutatio: quæ fieri non posset si secundùm totam substantiam essent contraria. Sed tempestiuum est vt hác dicendi rationem ad captum Medicæ artis propius admoueamus. Galenus pluribus in locis Hippocrati elementorum inuentionem acceptam refert. hunc enim constat omnium primum tum Philosophorum tũ Medicorum clarè demõstrasse quatuor esse in vni- *Hippoc. rectè de elemẽtis disseruit.*

uersum

non potest. Dicitur tamen corrumpi illa in illa, quod sit hoc aliquid per formam: ergo potest esse communis cælo hæc nostra. Si hoc esset verum, sequeretur, cælum, etsi corrumpi non possit (quia contrarium in se nec extra habet) ratione tamen materiæ posse aliam formam subire. Præterea est etiam sciendum quòd materia per se existere non potest sine forma, quia est pura potentia, & forma est eius actus. Si enim esset actu sine forma, sequeretur esse aliquid actu sine actu: quod implicat contradictionem: nihil enim potest esse actu & carere actu. Dicitur etiam corradictoria forma, tanquam non agens agenti. Et sic soluitur Auempace quæstio.

uersum quæ [5] mutuò agerēt in se qualitates, à quibus quæ genitum interitumque agnoscunt, omnia gignantur ac perimātur: ac quomodo misceātur primus Hippocrates docuit. quæ deinde Aristoteles pro ingenij sui dexteritate illustriora reddidit. De illis enim initiis omnium rerum non om-

5. *Plato in Timæo quatuor esse elementa ita probauit: Quia, inquit, corporeus, aspectabilis, tractabilisque futurus erat mundus; ac sine igni videri nihil potest; nihilque sine solido tangi; & solidum absque terra nihil: ideo in operis huius exordio Deus ignem primò terramque creauit. Sed duo sola absque tertio quodam commodè cohærere non possunt; mediumque aliquod vinculum vtrunque desiderant. vinculorum verò id est aptissimum atque pulcherrimum quod ex se & his quæ astringit, quàm maximè vnum efficit; hoc maximè proportio ratioque comparationis assequitur. quòd si, subdit idem, vniuersi corpus latitudinem habere debuisset, nullam verò profunditatem: vnum sanè tum ad seipsum tum ad extrema vincienda interiectum suffecisset. Sed cùm soliditatē mundus requireret: solida verò non vno, sed duobus semper modis copulentur; inter ignem & terram Deus aërem & aquam locauit: eaque ita inter se inuicem, quoad fieri poterat, comparauit, vt quemadmodū ignis ad aërem, ita aër ad aquam; vt aër ad ignem, ita aqua ad terram congruè conferatur. Qua ex coniunctione ita constitutus est mundus, vt aspici tangique possit. Propterea ex huiusmodi rebus, numero quatuor, mundi corpus constitutum est, ex connexuum comparatione qua dixi: ex qua seipsum amicitia cōcordi complectitur, atque ita aptè cohæreret, vt nequeat dissolui vllo modo, nisi ab eodem à quo est colligatus. Hucusque Plato. Aliqui tamē negant quatuor esse elementa. excipiunt enim ignem, cùm egeat pabulo, & per se subsistere non possit. nec*

ignem aiunt posse reperiri sub globo lunæ: nam & ibi & feruentissimus esset, & sua mole ignea vniuersa inferiora absumeret. Nituntur deinde idem probare authoritate Arist. 1. Meteor. cap. 4. vbi inquit: Corpus quidem diuersum distinctumq́, & ab igne & ab aëre censemus esse id quod supra est, & ad lunam vsque pertinet. & paulo inferius inquit: Hæc autem complexu suo ea continent quæ illa sequuntur: id est, aër atque is qui propter consuetudinem ignis vocatur, nec est. ignis enim maior est quidam excessus caloris, & quasi feruor. Censet igitur, & iure merito, non vrentem & igneam naturam, sed magis vitalem: quæ nomen potiùs ætheris quàm ignis mereatur. hic enim incinerat & omnia absumit: æthereus verò, vt nostro similis, potiùs viuificat. Aliqui rationem reddentes cur hic noster vrit, ille verò non; dicunt hunc vrere ratione condensationis; illum verò adeò rarefactum esse, vt vrere non possit. Videmus enim ignem condensatum magis vrere: vt apparet in prunis, flamma & fumo; ita leues fauillæ non comburunt. Cùm itaque ignis semper superiorem locum petat; indicium est ibi adesse eius propriam sedem. & ideo mouetur, non pabulo egens; sed quia in suo loco non est. & vt sedem propriam acquirat vires suas exercet, & imperium suum dilatat, & iter sibi parat; & est elementũ, quia illius forma est illi principium motus. Arist. 2. De generatione elementa inquirens, tactus sensu inquirit. Primæ enim distinctiones qualitatesq́ contrariæ quæ sub tactum cadunt, sunt hæ, calidum, frigidum, humidum, siccum; deinde graue, leue, durum, molle, lubricum, aridum, asperum, lene, crassum, tenue. Grauitas & leuitas nec agendi nec patiendi vim habent.

6. Aristot. 2. De generatione inquit: Qui vnũ esse dicunt; deinde cõcretione & raritate cetera generãt; duo principia faciũt, dẽsitatẽ & raritatẽ; vel calorẽ & frigus. hæ enim vim efficiendi habẽt: vnum autem vt materia ponitur.

nibus conuenit. Quidã enim ex [6] vno elemento omnia constare arbitrabantur. quod Hippocrates & Aristoteles refellunt: quia Philosophiæ & Medicinæ negabant principia. Physiologia enim, vt diximus, corporum mutuò maximè generationes & corruptiones contemplatur: quæ omnia vno ente affirmato sublata sunt. Medicina verò quasi famula generationis & corruptionis existit, cuique nullus

locus

locus erit, iſtis motibus negatis. Poſtremò cùm diuerſa ſint medicamenta; hæc omnia ſubuertentur. Si enim corpus vno conſtat elemento, vel in vniuerſum nihil patitur; aut vno modo afficietur; nihil enim eſt quod corpus ab extrinſeco moleſtare poterit, quia ab ipſius natura offendetur: ex quo & illud ſequitur, vno ſolùm opus eſſe medicamento. hoc qui verũ contendit, vniuerſam artẽ medendi funditus euertit multa enim ſunt remediorum genera, vt & multi affectus præter naturam. Medici itaque officium eſt, commodum & conueniens ſingulis morbis eligere. Si verò vnus tantùm eſſet affectus, hoc difficili delectu nihil opus eſſet. Poſtremò & hęc ratio efficax eſt; ſi corpus vno cõſtaret elemento, non doleret: maximè cùm Meliſſus id elementum impatibile aſſerat: dolet verò: quare ex pluribus. Iterum, ſi ex vno conſtaret, vna eſſet Medicina: at, pro varietate morborũ, immẽſus eſt medicamẽtorũ numerus. Democritus verò, Epicurus, Leucippus atomos eadem ſpecie qualitatibus variantes, indiuiſibiles, inalterabiles omnes res mundi concretione quadã

Falſæ opiniones de elementis.

constituere contenderunt. Sed cùm planum & apertum sit, nihil dolere posse nisi alterabile sensusque particeps sit; & vtroque eorum elementa careant; fieri non potest vt corpus ex huiusmodi elemẽtis genitum doleat. Absurdum enim est existimare, in cõiunctione impatibilium dolori locum esse, cùm in sensibilium coniunctione nõ fiat dolor, nisi dissoluatur ipsorum vnitas, aut alteretur substantia. Sic & 7 Empedoclis tollitur opinio: qui ex quatuor elementis omnia quidẽ constare arbitrabatur; sed inuicem transmutari non idoneis. Apparet itaque similariũ partium elementa esse multa & opposita, quæ per se mutuò alterari possunt. Numerus verò elemẽtorum ab ipsa rerum natura sumitur. Quæcunque qualitates totam substãtiam, quibus accidunt, permutant, adeò vt in aliam speciem transforment, hæ qualitates in summo, in quocunque corpore fuerint, elemẽta reuera sunt. Sunt verò, caliditas summa in igne; humiditas summa in aëre; frigiditas summa in aqua; & siccitas summa in terra. ex quibus caliditas & frigiditas citissimè subiectũ, cui adueniunt, permutant:

7. Et quomodo quadã res à se diuersa generaret sine diuersarũ rerũ cõmixtione? nec etiam fit generatio nisi contẽperentur. Ex summa enim caliditate incenditur materia: ex summa frigiditate coagulatur, ita vt formari nõ possit: ex summa humiditate subsistere non potest in re formanda: ex summa siccitate tollitur mollities, ita vt formari non possit.

mutant: inde ab Aristotele[8] qualitates actiuæ vocantur. Humiditas & siccitas tardiùs transmutãt: ob id passiuæ dictæ inde etiam apud Medicos difficilis est humectatio. Corpora verò has qualitates in summo habentia, dicta sunt esse; ignis, aër, terra, & aqua. Nam caliditas quibus admouetur, in aliam formam conuertit: aquam in aërem, niuem in aquam. Frigiditas contrà. hæc enim fit à specie in speciẽ transmutatio. & sic de aliis idem est iudicium. Hæc itaque aliorum omnium sunt elementa, ex quorum mutua actione & passione res huius mũdi constituuntur. Agunt quidem secundùm suas formas in quibus sunt contraria (nulla enim generatio nisi per contraria;) sunt verò cõtraria eiusdem generis: quare elemẽta, vt dictum est, in subiecta materia conueniunt. hinc discors illa cõcordia. Sunt autem elementorum qualitates omnium simplicissimæ, & secundarum causæ: & quodlibet elementum vnam habet qualitatem in summo, alteram gradu remissiorem. item quæuis qualitas in superiori summa, in proximo tenet locum secundum. Insuper omnis elemento-

Qualitates actiuæ & passiuæ.

8. Vt inquit Arist. 4. Meteor. qualitatum, faciendi calor & frigus; reliquæ duæ patiendi vim habent. Videtur enim in omnibus rebus calor & frigus tũ determinare, tũ copulare, tum mutare, tum humida reddere, tum exsiccare, tum durare, tum mollire; tam quæ sunt eiusdem generis, quàm quæ diuersi. Siccitas verò et humor tum determinari, tum determinare; & aliquas affectiones quæ exposita sunt accipere, tum ipsas per se, tũ corpora quæ ex vtraq; earũ constant. Caloris est homogenea congregare, & heterogenea separare: frigoris verò vtraq;

mentorum qualitas duobus, nec pluribus, nec paucioribus inest elemẽtis.

vnire. Siccum verò est quod proprio termino continetur: humor verò nisi alieno contineri non potest. Propria autem elementorum sunt; vt ignis sit tenuis, mobilis, acutus, lucidus; aër tenuis, mobilis, obtusus; aqua obtusa, crassa, mobilis; terra obtusa, opaca, crassa, immobilis. Ab extremis verò ita media gignuntur, vt aër ab igne tenuitatem & mobilitatem, à terra obtusionem accipiat; aqua à terra obtusionem & crassitiem, ab igne mobilitatem mutuetur. Præterea ignis non putrescit, nec habet pondus. Si rectè contemplemur eius figuram, potiùs est globi quàm pyramidis: si qua tamen debetur illi, non propter se sed propter vniuersum. Et mobilior est forma globi, quàm pyramidis: nihil est enim quod offendat: in pyramide sunt latera ad basim. Igne vtitur natura, & pro materia & pro instrumento: ideo antiqui arbitrati sunt solum sufficere ad actiones. Temperatus facit ad generationem. Indicium est terram sulphuream nihil gignere ratione immoderantiæ. Igne nihil alitur. Ferunt Salamandrum in igne viuere, & pyraustas & dæmones, iuxta Platonis mentem. Aër nullas habet potestates, vt apparet in his quæ in sublimi fiunt. Anaxagoras aërem seminis principium statuit: est enim fusilis, pinguis, & pinguitudinis principium in mixtis: eius qualitates ab astris pendent; in mistione agit & patitur; nunquam congelascit, nunquam fit siccus; motu attenuatur: pingitur omnibus speciebus. Ferunt aliqua animalia eo solo ali, vt chamæleonta, & leuem canem, ita in Africa appellatum. Et est aër medium ad plurima; ad recipiendũ lumen, ad visum, ad auditum; ad contemperandum cordis animalium calorem; & est causa sine qua non. Aqua liquorũ est mater. Aquarum omniũ vna est species. differunt solis accidentibus. Non omnis aqua fluminum gignitur ex aëre intra terram; & secundùm aliquos solùm torrentes. reliqua, iuxta Salomonem, è mari oriuntur. Amittunt salsedinem transeundo per viscera terræ. redditur enim dulcis aqua maris per artem chimicam extracta. Aqua maris mouetur ne putrescat. non suscipit enim externum calorem propter aliam atque aliam aëris mutationẽ. Fluuij mouentur propter eorum grauitatem: sunt enim extra locum suum. Aqua alit, non vt elementum, sed vt mixta. Terra est principiũ soliditatis, plantarum matrix, omniũ vera mater; quæ nobis apparet extra suum locum: è sua forma cõseruatur. Plurima animalia gignũtur in eius capacitate: aliqua etiam ea sola nutriuntur, vti bufo. Omnium elementorum finis est, naturalium corporum constitutio. Videtur tamen quòd in composito violenter maneant elementa.

quo

Elemẽta ſymbola & aſymbola.

quo fit [9] vt ſymbola & aſymbola ſint. Et ſymbola abſque alia alteratione in ſe mutuò tranſmutantur. Aſymbolorum nulla abſque media alteratione in alterum fit prorſus. Symbola ſunt, ignis in aërem, aër in aquam, aqua in terram, terra in aquam: Aſymbola, ignis in aquam, aër in terram. At ſi quis elementa in animalibus non apparere obiiceret; huic dicẽdum, ne in mundo quidem impermixta haberi elementa: [1] imò vniuerſa alienis & diuerſi generis elementis infecta eſſe. Vix enim fieri, vt terram ſinceram, extremè denſam, grauem, frigidam & ſiccam reperias. Nihil tamen refert. lapidem corpus terreſtre, in animantium verò corpore oſſa, terræ reſpondere, dubites minimè. Oſſa enim, cùm ſint frigidiora, ſicciora, denſiora, terram referunt, fluida aquam. Imò calor noſter igni; ſpiritus igni & aëri quodammodo conferri poſſunt. Cõſtat quoque nos elementis aliquando opus habere: cùm videlicet corpus requirit ſummã qualitatem; vt in ſummo frigore ignem expetimus; non tamen in nutritione quæ ſecundùm totam fit ſubſtantiam. Sed non opus eſt

Partes corporis quomodo referant elementa.

9. Ariſt. 2. De generatione: Omnia enim ex omnibus oriuntur: ſed maiore celeritate, & tarditate, & facilitate, & difficultate, differunt: facilius enim cùm aliqua ſocietate coniunguntur.

1 Ariſt. 2 De generatione: Ignis autem non eſt ſimplex, nec aër, nec vllum eorum quæ cõmemorauim⁹: ſed concreta atque cõfuſa. extrema tamen ſunt minus permixta.

contendere, omnia ex elemẽtis gigni: nam videmus arbores, herbas, frutices, legumina, ex terra & aqua prodire: an non putamus aliquid illis admixtum esse ignis & aëris, & vi naturæ ita produci? Nos profectò, si misce-mus aquam & terrã, nihil nisi lutum efficimus. cuius ratio est, quia corpora elementorum tota per se miscere nequaquam homini liceat; at naturæ opus sit, cælestium ope; idque Dei præcepto, vt terra huiusmodi producat. Participant enim igne, aëre, aqua, & terra; vel ad minimas partes reductis, vel totis pro totis simul vi naturę contemperatis. Si itaque terrâ producta ex elementis constare ostensum est; facilè animalia quoque ex ipsis commistis gigni probari potest. Oues enim herbis; sues herbis & glandibus; capræ etiam teneris arborũ ramusculis nutriuntur; ex quibus deinde humores animalium, prima generatione animalium, vnde & nutrimentum & augmentum corpori accedit; gignuntur. Sunt itaque communia omniũ rerum elementa; ignis, aër, aqua, terra: animalibus propria; sanguis, pituita, vtraque bilis. vnde rursus similares particulæ,

Elemẽta miscere pro generatione, est opus tantùm naturæ, cælestiũ interuentu.

Humores qui elemẽta dicantur

culæ, propria hominis elementa, producuntur: quæ ad sensum quidē [2] simplices, ad intellectum verò compositę.

[3] Reliquum est, vt quemadmodum corpus nostrum & alia mixta ex elementorum temperatura gignuntur; & quid temperamentum, quæ eius differentiæ, causæ, & effectus, paucis differamus. At si quis fusiùs hos duos locos, quàm methodi breuitas postulat, notatos esse arbitrabitur; is primū sciat nihil temerè hîc esse cōmissum. nam vt obiter ostenderem quàm malis auibus nonnulli se ad artem hanc discendam, postposita hac cognitione, applicent, factum est. Quidam enim auspicatum suum sibi pollicentur, si, iis relictis quę in specie & primo aspectu humilia apparent, illico ad intima prorumpant: ignari profectò quanta temporis & cognitionis iactura hanc festinatam præcipitantiam redimant. Perinde enim faciunt vt ij qui per diuerticulum compendium quærunt, ac interim longissimè à via aberrant; vnde eò quò iter instituitur, nisi aut repetita via regrediantur, aut aliunde, sed longiore itinere, peruenire non possunt. Plus enim & hæc pars studio-

2. Simplex enim res dicitur, quæ cùm eadem sit in essentia, similis est in partibus. Quædā sensu simplicia, in intellectu cōposita: vt lapides, metalla.

3 Admixtionem nouē requiruntur cōditiones primò vt quæ miscētur permaneant in tertio, & non in alterū corrupta: est enim hæc inter generationē & mixtionē differentia: ignis enim nō miscetur lignis, sed generatur. secundò vt ea quæ miscētur, sint corpora: non enim accidēs miscetur subiecto; nec accidēs accidenti. tertiò quòd nō semper permaneāt coniuncta, sed separari possunt.

quartò vt sint minima, ita vt sensui non appareant plura. quintò, vt sibi sint homogenea. sextò, vt sint contraria actiua & passiua, communem tamen habeant materiam. septimò, licet æqualis non sit potentia; non multum tamen superet vnum alterum. octauò, vt terminari possint. nonò, vt omnino non sint similia; inter hæc enim nulla est actio & passio: nec penitus diuersa; nam tunc contraria essent in eodem. Debent autem partim esse corrupta partim non. Elementa verò miscere pro generatione compositi, est opus naturæ, cælestium interuentu, iussu Dei.

studiorum in recessu includit, quàm prima (vt aiũt) frõte promittat.[4] Quatuor esse genera corporum simpliciũ corruptibilium, quorum mutua transmutatione res omnes consistunt, diximus. nec tamen portio in singulis, quę ex ipsis constituuntur, æqualis est: nec ipsa mixtio confusanea censenda; sed talis qualem naturę vis insita molitur. hæc enim res omnes ita efficit, vt nec ad vsum meliores, nec ad speciẽ pulchriores esse possint. Quo fit, vt mistis ipsis de quolibet eleméto tantum tribuat, quantum pro cuiusque essentia efficienda sit necesse. Temperamentum ergo qualitatem esse nemo dubitat, quæ fit ex præscripto naturæ, cùm elementorum qualitates ad harmoniam ob mutuam actionem & passionem concinnantur. Porrò hæc qualitas, iuxta aliquorum mentem, tertium quiddam ab elementorum formis diuersum censenda est: potentia tamen &

4. Hic magna oritur difficultas quomodo fiat elementorum mixtio in composito. Consistit autẽ præcipuè in hoc, quænam sint elemẽtorum formæ; et an hæ suscipiant magis & minus. Vir quidã doctissimus inquit formas elemẽtorũ esse quas nos qualitates appellamus: easq; esse substantias quæ non suscipiũt magis vel minus. nam si ita non esset, dari posset ignis nõ calidus: ergo necesse est vt ad minima redigãtur, vt fiat mixtio. Sed hæc nõ erit mixtio vel

Quomodo elementa misceantur.

Variæ de elementorũ substãtiis & effectu opiniones.

& facultate est effectrix earum; ita vt refrigeret, calefaciat, humectet ac siccet ipsum subiectum. alij verò qualitates, quas nos in elementis communi loquendi vsu appellauimus, verè formas esse putant; & ideo substantias, non accidentia: alij verò ancipitis esse naturæ. Et quo modo in mistis maneãt, diuersi diuersa sentiũt. alij enim potentia, & non actu: contemperatur enim tota elementorum substantia in ipsis formis contrariis; ita vt nihil elementi maneat, nisi materia, ipsis formis cõtrariis ad harmoniam reductis, quam temperaturam appellant. Stoici non solùm qualitates, sed totas substãtias misceri affirmabant: si caliditas summa in igne sit eius forma, & ob id substantia, quę cùm non suscipiat magis nec minus, vtique caliditas in summo remanebit in misto. vt verò fiat mixtio, vt ad minimas partes redigatur, ne fiat corporum penetratio necesse est. Si verò est qualitas, hæc refringi potest. Ancipitis autem naturæ esse, hoc difficile videtur; cùm nihil possit simul & respectu eiusdem substantia & accidens esse; nec inter hæc datur neutrum. Alij dixerunt caliditatem

permixtio, sed potiùs cõpositio. tãtùm enim sensus iudicio permisceri videbuntur; vt Arist. 1. De generatione, vbi inquit: Cùm quodammodo vis vtriusque mutatur, tũ vtraque in id quod vincit ex natura sua mutatur: ita tamen vt non in alteram se vertat, sed in id quod mediũ est atque commune. atque eas demũ res permisceri inter se posse, quæ cùm vim faciendi habeant, quandã repugnantia continentur. Tandem, inquit, permixtio est eorum quæ inter se temperari possunt cùm alterata sunt copulatio. Ex particulis quæ integræ & saluæ permanent, nõ potest

tatem non esse ignis formam, sed leuitatem, vti grauitatẽ aquæ & terræ: caliditatem verò esse accidens ignis. Si verum hoc esset, dari posset ignis parum calidus, vel tandem omnino expers caliditatis; & sic ignis esset sine calore. Atqui dicunt caliditatem esse accidens inseparabile: adeò difficile est vltimas rerum differẽtias perscrutari. Hæc autẽ alibi diffusiùs discussa fuere. Galenus verò, pluribus locis, Medicos ab hac subtili disputatione liberat; cùm parum aut nihil ad artis opera illustranda faciat.

fieri permixtio. Præterea plures essent formæ in eodẽ subiecto, & inuicem contrariæ. Ex quo Scotus, id animaduertẽs, dixit formas quidem substãtiales manere integras, quæ licet inter se conuenire non possint, ad quintam tamen formam mixti conuenire: Sed duo contraria nec medio alicuius possunt in eodem subiecto conuenire: & ita formæ elementorum nec essent actus nec actu; sed ex forma mixti & ipsis vnum actu: præterea pluribus formis plura entia. Alter verò clarissimus quidam vir censuit elementorum naturam non propter se solùm, sed propter compositum quoque constitui: propter se igitur habere formam quam abiiciunt propter adeptionem formæ nobilioris. Neque igitur remanent formæ, neque qualitates suis priuatæ formis, sed alio modo ad compositi substantiam accommodatæ: ad nouam enim generationem partium formas, inter se suis domitas qualitatibus, pristinum naturæ vigorem sub vnius imperio deposuisse. Sed quæso, si non remanent, ergo corrumpuntur: ergo elementorum nihil permanet nisi materia: aliquid igitur aliud quod non est elementum gignitur: atque elementa post mortem ad pristina loca redeunt, quia sunt in cõposito. At si deponunt tantùm priorem naturæ vigorem, non ergo corrumpũtur formæ priores; sed easdem retinent. Cùm igitur remittantur, ergo formæ suscipiunt magis & minus. atqui formæ substantiali non conuenit magis & minus: quia ad formam substantialem non potest esse motus secundùm se: in generatione enim substantiæ non fit motus successiuus, sed mutatio subita: inquit enim Philosophus 5. Phys. quòd ad substantiam non est motus. Videtur tamen necesse, aut formam intẽdi & remitti vnam quidem numero, aut infinitas esse formas; vt superius

rius notauimus, ratione successionis & continui, quod est diuisibile in infinitum. fieri enim non potest, cùm omnis forma sit actus, vt transeat in aliud nisi per suam corruptionem. vel sunt igitur infinitæ, vel intenditur & remittitur. Si vna est sola, deinde agens, intendens, vel imprimit aliquid diuersum à præcedente, aut non. si non, nulla est igitur variatio in intentione; quod quidem est contra sensum. Sic ergo forma intensa quam imprimit est diuersa à præcedente remissa. & ex hoc sequitur quòd ea remissa corrumpatur: quia duæ formæ eiusdē speciei non sunt simul in eodem subiecto. Atqui dicunt quòd nō imprimit, sed perficit. Si sic agit, ergo perficit per nihil, & agit nihil agendo; quod est inconueniens. Item perfectio formæ est aliquid positiuum; ergo vel est idem cum forma, vel aliud. non aliud, ergo idem: ergo quod est causa nouæ perfectionis, est causa nouæ formæ, quantum ad essentiam formæ. ergo primum fit per intentionem; ergo & secundum: variatio enim perfectionis formæ est & variatio essentiæ formæ. perfectio enim dicitur forma: si perfectio habet gradus, ergo & forma. Tum inquiunt quòd Aristoteles dixit quòd formæ sunt sicut numeri. Sed Arist. intelligit vel de formis separatis, vel de speciebus quibus non potest addi nec diminui sine earum variatione, vel quia sunt indiuisibiles quatenus ad differentias formales quæ constituunt speciem, non quatenus ad gradus qui inueniri possunt in diuersis indiuiduis eiusdem speciei. His præmissis, sciendum est quòd vt aliquid suscipiat magis & minus, potest contingere tripliciter: vel ex sola variatione subiecti, vt aër intensius illuminatur à sole quàm aqua; vel ex sola variatione agentis, vt aër magis illuminatur à sole quàm à luna; vel ex variatione vtriusque, vt aër magis illuminatur à sole quàm aqua à luna. Est tamen necesse vt sit aptitudo formæ ad suscipiendum magis & minus. Patet igitur quòd formæ intensæ & remissæ acquisitæ per motum, sunt partes vnius formæ numero; & non sunt vna indiuisibilitate, sed continuitate suarum partium; quæ non sunt simul, sed successiuè & vna superueniente alia desinit esse, & sic suscipit magis & minus. Res itaque ita videtur se habere: Omne accidens inhæret alicui substantiæ; & forma substantialis primò accedit antequam adueniat accidens; deinde forma substantialis nihil agit nec operatur nisi medio accidentis: ergo formā substantialem semper comitatur accidens quod est ab illa inseparabile. Quemadmodum in anima rationali adsunt intellectus, voluntas, & memoria: hæ non dicuntur eius partes, cùm anima sit indiuisibilis forma; nec sunt eius formæ, tres enim essent formæ in eodem subiecto indiuisibili: sunt ergo accidentia seu facultates sine quibus anima rationalis consistere nequit. Hæ facultates suscipiunt magis & minus, vel ratione subiecti, vel instrumenti, vel aliam ob causam. Lumen etiā solis non vbique nec in quolibet loco vires suas exercet: ita caliditas in

igne

igne non est forma ignis, sed est accidens inseparabile ab ipso igne: ideo non potest dari ignis non calidus, sed calidus, calidior, & calidissimus. Nec Aristoteles feruorem illum extremum posuit in igne qui in sublime rapitur: nec videtur rationi consentire, quod superius notauimus, temperatiorem reddi in sublimi, propter rarefactionem, vt inquit vir ille, hic inferius. Hoc quidem potest contingere ratione aëris ambiẽtis, qui quidem inter particulas ignis plurima loca occupat: sed ibi nullus aër, sed totus ignis, & nihil rarius reperitur igne, & ibi est purissimus & tenuissimus, nec permixtus. Si hæc etiam ratio valeret, non ob id sequeretur ignẽ non habere gradus caliditatis. præterea aqua quæ calefit ab igne, vel admittit formã ignis vel qualitatẽ: si admittit formã, tũc est generatio, & propria aqua corrumpitur: si est generatio seu alterius formæ acquisitio, quare in instãti nõ feruet? quare nõ statim fit etiã sicca, vt est ignis cùm relinquitur humidũ? Ergo forma ignis et aquæ erũt simul in eodẽ. Tollitur frigiditas, tollitur siccitas, remanet humidũ & calidũ: & tũc nõ est aër sed aqua, vt apparet: statim enim redit ad pristinã frigiditatẽ. Ex quo sequitur, quòd qualitas ignis agit in qualitatẽ aquæ, cùm sensim enim introducat caliditatem, non addendo quantitatem, sed alterando; sequitur aquæ frigiditatem remitti: ergo si eius forma substantialis est frigiditas; necesse est aut fateri formas substãtiales suscipere magis & minus, aut has quas nos qualitates appellamus non esse elementorum formas. Nec valet ratio: si forma ignis non est caliditas ergo potest dari ignis non calidus. non sequitur: nam si amittat omnem caliditatem, non amplius erit ignis, sed quid aliud: corrumpetur enim. nam si proprium & inseparabile accidens tollas à forma substantiali, omnino destruis & formam substantialem. Ablata omni albedine à niue, non erit amplius nix, erit quid aliud. nec sol erit sol sine lumine. Atqui dices: Tradas mihi elementorum formas, nomen ignoro. dicendum est esse vim quandam in illis existentem, & actum qualitatibus tanquam instrumẽtis & mediis ad operationes suas edẽdas vtentem. Confundi & elementa censent Hippocrates & Galenus 1. & 2. De elementis, De natura humana, & De placitis Hippocratis & Platon. Nec est dicendum quòd virtutes tantùm remanent elemẽtorum, corruptis formis. his enim corruptis, corrumpuntur etiam illorũ accidentia quæ illas consequuntur. & nihil agit vltra suam speciem: vnumquodque enim sic operatur vt habet esse. Continentur autem à forma nobiliori mixti; vti trianguli à circulo. Ex elementorum verò mutua actione & passione in qualitatibus, inde fit intentio & remissio, quæ necessariò sequitur actionem & passionem. Cùm igitur vires, facultates, accidentia sine subiecto esse non possint; subiectum verò constat materia & forma; actiones pendent à forma, qua ablata auferuntur etiam accidentia & vires; & remanebit tamen materia, cuius munus

nus est pati, non agere. Si non corrumpantur formæ, plures erunt in eodem supposito, & in diuersis partibus. Cùm igitur mixtio sit cælestium & naturæ opus, iussu Dei; quatenus obtusa ingenij humani acies perscrutari potest, dicendum est aduentu formæ mixti formas elementorũ non amplius formas sed facultates esse; quibus nobilior forma vtitur pro suo arbitrio, &, donec eas regere potest, suam propriam seruat formam: formas verò elementorum detinet tanquam non formas; quas cùm amplius continere non potest, recedit tanquam ab illis vel ab aliqua illorum superata destructa illa temperie in qua consistebat vi naturæ; quæ inter Dei arcana reponitur. Et hoc pacto soluitur quæstio, an virtute, seu potentia, vel actu maneant elementa in composito, & quo modo suscipiant magis & minus.

CAP. III.

De Temperamentis & partibus.

Temperamentum.

TEMPERAMENTORVM verò vim Medicum oportere solerter & ingeniosè inuestigare, satis constat: nam inde quidquid vniuersa ars magni habet, originẽ ducit. sine iis enim nulla corporis sani, ægri, & neutri vera cognitio; nulla medendi methodus; nulla vniuersalis cognitio artis, formari potest; nil prædicere; nil denique, vt omnia paucis complectar, cum dignitate Medicus facere huius partis ignarus potest. Hęc quid sit, abundè diximus. Reliquum est, vt quot in vniuersum partibus sit distributa, dicatur. Omnes res mistæ ex corporibus simplicibus corruptibilibus, quæque calidæ, humidæ, frigidæ aut siccæ dicuntur,

cuntur, aut talia; sunt [1] energia aut potentia. hic modus loquendi fortasse, tanquam saxis repercussis, strepere videbitur in futurum. sed cogitandum est, hanc molestiam præsentissimum medicamentum habere coniunctum. Quem enim non ducit admiratio, quem non delectat, si naturam ac proprietatem suam à Medico depictam, tanquam in speculo, contemplari possit? Postremò, non clari solùm, sed & vulgares, quasi pro suo iure, hanc notitiam à Medico exigere vidētur: eam denique quam in hac discernendi ratione præstātiorem cognouerunt, etiā artis opera cum maiori dignitate præstare posse sibi pollicentur. Nec immeritò. vident enim hanc facultatē, non, vt aiunt, à virgula diuina, sed è penetralibus artis suppeditari. Quo nomine liberior quoque nobis dicendi facùltas erit, pro quibus nominum acceptiones explicare vtile erit. In primis constat enim artis huius studiosis varium esse vsum per omnem lectionem significati· horum nominū. Vtimur itaque calido, frigido, humido & sicco, partim absoluto sermone. at cùm dicimus animalium corpora ex calido

[1] Potentia & actus ex Arist. pertinent ad vnum genus. Potentia intelligitur vel ea quæ præcedit actū, & distinguitur tempore tantùm. & specie vnum sunt: sæpe etiā numero vnū. Alia verò est potentia quæ est principiū operum & effectionū. alij facultatem, vim, potestatem, virtutē, appellant. Potentia etiam diuiditur ab Arist. 5. Metaph. in actiuam & passiuam. actiua est principium transmutādi aliud secundùm quid aliud: & passiua est principium transeundi ab alio secundū quid aliud. potētia actiua influit alteri, & non

calido frigido, humido & ſicco cōſta-re; hoc loquendi modo per hæc nomina prima mundi elementa intelliguntur. de quibus abundè dictum. Aliquando etiam iis vtimur nominibus, non pro toto ipſo elemento, ſed pro altera ipſius parte, videlicet qualitate ac forma ipſius elemēti; calidum pro caliditate accipiētes. Tertiò cùm miſtum aliquod (ſiue ſit ex animaliū, ſiue ſtirpium genere) calidum, frigidum, humidum, & ſiccum dicimus; ſiue vna aut vtraque contrarietate expreſſa; tum ex quatuor elementis cōpoſitum illud corpus nō negamus: ſed calidum nominamus, quia in elemētorum mixtione calidum exſuperat frigidū. nulla enim res naturalis iſtas qualitates habet in ſummo, ſed contemperatas & remiſſas; ſiue remittantur qualitates, ſiue integræ remaneāt formæ, & ad minima redigantur; nūquam mixtū in ſummo obtinet qualitates: vtroque enim modo remiſſæ apparent, notis ſaltem ſenſui. in qua miſtione aliquando vna contrarietas, ſæpe etiam duæ, ſuas contrarias qualitates excedunt. Et ſi ſecundùm exceſſum, ſiue ſimplicem ſiue compoſitū,

recipit: paſſiua contra recipit, & non influit. In ſolo Deo eſt pura potētia actiua; quia mouet & eſt immobilis. Ideo potentia quæ non eſt cōiuncta actui, dicitur imperfecta: ſed hoc intelligitur de potentia paſſiua, non de actiua ſimpliciter.

Quot modis dicatur aliquod corpus calidū, frigidū, humidū & ſiccū.

D corpus

corpus istud denominatur; vtimur quoque iis nominibus in arte Medica, idque frequentissimè; non absolutè, sed comparatiuè. quo dicendi genere mista, calida, frigida, humida dicimus: non propriam elementorũ portionem in iis considerantes; sed cõferentes cum aliquo alio misto. Hæc itaque[2] comparatio fit potissimũ quadrifariam: vel enim dicimus calidum, frigidum, humidum, aut siccum, mistum quoduis, respectu medij in vniuersa substantia. id verò quod ex pari mixtione extremorum conflatur, est exquisitè[3] symmetrum vniuersorum quæ ex elementis sunt condita. tale verò symmetrũ, & rationibus & sensu, cutem hominis temperati, maximè eam partem quæ est in vola manus, Galenus concludit: non quidem exteriorem, sed interiorem, quæ ex pari portione neruorum & venarum pro instrumento tactus est genita; & est veluti regula omnium sensibilium,

Quot modis cõparantur tẽperamẽta. Prima cõparatio.

Symmetrum.

2. *Quæ comparãtur, propriè secũdùm magis & minus debẽt esse vnius rationis in eo in quo comparãtur; vt patet ex 7. Phys. Cõparantur tamẽ quandoque largo modo quæ in vna ratione non conueniunt. sicut dicimus quod substantia est veriùs ens quàm accidens. Comparatio item nõ semper inter æqualia fit: sed interdũ ad nobilius aut notius referimus. sed nõ è cõtra fit comparatio ab ignobiliori ad nobilius. Fũdamenta verò comparationis sunt, identitas, & diuersitas; similitudo & dissimilitudo; æqualitas & inæqualitas: absolutum & relatiuum. Consideratur etiam æqualitas dupliciter: vno modo arithmeticè; vt duo inter vnum & tria: altero modo similium in qualitate; & secundùm quantitatem geometricam: & hæc secundùm iustitiam & virtutem dicitur æqualis.*

3. *Symmetria est in prædicamento relationis. Par mixtio nihil aliud est quàm æqualitas quæ semper refertur ad quantitatem, vel ad aliud*

qua

qua animal ſapientiſſimum in diſcernendis rebus omnibus opus habebat. Huius ergo reſpectu omnia vniuerſa huius mundi corpora, aliqua exceſſus differentia deſignantur. Secundò fit comparatio ad medium in vniuerſo genere animalium. hoc verò ſymmetrum, ſi omnium animantium temperatura diſcutiatur, homo eſt: is enim vt habet nobiliſſimam formam, animam nempe, diuinæ auræ particulam; ita etiam corporis temperaturam, pro nobiliſſimis præſtantiſſimæ formæ operationibus, ſortitus eſt excellentiorem. Poſſunt & in reliquis generibus ad hūc modum ſymmetra inueſtigari. Tertio deinde fit collatio ad medium ſpeciei; &, ſecundùm varietatem ſpecierum, diuerſa in ſingulis reperiuntur ſymmetra. hæc verò media ad operationis bonitates diſtinguuntur. In ſpecie itaq; humana, hominem exquiſitè optimo temperamēto, omnium reliquorum tanquā medium ſtatuimus. Talis homo, eucratos, euſarcos, quadratus dici poteſt: qui eſt omnium hominum, tanquam Polycleti regula, verè medius: idque ſi reſpicias vniuerſas corporis & animi condi-

Secunda cōparatio.

Tertia comparatio.

Eucratos

ſub quātitatis ratione. Ariſt. inquit 10. Metaph. quòd æquale opponitur magno & paruo priuatiuè. Quatenus tamen pertinet ad ſuū ſignificatum, dicitur poſitiuè, & nō priuatiuè. Nā omne quòd eſt directè ſecūdùm rem vel ſecūdùm rationē in prædicamento, & non per aliam reductionem, eſt poſitiuum & nō priuatiuū. Priuationes enim & negationes ſunt in prædicamento ſolùm reductiuè, ratione habituū vel affirmationū. Æqualitas autē eſt directè in prædicamēto relationis: & hæc eſt conſideratio æqualitatis, quatenus ad

conditiones. Ad hunc deinde reliqui colliati, aliquo defectu aut excessus nomine appellantur. Quartò dicimus calidum, frigidum, humidum, & siccum aliquod mistú, conferendo illud ad quoduis obuium. sic & diuersæ species, diuersa genera & indiuidua conferri possunt. Horum verò omnium particularis enarratio fusior est, quàm vt hoc loco explicari possit: alioquin & superuacanea est; cùm in iis quæ dicta sunt, totius negotij summa cõplexa sit, ex quibus nunc facilè erit, differẽtias temperamentorum iudicio complecti. De quibus ante Galenum nullus veritatem omnibus suis partibus comprehẽsam attigit. Quidam enim duas tantùm differentias statuerunt; nullumq; calidum & humidum temperamentum esse posse arbitrabãtur: quia calidum humidum discutiat, & sic siccum fieri: nec frigidum & siccũ esse posse contẽdebant; quia frigiditas humiditatem imperfectè elaboratam relinquit. hanc opinionem sunt qui refellãt: ac quatuor temperamentorũ differẽtias ex quatuor cõbinationibus possibilibus primarum qualitatũ probant. Hos omnes Galenus, vt acerrimus

illud quòd est: & sic est aliquid positiuũ: est enim quãtitas, vel aliquid acceptũ sub nomine quantitatis. Sin verò cõsiderem⁹ æqualitatẽ quatenus est ratio vnius; & sic est primitiua: quia æquale dicitur illud quòd positum iuxta alterũ nec excedit nec exceditur. & sic intellexit Arist 10 Metaph. Aliquid autẽ dicitur æquale quatuor modis: vel ratione ponderis, aut mensura, aut virtutis, aut proportionis. hic solus ad Medicos pertinet: & est illa æqualitas quã Galenus appellat ad iustitiã Ratione enim ponderis hoc fieri nõ potest: ignis

Quarta comparatio.

Galenus primus optimè tẽperamẽta distinxit.

mus arbiter, reprehendit. Nam cùm sit maximum peccatum in diuisione aliquid prӕterire; ij duo mēbra omiserunt. Primum quidem: naturā temperatam (quam antea eucraton vocauimus) non vulgari errore, ac si in calida & humida contineretur, nec ab ea esset diuersa, somniabant. Quos argutè conuincit. temperamentum namque symmetrum diuersum esse à calido & humido, apertius est, quàm vt probatione opus habeat: altera enim optima, altera à bona etiam discedit. Quare ver quidem temperatū, nō autem calidum & humidum: talis enim status tēporis morbos putridos efficit. Sed si exactiùs introspexerit quispiam, videbit in vniuersa arte nil maiori detrimento omitti posse. Eucraton enim tanquam regulam Medicus sibi habeat propositum, necesse est, ad quod in vniuersa arte quidquid fecerit, respiciat semper, sic enim rectè diriget & moderabitur opera sua: & nisi mentem hac cognitione instruxerit, in dēsissimis ac cӕcis tenebris versabitur. Alterum membrum in diuisione prӕteritum est de simplicibus intemperaturis. has enim, tanquam

Ver tēperatum dicitur nō calidū & humidum.

Eucratō, est Medico tāquā regula in tēperamentis dignoscendis.

enim nullius est pōderis, nec mēsura; nam ignis & aqua & terra aqualis mēsura non potest esse in corpore viuente. Nec virtutis seu viriū: nā corpus illud nullam vnquam in partē naturaliter moueretur. Reliquū est igitur vt sit ratione proportionis: cui mixtioni nō est necessaria aqua portio ignis & terrӕ; pars enim vna ignis & tres terrӕ cōstituere possunt mediocritatē in cōposito. Æqualitas in Mathematicis est quasi quӕdā magnitudinū vnitas: & est ita quantitatū ӕqualitas, sicuti substātiarū identitas: et est quasi quidā Geo-

metriæ scop⁹. Æqualitas itaque apud Medicos est potiùs æquitas quàm æqualitas. Cùm verò Algasel inquit: Quod si daretur corpus æquale, illud nec quiesceret nec moueretur: intelligit de æqualitate ponderis, vel quantitatis, vel fortasse virium: vt etiam inquit commentator. Quòd si corpus aliquod componeretur æqualiter, non moueretur omnino. Sed potiùs dicendum est, tale mixtum æquale dari non posse: nec etiam ratione virium aut ad vires, vt dicunt: nam si æquales eßent vires, vnumquodlibet illorum in proprium recederet locum. coactè igitur vel omnia vel aliquod illorum detinetur ab aliis. Præterea proportiones æquales sunt incompassibiles; cùm actio & passio non fiat inter æquales. omne enim agens supra passum dominium habet; vt habetur 1. De generatione & corruptione. Si enim æquales essent potentiæ, nulla fieret forma: ex pluribus enim existentibus æqualiter actu, non fit vnum per essentiam: neceße enim vnum per modum potentiæ se habere; alterum actu. Licet tamen dari non possit ea æqualitas quæ consistit in puncto mediocritatis; consistere enim non posset: cùm tamen sanitas latitudinem habeat; ea dicitur tēperata quæ maximè ab extremis distat. reliquæ verò quæ ad extrema sensibiliter accedunt, distemperatæ dicuntur.

omnino nullæ sint, omnino reliquerunt: cùm tamen & ratio eas esse concludat; & sensus propriis signis comprehendat. Facile enim est videre aliquos in caliditate tantùm distemperatos esse; in humiditate verò & siccitate à temperato nequaquam discedere.

4. Arist. tamen 4. Meteo. videtur asserere, quòd qualitates actiuæ sunt velut formæ quæ habēt sub se, velut materiam, qualitates passiuas. omnis enim naturalis generatio, est

4 Si enim caliditas indifferenter iam cum humiditate, iam cum siccitate, iungitur; quid ni caliditas sola superare potest suum contrarium, passiuarū qualitatum nullo excessu cōcurrente? Sunt ergo temperaturarū differentiæ in vniuersum, vna quidē temperata, octo verò distemperatæ. Ex quibus sunt quatuor compositæ: calida scilicet & humida, quam sanguineam vocant,

Quot sint temperaturæ

cant, impropriè tamen; calida & sicca, quam cholericam; frigida & humida, quæ phlegmatica; frigida & sicca, quę melancholica dicitur. Simplices quatuor: vbi in qualitate solùm fit accessus; aut in calido tantùm, frigido tantùm, humido tãtùm, aut sicco tãtùm. Has omnes differẽtias inuenimus respectu symmetri, quod eucraton in specie humana diximus. est enim velut regula ad quam distemperatorũ excessum aut defectum iudicamus. Hanc ergo temperatam naturam Medicus omnino complexã, & omnibus suis notis distinctam, teneat oportet; vt in promptu methodum habeat, quantum vnusquisque nostrum ab ea regula discesserit. Vt certè media omnia cognoscat exquisitè, nec ingenio, nec exercitatione vulgari, cõparatur. At cùm intellectus noster imbecillior sit, quàm vt primo obtutu essentiam rei cognoscat; hinc quasi manu ducẽdus est, vt affectus ipsos intueatur, ex quibus modo retrogrado causam de-

permutatio à virtutibus actiuis ex subiecta materia: quæ sunt virtutes passiua. Sed dicẽdum quòd tẽperamentum, quaten⁹ tale, etiã quod sit calidũ vel frigidũ simplex, non ob id est sine materia: si præcipuè sit tanquam forma. Qualitas etiam passiua potest habere dominiũ ratione quantitatis & resistentiæ: tunc enim subit nomen qualitatis actiuæ, nõ amplius passiuæ. Et cùm sit transitus, vt puta à calido & sicco ad frigidũ & humidum; ergo in transitu in medio sicci & humidi permanere poterit caliditas. Est tamẽ iuxta Arist. & etiã Galen. quod simplex qualitas in medio passiuarum existens, nec passiua in medio actiuarum, diutiùs consistere nequit sola in mediocritate sub æqualitate illa Arithmetica. Summa enim caliditas tandem secũ trahit siccitatem. & sic de reliquis. Contractus tamen habitus semper permanet, & ad sua principia inclinat. quæ verò actualis est, vti color

 prehen-

faciei, hic permutari assiduè potest. Temperamentum enim etsi permanens, nihilominus non paruam habet latitudinem terminis tamen extremis definitam, vltra quos vita consistere nequit. Sunt autem extremi gradus qui non adeò in aliquo excedunt vt temperiem corrũpant, excessus; illa intemperies inæqualis dicitur, cùm à medio distat quàm maximè, vel saltem manifestè.

prehendere possit. [5] Galenus pluribus locis testatur, totius corporis temperaturam partium temperiẽ, maximè principalium, referre. Hinc optimum factum erit, vt hîc quoque à partium contemplatione auspicati, certa methodo ad totum progrediamur. In resolutione finis, inuentæ sunt corporis particulæ duplici differentia contineri. aliæ quidem indiuisibiles in aliam speciem, quas & similares ideo vocari certum est: Aliȩ dissimilarium omnino partium, quas & instrumentales vocant. Priores, sensibilia corporis elementa ideò dictas constat, quia sensus iudicio omnino simplices videantur; & principia sua, ex quibus inuicem permixtis facta sunt, immediatè repræsentant. Similarium itaq; essentia in forma quidẽ, sed præcipuè in temperamẽti proportione, cõsistit. quod humana industria, vt singula alia, partim sensus iudicio, partim ratione, eruit & inuenit ad medium videlicet in vniuersa substantia, singula priuatim

5. Tria cõstituamus in homine: mouens non motum; anima scilicet: motum nõ mouens; corporis partes quadã, vt ossa: motum & mouens; alterum propius corpori, neruus; alterum propius animæ, spiritus. partes quæ hominem cõstituunt, tripliciter considerantur: vel tanquãpartes sine quibus nõ potest esse homo, sicut materia & forma; ex quorũ commixtione fit natura humana, nec aliud inducit in ratione sua. secundò aliqua sunt sine quibus po

Partes corporis aliæ similares, aliæ dissimilares

Similariũ essentia in quo cõsistat.

priuatim cum rationis examine contulit. Tale verò totius ſubſtantiæ ſymmetrum, pars hominis tẽperatiſſima inuenta eſt. Nam ſi homo animalium omnium medius eſt, non erit abſurdum, hominis eucrati partẽ omnino temperatam vniuerſæ ſubſtantiæ eſſe regulam generalem. Cutis verò, quæ ſummitates digitorum includit, ex neruis & venis contexta, medium exquiſitiſſimè nacta eſt temperamentũ. At particulæ omnes ſingulatim collatæ aliquo exceſſus aut defectus gradu ſignantur. In corpore itaque viuente, ab huius mediocritate verſus gradum caliditatis ſpiritu vitali nihil remotius diſcedit: cordis verò ſubſtantiæ temperies aliquantulum remiſſior: cordis temperaturam ſanguis excipit: hunc hepar: deinde ſequitur caro, muſculus, ſplen, renes, tunicæ arteriarum, & venarum. Sed hæc particularia lõgiùs à methodo vniuerſali diſcedũt. quare reliquorum membrorũ temperatura ad eundem modum ordinanda eſt. & vt ſe habuerit elementorum tẽperies in ipſa parte ſimilari; ita etiam affecta ſunt quæ ipſam temperaturam neceſſariò ſequuntur; vt ſunt ſubſtantia, facultas,

Quæ pars ſit temperatiſſima

poteſt eſſe homo, licet pertinent ad eſſentiam hominis; vt pes, manus, & ſimilia: hæc enim, præter eſſentiam hominis, includunt aliquid aliud; ſcilicet quantitatem aut figuram, ſine quibus nõ vocaretur manus aut pes. Tertio modo dicuntur partes nõ intrinſecæ aliquo modo, ſed extrinſeca ſecũdum naturæ rationẽ communem, & natura ſalua eſſe non poteſt, niſi illis adiũctis; ſicuti ſũt humores; ex quibus fiunt partes quæ ſimilares dicũtur. Præterea partes aliæ ratione indiuiduæ, aliæ ſpeciei tantum ſunt. Igitur partes aliæ

necessaria, alia utiles, quaedam non nisi ad decorem. cultas, operatio. hæc enim in elementorũ temperatura consistunt. manant *vt quibusdam in locis caro, vt impleat vacuum. Item alia pars densa, alia liquida. Aliqui ita diuidunt quæ in corpore habẽtur; nempe contenta, functiones, & partes. atque partes illæ dicuntur propriè quæ substantia solida constant, in quibus natiuus calor vnà cum spiritu & facultate inest. & licet vnicuique parti propria adsit facultas, est tamen ita omnium consensus, vt omnes in vnam & præcipuam animalem actionem conspirent. Similares partes ex elementorum permixtione constant, id autem temperamentum dicitur. Aliqui asserunt, similares partes constare ex temperamento, forma, & materia. Sed dubitatur, an materialis sit reponenda inter qualitates secundas. Galenus constituit partem similarem ex solida, carnosa, & spirituosa. Hoc pacto tandem diuiduntur partes corporis: & primò hæ sunt capitis partes: capilli, cutis, pericranium, caluaria, testa, syncipnt, occiput, vertex, sutura, coronalis, lambdoides, sagittalis, frons, tempora, ossa petrosa, sutura mendosa, supercilia, meninges, crassa membrana, dura mater, tenuis seu mollis membrana, pia mater, cerebrum anterius, posterius, cerebellum, cerebri ventriculi duo anteriores, meatus quem nonnulli pro tertio ventriculo ponunt, camera, fornix, conarium, nates seu testiculi, vermis, peluis, infundibulum, neruorum coniugia seu paria septem, duo nerui visorij, caui & mollissimi, reticularis plexus confectus ex his arteriis quæ in caput veniunt quæ postea arteriæ carotides, appellantur. Spinæ medulla subiacet cerebro, neruos sexaginta duos emittens: facies, oculi, palpebræ, genæ, cilia; anguli oculorum duo, magnus circa nasum, paruus circa tempora; tunicæ oculorum septem, retiformis, arachnoides, choroides, vuea pupilla, dura, cornea, adnata; septem circuli, ex his tunicis connatis: iris, humores oculorum, vitreus cristallinus, aqueus: nasus, nares, pinnulæ, interseptum, aures, fibra auricula, pinna, malæ, genæ, os, labrum infimum & supremũ, bucca, maxillæ, gingiuæ, dentes triginta duo, aut viginti & octo, dimidia pars continetur in singula maxilla, octo incisorij, quatuor canini, reliqui molares vocantur: palatum, gurgulio, vua, columella, os yoides, tonsillæ, fauces, mentum, ceruix, collum, aspera arteria, guttur, ligula, gula, thorax, clauicula seu iugula: costæ ab vtroque latere duodecim; septem priores ad pectus pertingentes, legitimæ dicũtur; mendosæ verò quinque quæ ad septum transuersum desinunt: os pectoris, mucronata cartilago, mamma, papilla, dorsum, spina dorsi: vertebræ viginti quatuor; videlicet colli septem, dorsi duodecim, lumborum quinque: scapula, acromion, id est, summus humerus, humeri, brachium, cubitus; vlna, cuius ossa duo, alterum maius propriè cubitus, alterum minus, seu radius:*

radius carpus seu brachiale, metacarpion seu pecten, palma, vola, digitorum nodi & articuli, pollex, index, medius, annularis, minimus: partes intra thoracem, membrana succingens, membranæ duæ intersepientes inuolucrum cordis, cor, auriculæ cordis, sinus duo cordis; dexter & sinister; in vtroque bina vasa, in dextro ramus insignis cauæ venæ, & vena arteriosa, sanguinem ad pulmonem deferens: in sinistro arteria venosa, spiritum ex pulmone cordi deferens, & fuliginosa educens; ex hoc arteria aorta omnium maxima: pulmonis fibræ quinque, septum transuersum: post thoracem sequuntur præcordia, primò cutis, quæ etiam est reliquarum partium tegumentum, summa cuticula etiã epidermis dicta, deinde membrana carnosa, abdomen dicta, vmbilicus, musculi abdominis octo, peritonæum, omentum: intestina sex, rectum desinens in podicem, colon, cæcum; hæc sunt tria intestina crassa; reliqua sunt tenuia; primum tenue aut gracile vocatur, secundum ieiunum, tertium duodenum: pars illa quæ inter intestina locatur, mesenterium dicitur: venæ mesaraicæ ad venam portam pertingentes corpus glandulosum, pylorus fundus ventriculi: iecur, cuius vt plurimum fibræ quinque; ex maiore canalis exiguus bilem deferens in vesicam fellis: vena caua, ex gibba iecoris, lien, renes, venæ emulgentes, sanguinis serum deferentes, meatus vrinarij, vasa seminaria, dydymi in testes sanguinem deferentes, epididimydes, vasa quæ sanguinem & spiritum testiculis deferunt, varicosus adstes, adstites glandulosi: duæ membranæ in quolibet teste; erythroides vna dicta, altera dartos: scroton, coles, penis, glans, præputium: in mulieribus, vulua seu vterus, cornua, testes muliebres, qui semen non in ceruicem, sed in sinum vteri fundunt, hymen, nympha, acetabula: ammios, quæ est tunica cùm mulier conceperit ex semine genita suscipiens vaporem à conceptu defluente; alia est tenuior, alantoides dicta, vrinam fœtus vsque ad partum in se colligens & retinens; tertia fortis membrana, secunda dicta: sequitur femur, rotula seu patella, sura, tibia, malleoli, calcaneum, digiti, pedes. Sunt autem hæc omnia membra contexta ex neruis, arteriis, venis, ossibus, tendonibus, ligamentis & musculis.

verò [6] à calore innato, tanquam fonte quodam. hic à totius forma originem trahit, imò ferè vnum & idem videntur. hæc autem simplicibus partibus inseruntur. quæ nisi suo sint temperamento præditæ; nec formam cõtinere possunt;

6. De calore innato plures & variæ sunt opiniones. alij elementarem statuunt; sed hic formæ viuentis non est

possunt; ob id nec operationibus propriis rectè vtuntur. dissoluto enim tẽperamento, tanquam causa continẽte & detinente, calor innatus dissipatur, & forma recedit. Et ita cõiunctæ permanent, & se mutuò consequuntur, forma, calor innatus, temperamentũ; vt altero horum destructo, vel statim, vel paulo pòst, sequatur etiã alterius destructio. Diuersa tamen sunt, & ratione potiùs quàm sensu seiunguntur. Omnis tamen operatio simplicibus illis particulis, eo modo quo diximus, refertur accepta. & vt diuersæ sunt simplicium substantię ac proprietates; ita quoque diuersæ sunt operationes. [7] Operatio itaque principem locum obtinet, tãquam certissimus effectus, ad temperamentum cognoscendum: quod pro tempore constructionem partium nominare possimus. Quanto itaque operatio est perfectior, tanto etiam constructio ea quæ ex elemẽtis; hoc est, substãtia & particulæ facultas.

Forma, calor innatus, tẽperamentũ, se mutuò consequũtur.

Ex operatione tẽperamentum dignoscitur.

principiũ: ad materiæ tamẽ confert præparationẽ, alterãdo & trãsmutando, vt forma introducatur in eam: alij calestem faciunt. hic enim & viuificat, & in esse conseruat, & temperatus dicitur: alij cõpositũ ex vtrisq. constituunt, qui inuicem contemperati formã compositi perficiunt. Satis tamen nobis sit, calorẽ innatum esse illum, qui prima radice rei generatæ est vitæ instrumentum; ideò fabricat, regit, conseruat, & secretricis & expultricis facultatis minister, & concoctricis, & omnis etiam motus in viuente. Ad huius supplementum facit elementaris: ad eius rectionem calestis. in vniuersum enim, calor est omnium formarum naturalium agentium instrumentum.

7. Operatio aliqua est quasi forma finis, vbi finis non excedit vim operantis; vt statua non est præstantior habitu statuarij: alia est operatio quæ non introducit finem, sed perficitur à fine. Vnio animæ

Sequuntur

cum porpore est vita, à qua proficiscitur omnis operatio seu actio; quæ nihil aliud est quàm aliquid actu entis perfectum. Actiones aliæ propriæ vnicuipiam parti addictæ, vt ossi, cartilagini, & similibus: aliæ omnes omnium partium gratia comparatæ, quales sunt in ventriculo & iecore. Item actiones aliæ à qualitatibus, (proprium enim actionis est esse in motu in sex principiis;) omnis autem motus fit à contrario. in nulla autem re magis apparet contrarium, quàm in qualitatibus. sed cùm qualitates sint instrumenta formarum substantialium, potiùs actio fiet à substantia. est enim substantia præcipuum operationis principium. illud enim quòd simpliciter dat esse, dat etiam actiones consequentes. substantia verò ceu forma est huiusmodi: Aliæ igitur sunt actiones à substantia, quæ aliquando manifestæ, quandoque occultæ à virtute specifica. omnis tamen operatio semper à virtute. Et actio alia est corporea; quæ fit medio corpore cum motu & transmutatione: alia incorporea, qualis est intelligentiarum, & Dei; quæ potius operatio dicitur. Rursus corporea actio duplex: altera quæ agit nec repatitur, qualis est corporum cælestium; & hæc fortasse conuenit cum calore nostro: altera quæ agit & repatitur; & hæc est à qualitate. A quantitate verò non fit actio. In Mathematicis non est motus nisi per accidens. A qualitate igitur & à virtute fit actio & operatio.

Qualitates secundæ.

Sequuntur etiam temperiem [8] qualitates secundæ, quas aliqui materiales appellant: vt mollities & durities, crassities & tenuitas, raritas & densitas, lenitas & asperitas, nec non & coloris diuersitas. ex quibus omnibus, certissima methodo, temperamentum partis cuiusque cognosci posse, tanquam per ipsum effectum, & ratio & sensus testantur. [9] Organicorum cognitio, cùm sint membra ex similaribus con-

Partium organicarũ cognitio.

8. Qualitates primæ, vt caliditas; secundæ, vt durities; tertiæ, vt colores, sapores, sonus, & reliqua sensuũ obiecta. Aliqui tamen secundas & tertias qualitates à primis minimè oriri dicunt. non enim magis oritur sapor ab illis, vti risus. sensionum enim materia sunt obiectæ species. Videtur igitur, quod à materia & ab efficiente seu totius forma, fiant secundæ & tertiæ qualitates. Arist. tamen libro De ortu & interitu, reducit has ad primas; cùm ex illis sit prima cõtrarietatis ratio.

9. Pars alia integrans; alia essentialis; alia subiectiua.

structa

structa, tota versatur circa formationẽ, numerum, magnitudinem, figuram, & positum similarium; quæ in ipsis instrumentis peculiariter sunt obseruanda; quum in horum concinnitate vel vitio, ipsorum robur vel imbecillitas consistat. Constructionem deinde facultas; [1] operatio facultatem sequitur; quæ itidem, pro constructionis bonitate vel vitio, variantur. Quare hinc non mediocris vtilitas ad membri organici naturam depræhẽdendam petitur. Et licet organum definiatur esse perfectæ operationis productiuum; vt oculus visionis; crus ambulationis: tamen primaria ipsa operatio, nõ organo toti, sed similari cuidam particulæ accepta est referẽda; vt Galenus multis locis exquisitè docet. Reliquas enim particulas, quæ cum primaria quoduis organum absoluunt, vsus alicuius gratia natura fabricauit, vt primæ illi actioni inseruirent. Veluti ambulatio, pedis est operatio, qui pars est organica, & principaliter manat à neruoso genere: reliquas omnes partes tãquam famulos quosdam natura instituit: nec nec enim sine ossium, musculorum, ligamentorum adminiculo tanta corporis

1. Operatio est illud in quo euanescit forma operati; et corrumpitur post quietem operantis. vt ambulare est effectus virtutis immediatus, differt ab actione. actio enim est motus quidã ad id quod efficitur. Nihilominus pl⁹ est mouere quàm agere: actio tamẽ est semper in motu. Differt à factione; hæc enim est artis; Præterea videtur operatio nescioquid magis vniuersale; respicit enim & materiã extrinsecã vti actio licet & hæc sit animæ & corporis: sed respicit & intrinsecè; vt ambulare, stare, velle, & intelligere. Operatio etiã fit in quiete,

poris moles ſuſtentari poſſet. ſed hæc rurſus abſque nutrimento, & calore naturali non durarent: quare venis inſuper & arteriis totius corporis miniſtris communibus opus habuere. læſis itaque neruis intemperie quadã; operatio quidem pedis vitiabitur: hîc tamen propriè nõ ad totum organum refertur vitium iſtud, ſed ad partem vnam ſimilarem: in numero verò, quantitate, formatione aut poſitu, ſi à naturæ ſtatu diſcedat; operatio lædetur à morbo inſtrumentali. Solutio verò continui ad vtraſq; refertur partes. Teneat ergo Medicus hæc circa ſimilares & organica: qua methodo eorum cõſtructionem & operationem cognoſcat, & ipſorum temperaturam inueniat. Nunc, quem ſcopum natura in earum conſtructione propoſitum habuerit, pauciſſimis ſubiungam. In principibus partibus, à quarum temperamento vt plurimum de toto corpore pronunciamus, naturæ intentio fuit vt inde viueremus. ex iſtis enim tres iſtæ facultates principes, ſine quibus vita nulla eſt, tanquam ex fonte quodam in vniuerſum corpus deducuntur. in ipſis verò prin-

Scopus naturæ in conſtructione organicorũ.

ſine motu, vt in diuinis; & fortaſſe in virtute ſeu facultate retẽtiua. Ex his arguere poſſumus, non omnem operationem fieri à calore, ſed etiã à frigiditate & aliis qualitatibus. Iam verò operatio quæ in corpore viuente fit, vtrũ fluat à parte ſimilari an organica, videndũ eſt. licet Ariſt. 1. Metaph. dicat viſum per oculũ fieri: & 1. De generatione animalium, Partes organica per ſe aliquid faciũt; & 1. De hiſtoria animaliũ aſſerat ſimilares partes ratione diſſimilariũ factas eſſe: videtur etiã quod figura, poſitio, numerꝰ, quãtitas bonarũ

operationum sunt causa. Sed operationes istæ secundariò & non primariò attribuuntur membris instrumentalibus. primaria namq; operatio manat à virtute, quæ consistit in temperie, quæ inest propriè partibus similaribus. prior est enim actio simplicium quàm compositorũ. In organicis tamen magis patet operatio; cùm sensui sit magis proxima. Quemadmodum enim operatio diuina nobis minus nota existit (longius enim distat) ab ea tamen omnis fit operatio: ita operatio organicarum partium primò se nobis offert; deinde similarium, humorum, elementorum, corporum cælestium, & tandem omnipotentis Dei. Præterea ratione præcipuè figuræ nomen acquirunt partes similares organicarum. Videtur tamen primo aspectu, (vt etiam innuit Arist. 1. De anima) quod vtrisque debetur operatio; primò tamen similaribus, deinde organicis. Sciendum subtiliùs contemplanti, quòd nulla pars est adeò organica, quin aliqua ratione similaris sit: nec adeò similaris, quin etiam, alicuius saltem gratia, organica non sit. In similaribus tamen dicitur adesse temperies, calor innatus, species; à quibus omnis operatio fluit, & in omni membro est virtus fixa, quæ eius propriam perficit operationem. Et licet differant differentia specifica inter se; sunt tamen vnius formæ partiales. vnius enim multi fines medij ad vnum finem vltimum. Et quia multæ actiones sunt specie differẽtes; ideò plures & differentes potestates, & ad eas obeundas plura membra & instrumenta.

2. Plura quidem esse mẽbra præcipua videtur asserere Galenus, de mente etiã Platonis; ita quòd anima diuidatur in corpore, secũdùm diuisionem membrorum in quibus suas actiones edit: ita vt intellectus tantùm sit in cerebro, concupiscibilis in

2 principalibus membris, corde, cerebro, & hepate, tanquam officina, resident; & inde per canales quosdã appositos, quos natura principibus partibus ministros construxit, sensum & motum, vim & spiritum vitalem, & nutrimentum in vniuersum corpus deducunt. Mirabili quoque artificio hæc organa à natura sunt collocata, ac miro modo munita. Deinde cùm natura opus ex corruptibilibus constructum perpetuum facere nõ potuit; membra & virtutem ad generandum apposita

Membra præcipua

apposita animali tribuit; vt per ea noua proles priori iam collapsæ succederet. Sed nec à principibus partibus solùm actionem & causam ipsius contemplandam esse; sed vniuersaliter in singulis; non requirit prolixiorem sermonē. omnis enim actio, partis à qua editur substantiæ proprietatem, quæ rursus in proprio consistit temperamento, nobis indicat. Sunt autē operationes tres primariæ, à principibus membris manātes: animalis facultatis fons & officina cerebrum est; vitalis à corde scaturit; naturalis in hepate &

Tres operationes.

corde, naturalis in hepate. Et quia ens particulare subiicitur enti vniuersali, & in hoc sunt plura principia, nempe materia, forma, & priuatio: ita etiam in hoc ente particulari sunt cor, cerebrū, et iecur. Et sicut transmutatio fecit scire materiam: ita actio formam.

Actiones igitur sunt tres, vel quatuor: ergo tres vel quatuor formæ. hæ autem requirunt proprium subiectum; tria igitur erunt vel quatuor subiecta. Sed fortasse Galenus intellexit de principiis quæ secundaria dicuntur, & quæ nobis se magis ostendunt. Cerebrum enim & iecur principia sunt equidem, sed non prima: solum enim cor est primū principium; est enim vera animæ sedes; quemadmodum Hippocrates & Galenus rectè senserunt. Hippoc. enim libro De corde hæc verba protulit: Mens (inquit) hominis in sinistro ventriculo insita est, & reliquæ animæ imperat, & nutritur pura & illustri substantia ex sanguinis discretione nata. Idem etiam censuit Arist. De motu animalium, De partibus animalium, & aliis in locis. Nam quemadmodum in magno mundo necesse est deuenire ad vnum principium: ita etiam in paruo mundo, vti est homo. hoc autem principium non potest esse nisi cor; cùm sit fons caloris, spirituum, & vitæ. Authore corde manant virtutes ad cerebrum & hepar; in quibus elaborantur & perficiuntur. cùm enim cor instrumenta apposita non habeat, omnes ideo actiones perficere non potest. atque ipsa habere non potuit, ne illi impedimento essent ad nobiliorem actum perficiendum, qui est vitam tradere. qua de re ab ipso natura disiunxit. Vt patet igitur in corde esse principium vitæ; ita etiam manifestū, esse primum quod oritur. Ridiculum enim esset, iecur esse primum: aleretur enim, & non viueret. Et vti cor primo oritur; ita

etiam postremum interit. Et licet anima sit simplex & vna; potestate; tamen multiplex & multa. itaque perfectior anima contrariorum etiam motuum est author.

3. Facultates quidē priores sunt instrumentis: ergo et spiritibus, qui & instrumēta animæ dicuntur. sunt enim inter animum mouentē & corpus motū: efficiuntur partes mēbrorum quibus insidēt. specie quidem differentes, sed non qualitate; ministri tamen potestatis animæ; ad agēdum. animati etiam; non solùm innati, sed & infusi. nō enim differunt; nec specie, nec officio, neque forma, neq; fine, nec materia, nec efficiente. Insiti dicuntur qui à principio generationis adsunt; etiā in semine:

singulis particulis continetur. [3] Istæ tres diuersi inter se generis facultates animal gubernāt; & membris ipsis integris, ipsas quoque incolumes esse oportet. Quòd autem facultatis nomine ipsas appellamus; id fit, quòd essentiam, & veram actionis causam ita designamus. hinc etiam, pro operationis varietate, varias sortitur facultas denominationes. Animalis ergo virtutis cerebrum fons est. ab essentia enim & temperamēto cerebri, spiritus animalis, ex spiritu vitali gignitur; qui vehiculum virtutis est; ac per eum spiritum, tanquam instrumentum, operatur anima tum internos, tum externos sensus. Ad externos quidē neruis vtitur; qui sensibilia, in propriis organis percepta, ad principem & cōmunem iudicem deferunt, quem sensum cōmunem vocant; is deinde rationi, quæ diuidit & temperat & ratiocinatur; hęc deinde res ipsas in thesaurum memorię, hoc est, species & formas absq. materia reponit; vt, si quādo opus est, iterum circa ea ratiocinādo operetur. reliquis membris, sensus & motus, Animalis virtus.

per

per neruos partim ab ipſo cerebro, partim à medulla vertebrarum (quæ & ipſa cerebro eſt continua) ortos, deducitur. Tres enim fuerunt ſcopi ipſi naturæ in diſtributione neruorũ: vnus quidẽ, gratia ſenſus, in ſenſoriis organis; alter verò motionis, in motoriis; alius verò in omnibus aliis, ad dignotionem triſtãtium. Defertur verò hæc vis à cerebro, non per meatus ſenſibiles, ſaltem manifeſtos; ſed potius per irradiationem, tanquam lumen à ſole; neruis opticis exceptis, quibus meatus ſenſibiles eſſe, Anatomici & Perſpectiui aſſerunt. Secundum princeps viſcus Cor eſt. id enim innati caloris fons exiſtit. & per arterias ortas ex ſiniſtro ventriculo (quem ſpiritualem vocant) per minorem quidem, arteriis pulmonis; per maiorem verò, omnibus animalis arteriis cor eſt continuum. ſanguineus enim ventriculus, per quem ſanguinem ab hepate recipit, dexter eſt, ſiniſtro ignobilior. Cùm itaque cordis operatio omnibus omnium membrorum operationibus ſit multo vehementior; & ita cõtinua, vt ne ad momentum quidem, ſine animalis interitu, ceſſet: prouida na-

Tres ſcopi naturæ in neruorum diſtributione.

fluentes, qui à principibus partibus ad alia membra fluunt. Licet in corde fons adſit vitæ & ſpirituum, nõ ob id dicendũ eſt, animam tantùm eſſe in corde. nam ſi in reliquis partibus eſt tantùm vis animæ, & non anima: ſi vis illa eſt ſubſtãtia, ergo eſt pars animæ: ſi accidens, ergo membra illa non habẽt viuentis formã; & ita nõ ſunt animata; & corpus noſtrũ erit vnum per accidens. eſt igitur anima in omnibus partibus. Spiritus itaq; vitalis, per ceruicis arterias in cerebrum fertur; ac in rete mirabile, ac per cõtextũ choroeidem in ventriculos

tura, quæ in singulorum constructione ad actionem omnia dirigit, cordis substantiam duram, & vix patibilem effinxit. hinc corde grauiter affecto, citissima mors animal excipit; cùm cerebri ac hepatis lęsis operationibus, corde ipso integro, producere vitam aliquamdiu animal possit. In cerebri verò affectu, si motus omnino interit, respiratio quoque extinguitur: qua perdita, vitalem vim illico suffocari est necesse. quo mortis genere apoplecticos è vita discedere certum est. In hepate læso tardior est vitæ extinctio. hinc illa opinionum series; hinc illæ scholasticæ cõtentiones, quas hic

cerebri defertur; in istis elaboratur, attenuatur & perficitur. ab aëre etiam per nares exhausto fomentum recipit, ac tãdẽ ætheriqua-si similis redditur, ad omnes naturales functiones obeundas aptus redditur. Vt igitur animal esset, oportuit habere sensum, cuius gratia quàm plurima comparata sunt instrumenta. Motio deinde animali tradita fuit, propter sensum, vt in 3. De anima habetur; vt quod appeteret, adipisceretur: quod nollet, declinaret. Galenus censet, sensum & motum & neruos originem ducere ab ipso cerebro: sic ratione similitudinis substantiæ; tum etiam quia in anatomica administratione ita apparet; & præclusis viis à cerebro ad partes inferiores, tollitur etiam sensus & motus. Arist. verò vult omnia à corde oriri. in corde enim magis viget sensus & motus; ergo videtur quòd in eo sit eorum principium. est enim primum quod mouetur, & vltimum quod quiescit. Possimus etiam asserere, neruum qui in corde existit, in eo originem habere, ac cerebro illum impartiri: Sed potiùs asserendum videtur, immediatè quidem à cerebro oriri, priùs tamen à corde vim suscepisse. Sunt facultates sensitiuæ duplices; Interna & Externa: Internæ sunt tres; Sensus communis, Imaginatio, & Memoria. à sensibus quædam foramina patent, per quæ rerum imagines haustæ in sensum communem confluunt: hic externarum varietates discernit ac iudicat; Altera impressiones sensuum recipit, conseruat & continet, & Memoria dicitur: hæc in cerebro impressa, sunt obiecta imaginationis seu facultatis fictricis; quæ tribus continetur, simulachro, facultate fingendi, & ipsa actione, vti & in sensu tria sunt; obiecta,

iecta, vis sentiendi, & actio: vna tamen est anima quæ intelligit, sentit & vegetat. Sensus autem à natura sunt comparati; tum ad fugiendum, tum ad percipiendum. Ex obiectis aliqua sensum subeunt cũ suis substantiis & qualitatibus; vt in gustu: in reliquis sensibus, motio tantùm fit per qualitates. tactus proximis eget & in terra cõstituitur, & pertinet ad ea quæ extra corpus sunt. odoratus, & auditus aliquã requirunt distantiam; ex aduerso & obliquo percipiuntur; in aëre constituuntur: odoratus ex attractione, vt cerebrum iuuet, & spiritus reficiantur. auditus ex aëris collisione propter disciplinam & societatẽ. visus fit ex aduerso: colores enim illic se offerunt statim sine motu; fit etiam à latere, quia oculi superficies & ipsius pupillæ curua est. Tradita est visio, vt multa insequamur & declinemus; homini vero præcipuè propter animam, & inuentionem. Galenus constituit visionem in igne: Aristot. in aqua: hinc oriuntur arduæ illæ quæstiones, Quomodo fiat visio. Alij enim asserunt visionem perfici extramittendo; alij intus assumendo: alij verò vtrunque in vnum colligunt. Priores inter se differunt. Empedocles arbitratur, visionem perfici ex forma pyramidali in oculo, & basi rotunda in re visa: & egredi ex oculorum tunicis, vti lumen ex laterna membrana. Timæus videns radium facilè dissolui posse; ideò in medio cohærere cum aëre luminoso; & sub forma pyramidali peruenire ad rem visam; ideo in tenebris res non videri censuit: per se enim debilis existit. Euclides, lineas ab oculo egredientes triangulum constituentes ponit, scilicet in hypotenusa basi diametro mobili seu sagitta. in hac certior est visio; in aliis imbecillior; in his enim, quasi per puncta, radij emittuntur à corpore luminoso. Democritus arbitratus fuit, in cornea rem visam recipi vti imago recipitur in speculo. Potior tamen videtur Aristotelis opinio, qui voluit multiplicari species coloris in aëre luminoso, seu aqua: ac inde deferri ad oculum: virtus autem visiua cùm subiiciatur sensitiuæ, dicitur passiua; ergo recipit. si enim fieret extramittendo tunc esset actiua, & tunc respectu eiusdem esset actiua & passiua. deinde nec tanquam corpus, nec tanquam accidens, radius oculi ad astra, & in instanti ferè, peruenire potest. Est igitur causa efficiens, anima; coëfficiens, lux seu ratio videndi; quia defert ad oculum species è materia elicitas, ac ab ea denudatas, per medium aërem. quod enim erat in potentia, fit actus medij: facta autem in species impressione, tunc fiunt agentes, cùm deferant impressa in communẽ sensum: quod non contingit in speculo; patitur enim tantùm, & non agit. Inanis verò est ea opinio, quæ radiorum refractionem ponit. lux ergo est medium; quæ tamen non est visilis, nisi ratione terminationis superficiei corporis solidi; quæ nihil aliud est quàm color, qui fit ex elemẽtorum mixtione; ideo lux in suo diaphano non videtur.

ne meminisse quidem lubet.[4] Est itaque cordis operatio, spiritus vitalis generatio. hæc enim veluti quædam alteratio est, qua sanguis in puram & spiritualem conuertitur substantiam; quæ ab ipsius cordis tẽperie, vi atque facultate insita efficitur. Cui deinde seruit[5] motus ille ex dilatatione, quã diastolen, & compressione, quam systolen vocant, compositus. Inter hos verò contrarios motus quies media occurrit necessariò, supera & infera: vna quidem post motũ dilatationis; altera post motum compressionis. In diastole, cor attrahit tum sanguinem, quem in spiritum conuertit; tum aëris substantiam. plurima enim & feruida cordis caliditas refrigerationẽ & ventilationem requirit. hinc pulmo cor circumquaque complexus, tanquam flabellum, illud refrigerat; & arteria venalis (quæ ex sinistro cordis ventriculo orta, ac inde pulmonẽ ingressa, per totam eiusdem substantiã diuiditur) in cordis dilatatione, aërẽ ex pulmone in sinistrum ventriculum deducit. In systole verò, constrictione spiritum iam elaboratum singulis animantis partibus, per arterias tanquam

Spiritus vitalis.

Cordis motus.

Diastole.

Systole.

4. Ex corde fluunt omnes illæ operationes quæ ad thymosin, seu animi impetũ attinent, & in externis fortunæ bonis versantur.

5. Cùm cor sit principium omnium virtutum, videtur, quòd vna tãtùm sit virtus, cùm vna tantùm sit forma specifica. secũdùm enim Peripateticos, omnia indiuidua eiusdem speciei vnam habent formam, nec differunt nisi accidente; sed virtutes, licet sint vna genere, differunt tamen specie. est autẽ motus cordis ab anima: nõ est autẽ vnus, nec cõpositus; ex duobus enim cõtrariis non fit vnum. duo igitur sũt

tanquam vehicula, delegat; quo vita & calor in vniuersis conseruatur. Per eundem quoque cordis motum, contractionis scilicet, quidquid in spiritus generatione superfluum ac excrementosum productum erat, vt fuliginem, & aqueum vaporem, & aërem calefactum ad pulmones, expurgat. Hinc etiam pulmo duplici motu, inspiratione & expiratione, propter cor ipsum, mouetur.[6] Nam per inspirationem aër frigidus attrahitur; per exspirationem verò aër calefactus, & fuligines à corde trāsmissę efflantur. Cordis itaque motus causa effectrix est vis & facultas vitalis. Hæc eadem vis ex hoc fonte arteriis immittitur; vnde etiam eodem quo cor ipsum mouentur motu. ex ipso enim corpore cordis, facultas illa qua contrahitur & dilatatur, in omnes arterias, per tunicas earum ex cordis substātia ortas, influit; atque sic eas cogit, aperitque vt cor ipsum. qui arteriarum motus pulsus vocatur. Et quemadmodum cor cùm dilatatur, ea quæ osculis suis appropinquant, trahit; cùm contrahitur, expellit: sic & arteriæ, cùm se aperiunt, ad se vndique, tum ex venis, tum aëre

Pulmonis duplex motus.

motus cōtrarij, & quies media cadit. Arteriarum verò dilatatio fit ex cordis cōstrictione, ob spirituum impulsum; subsident verò arteriæ ex cordis dilatatione. calor enim noster assiduè frigidum aërem desiderat, cuius defectu statim extinguitur: propter ignē enim (vt inquit Aristot. De Resp.) calorē, quem cor ab animo accipit, omnino animantium natura refrigeratione indiget; 6. id autem respirationis ope fit. & quo animal maiori calore præstat, eo plus refrigerationis requirit; vti sūt ea quibus cū sanguine pulmo datus est: pisces verò,

 ambiente

loco pulmonis, & aëris, aquæ, adminiculo branchiarum, se refrigerant. Cor quidem distentione, & contractione (nam mouentur arteriæ, modo prorsus assimili natura) agitatur: pulmo verò, neque natura, neque electione motum perficit: pectus enim dilatatur, pulmo pariter distentus, vt vacuo succedat, id sequitur: ex accidenti igitur, non per se mouetur: extrinsecus enim aër dilatato pulmone attrahitur, & inspiratio nominatur. tractus aër diuiditur. vt purissimus ac tepidus, à corde, totiusq; corporis arteriis, per arteriam venalem attrahitur; fuliginosus verò per asperam arteriam redditur. Spiratio verò, cùm vi tantùm naturæ fit, & non coactu, per solum septum transuersum ad proprium principium contractum, pectusque distendens absoluitur: cùm verò cogitur, vt in cursu, musculi intercostales adiuuant: Si verò magis cogatur, vt in his qui spiritum continent, vt in natantibus; eget septo, costalibus interioribus, & illis musculis qui scapulas attollunt. nam interni intercostales musculi pectus contrahũt, ex quo pulmo vrgetur, & vndiq; coarctatus deprimitur. & ita spiritus ab externo aëre adductus emittitur, qui exiens expirationem facit: & (vt inquit Arist. De Resp.) Respiratio vocatur aëris introitus; exitus autem, Expiratio. Continuantur perpetua quadam vicissitudine, quamdiu hæc pars viuit atque agitatur: respiratio verò existit, cùm calor augetur, in quo principium alendi situm est; hæc enim magis quàm reliquæ partes alimentum requirit, cùm aliis illa alimenti sit causa. Instrumenti autem constructio similis est follibus qui in officinis ærariis videntur.

ambiente (qui in ambitum corporis terminatur) attrahunt; cùm contrahuntur, à se vndique expellunt. Hinc Hippocrates totum corpus conspirabile, ac confluxile esse dixit. Hinc manat vniuersa trita [7] pulsus contemplatio; tum causæ; tum dignotiones, prognostica, ac pulsuum differentiæ, quæ colliguntur secundùm varietatẽ, à pulsu temperato. Is enim regula est, ad quam reliquæ differentiæ collatæ denominationem suscipiunt. Pulsus temperatus nulla excessus differentia notari

Pulsus tẽperati causa.

7. Arist. libro De resp. dixit pulsum esse humoris concalescentis inflationẽ: præterea esse similem ei motui quem vlcera cum dolore afferunt, & illi feruori qui fit dum aqua calore intumescit; attollitur enim, quia moles maior reddi-

notari poteſt; ſed omnino medius eſt. eius cauſa eſt fortitudo virtutis vitalis temperata. Reliquæ differentiæ, quãtum à temperamento diſceſſerint, tanto etiam virtutem illam vitalem diſceſſiſſe teſtãtur. hæc enim operatio cùm ſit effectus virtutis; ſi virtus aliquid incommodi ſuſceperit; etiam operatio, tanquam certiſſimum ſignũ atque effectus, commutabitur. Omnes ergo alterationes, & affectiones, item robur & debilitatem cordis, pulſus produnt: nec immeritò Medicus plurimum operæ & induſtriæ in hanc cognitionẽ impendet. Eſt itaque pulſus, natiui caloris, cordis & arteriarum motus moderator. nam pro conſeruatione caloris naturalis, per totum animal diffuſi, factus eſt. Ob id conſtat diaſtole & ſyſtole; vt is calor inter dilatandum refrigeretur, inter conſtringendum purgetur. Nec multum à reſpiratione differt: niſi quia hæc à virtute animali; ille à vitali pendet. Sed reuocat me à ſummi artificij contemplatione, quam in cordis & partiũ illi ſeruientium operatione & vſu maieſtas Creatoris expreſſit, inſtituti ratio. itaque timeo, cùm hanc molem in

Pulſus definitio.

tur & excreſcit: In corde verò, tumor humoris qui continenter ex alimento, caloris adminiculo, accedit, pulſum gignit, extrema cordis mẽbrana ſublata. idq; perpetuũ eſt; influit enim humor continenter, ex quo ſanguinis natura efficitur; & quanto maior eſt vis habituum, tanto maiores fiunt pulſus. Hi duos habent motus, et duas quietes, ſuperam & inferam: illa diaſtolem, hæc ſyſtolem terminat. Diaſtole eſt diſtractio, qua aërẽ attrahit, vt calorem temperet, & pabulũ ſpiritui ſubminiſtret: Syſtole eſt contractio qua

tantam angustiam costringere laboro; ne satiùs fuisset nihil dicere, quàm dicendi breuitate operibus naturæ detrahere. Ordinis tamen gratia, ad quẽ vniuersa hæc respiciunt, [8] de hepate, Hepar. tertio principali viscere, in quo facultas sanguinem efficiens residet, paucula dicemus. cuius quidem substantiæ natura proximè ad sanguinem accedit: subtilior enim pars expressa est; crassior deinde relicta propriam hepatis substãtiam efficit. Hinc nutritoriæ facultatis fons, & sanguinis gignendi organum existit. Cum duobus reliquis organis primariis, vt omnia conspirent & consentiant, communicat. per arterias quidem cordi, vt calor in

fuliginem expellit. Sumũtur autẽ differentia pulsuum à motu, ã quiete, ab ordine, à partis seu arteriæ qualitate & affectu. à motu, quantitas, vehementia, tempus. quãtitas, longum, latum, & altum comprendit; qui talis est, magnus dicitur. vehemens validè ictum ferit; imbecillus cõtrà. à tẽpore; celer qui breui tempore arteriam distendit; tardus, qui lõgo. à qualitate, & affectu; mollis aut durus; plenus aut vacuus. à quiete seu ictuum interuallo; frequens aut rarus. ab ordine, æqualis aut inæqualis; vel in vno ictu, vel in pluribus; in vno ictu, vel in vna parte arteriæ vel in diuersis: in pluribus; vel inæqualis æqualiter, vel inæqualis inæqualiter. Omnium pulsuum dicuntur esse tres causæ; efficiens est cor; instrumẽta, sunt arteriæ; impellens triplex, aut caloris spiritusq; penuria, quam pulsu resarcire conatur; aut intemperies calida quam refrigerare postulat; aut aliena substantia, vt fuligo cuius expulsionem molitur. Vsus facultatem mouet: hæc instrumenta: Instrumenta & facultas quandoque obscurant necessitatem.

8. *Cùm non solùm animalia, verùm etiam & stirpes alimento egeãt, idq; proliciant, vis ista appetitiua dicitur. in animantibus summa vis in iecore consistit, è quo tanquã è fonte in omne corpus diffluit, et singularũ partiũ vires sustinet. Hæc appetitio in corporis tantùm bona irrũpit, venarum enim adminiculo, vniuerso corpori alimoniam præbet: ad hoc obeundum pluribus eget facultatibus, quarum aliæ sunt ministrã-*

co

tes, alia quibus ministratur; ministrantes sunt quatuor, attractrix, retentrix, concoctrix, expultrix: hæ ministrant altrici & auctrici; ab illis enim alimentum præparatur vt immutetur: quod perficitur tribus actionibus, appositione, agglutinatione, assimilatione.

eo conseruetur: [9] per neruos verò, vt non omnino insensibile sit, cum cerebro communionem habet. sed cùm neruus is admodum paruus sit, inde etiam sensum habet obscuriorem. Os verò ventriculi, cùm sit instrumẽtum appetentiæ animalis, pluribus neruis, vt esset maximè sensitiuum, opus habuit. Hepar verò virtutem habet naturalem, quę absque sensu munus suũ obire potest. [1] Hæc singulis partibus, vt stirpibus terra productis indita est. nam & trahunt conueniens nutrimẽtum, retinent, alterant, ac sibi assimilant, ac superflua expellunt. Sanguis quidem vniuersis partibus ab hepate elaboratus, tãquam commune nutrimentum, deducitur. Hepar verò chylum à ventriculo per venam portam attrahit: est enim nobis id ventriculus quod terra plantis. Ventriculus itaque suctionem & tractionem sentiens, cibum & potum appetit: & hæc est

Cur hepar neruum tãtũ paruũ habeat.

Hepar chylum per venã portam attrahit.

9. Omnia instrumẽta naturalia aliquo neruo à natura sunt donata, vt & infestantes humores dignoscerent; & vt particula doloribus perculsa homines ad ipsarũ curationem impellerent.

1. Protospatarius tredecim hoc ordine ad nutritionem requiri statuit. primus est in os introitus; secunda per dẽtes attritio; tertia per linguam in globum formatio; quarta deuoratio; quinta in vẽtriculo in chylum cõuersio; sexta per mesaraicas venas distributio; septima in cauo iecoris sanguinis generatio; octaua ex cauo in gibbum sanguinis migratio; nona, per cauam venam sanguinis per totum corpus digestio; decima, sanguinis ex venis in musculos profusio, qua appositio vocatur; vndecima, san-

fames

guinis cum musculis fermentatio, quæ adhæsio dicitur; duodecima est fermentati sanguinis in carnium cutisq; similitudinem permutatio, quæ assimilatio nominatur; decima tertia, est ipsa nutritio, quæ non aliud est quàm vnio naturalis nutrimenti transmutati.

[2] fames naturalis. tanquam enim cō-munis totius corporis est minister vē-triculus. accepto enim cibo primā ipse alterationem in eo efficit: neq; enim sine multis alterationibus cibus ingestus, in locum eorum quæ ex singulis partibus resoluūtur, succedere potest. Is ergo sua vi & virtute adiutus, etiam à membris circumpositis, cibum concoquit; & segregationem superfluitatum molitur, quas per inferna, vt pondus inutile, excernit. Vena porta ob vim quam habet (ex hepate enim, vt & omnes venæ, oritur) rudem quandā & obscuram sanguinis formam succo illi à ventriculo elaborato indit: qui quidem etiam priùs alterationē quandam recepit à venis mesaraicis: qui deinde à porta per substantiā hepatis attractus, in minimis venulis distribuitur; & à visceris proprietate, ac calore ipsius hepatis naturali, quā temperaturam dicimus, ebullit, feruet, cōcoquitur, ac alteratur. In hac ebullitione excrementitiæ quædam gene-rantur

Transmutatio chyli in sanguinē; ac humorū generatio.

2. Fames est suctionis molestus quidam sensus, & dolor quidā dicitur. Aliqui reddunt rationē, inquiētes, quòd licet non sit excessus, tamen est defectus. Sed magis apposite, si dicimus nos intelligere excessum quācunque egressionem ad extrema siue ad summū, siue ad imū: vt nos docuit Arist. sectione 1. Indidit autem prouida natura animantibus leges quasdā, quibus ad alimēta sumenda excitemur; ideò ventriculo insignes neruos inseruit, vt præstātiori sensu præ ceteris excelleret. Nam cùm partes alimento destitutæ à sese mutuò exigunt nutrimentum, vt extremæ à sibi vici-

pis; hæ rursus à propinquioribus; nec cessat motus, donec venæ quæ ad ventriculum perueniat & ipse consecutione quadam inanitionem sentiant; ac postremo ipsis à ventriculo sugentibus. suctionem istam ventriculus non ferens, excitato animanti à facultate appetitiua, huius molesti sensus remedium cibum requirit.

rantur [3] superfluitates: quarum vna leuis veluti spuma est, vocaturque cholera naturalis; hác cystis fellis attrahit, ac deinde ad intestina expurgat: altera verò grauis & feculēta, quæ succus niger seu melancholica dicitur; hanc splen attrahit, & eius partem ad ventriculum pro appetentia excitāda delegat. Quod verò imperfectè alteratū est, Phlegma naturale appellare consueuerunt. Pro cuius expulsione natura nullum creauit instrumentum: est enim sanguis, sed non perfectè coctus; quare non expelli, sed in corpore manere & alterari desiderat. Ea verò pars quæ mediocritatē in ebullitione sortita est, sanguis vocatur: hæc à gibbo hepatis, & inde per venas in vniuersum corpus assumpta, tenui humiditate tanquam vehiculo deducitur. Istas humiditates, postquam officio perfunctæ sunt, renes attrahunt; à quibus ad vesicam, & inde foras excernūtur. Non est igitur vt quispiam admiretur numerum instrumentorum quę natura

Cur pituita nullum habeat propriū instrumētum.

3. Humores sunt fluxiles ac liquida quædam substātia, in quas alimēta actione naturæ pro vsu corporis transmutantur. quæ enim corpori nullū prestāt vsum, vt sputum & similia, nō humores, sed potiùs excremēta appellari debent. Rectè Galenus humorū mixtionem vino cōparauit: vtpote chylum musto; pituitam spumæ; bilem flauam flori; atram feci; sanguinē vino. Sanguis quidem calidus & humidus est; substātia mediocris; colore ruber; sapore dulcis, vt nu-

natura nutritionis gratia condidit. alia namque idoneum cuique particulæ nutrimentũ alterando præparant; alia separant excrementa; alia suscipiunt; alia expellunt; alia salubrium succorũ in omnem partem ferendorum sunt viæ. Cùm verò facultates naturales triplici differentia distinguantur, pau-

triat; solus enim sanguis, ex sententia Arist. nutrit. Pituita frigida est & humida: substã tia lenta & viscida; colore alba; saporis ferè expers, vt quandoque perfectiori coctione acquisita, in sanguinem vertatur, ac aliqua membra, præcipuè artus humectet. Bilis flaua calida & sicca; substantia tenui; colore pallida seu flaua; sapore amara, vt expultricem intestinorum facultatem stimulet ac à pituita detergat: Atra verò, seu sanguinis fex, frigida & sicca; substantia crassa, acida, seu acerba, colore ferè nigra, vt ventriculi actiones sua acerbitate cogendo corroboret, vt & continere & apprehendere cibum faciliorem possit; vt Gal. 5. De vsu partium; Auicenna verò censet, vt famem & appetitum excitet. Non autem in instanti sed in tempore gignuntur humores; nec à diuerso calore, sed ab eodem. Nam cùm in omni decoctione adsint partes tenues, mediocres & crassæ; hæ autem citiùs aut tardiùs separantur; tum ratione caloris magis vel minus validi, vel ratione materiæ magis vel minus aptæ ad concoquendum: harũ etiam de causa maior vnius quàm alterius humoris copia gignitur: cibi enim pituitosi & calor imbecillus maiorem pituitæ copiam gignunt Nec gignuntur humores per vlteriorem calorem. qui fieri enim posset si per diminutum calorem fieret pituita, deinde sanguis, & postea per vlteriorem bilis calidissima, ac per postremum melãcholia frigida & sicca? hanc enim hac ratione oportuisset esse calidissimam Ideo errauit etiam Galenus cùm in comparatione ebullitionis musti non posuit pituitam. arbitratus est enim pituitam, sanguinem minus coctum ante ebullitionem esse genitum. Et Auicenna etiam errauit, qui cõtrà solum sanguinem & humorem melancholicum ab eodem calore gigni existimauit. Sed res ita se non habet: verùm alia ineunda est ratio. & primò sciendum quòd omnia membra quemadmodũ sunt calore prædita, ita etiam vim alterandi & concoquendi habẽt: ita ventriculus cõcoquit. intestina, venæ mesaraicæ iecur, venæ magnæ, cor, venæ exiles: ita in hepate cõcoquitur chylus, separãtur humores, elaboratur sanguis, qui adhuc tenuior & calidior euadit in corde, qui deinde sanguinis spirituosi in arteriis contenti nomen assumit. Cùm igitur in omni re cibaria

cissimis

assumpta adsint etiam quatuor elementa, sub specie humorum etiam manifesta in aliquibus rebus, vt præcipuè apparet in carnibus; cùm caloris sit separare homogenea ab heterogeneis: necesse etiam vt aquæ loco pituita gignatur; loco aëris sanguis; loco ignis bilis; loco terræ melancholia. Vnde nullus reperitur cibus ex quo hi quatuor humores nō gignuntur. Si quid incoctum permanet, id cōtingit, vel ratione substantiæ, vel materiæ cibariæ, vel ratione caloris inualidi: excessus enim & defectus ijsce de causis eueniunt. Ab eodem igitur calore & semper gignuntur omnes humores; quemadmodum contingit in his rebus quæ ab arte chimica elaborantur; ex quibus extrahuntur partes tenuiores, crassiores, & media.

Gignēdi & augmētandi facultates.

cissimis de [4] gignendi & augmentandi facultatibus dicemus. Effectiuum itaque generationis principium est superfluitas boni & vltimi nutrimenti. hæc enim testibus viri delata, à vi & facultate eorum perfectam seminis formam induit; efficiturque artifex & principium effectiuum generationis. habet enim maris semen in seipso facultatem, vt nonnulli arbitrātur, qua formet conceptum; ac formet ac attrahat sanguinem pro commodo sibi nutrimento: eumque alterat ac transformat in similares particulas; & cuilibet suam propriam substantiam, tēperamentum, actionē simul & vsum tribuit. hāc virtutis generatione actionem à temperamenti proprietate pēdere affirmare videtur Galenus.

4. Hîc oritur quæstio, An semen mulieris, seu, vt aliqui appellant, gutta feminæ, sit pars actiua vel passiua ad generationē; vel nec actiua nec passiua. præterea, An semen sit pars cōstituēs embryonem. Hipp. & Gal. & quāplurimi alij Medici affirmant semen mulieris & viri habere rationē & formæ & materiæ in cōstitutione embryonis; adsunt enim membra quæ spermatica appellant, quæ sanguinis sunt expertia, quæ deperdita regenerari non possunt, cùm sperma non adsit; vti sunt ossa, nerui, & similia. Contrarium tamen apparet, cùm cor sit primum ge-

Altera

nitum; & ex eo reliqua membra fluunt; ex carne tamen constat cor, cæ-ro verò ex sanguine. Præterea Medici etiam arbitrantur feminam se-men eijcere: habent enim testes; & natura nihil frustra facit: deinde in-ter agens & patiens debet esse proportio; quæ quanto maior est, tanto magis est efficiens: præterea mulieres quæ concipiũt, nihil seminis emit-tunt, ergo illud retinent, & alicuius gratia postea assimilantur etiam filij matri: ergo semen mulieris est pars constituens. Contrà verò Phi-losophus: Primò videtur quod semen non sit tanquam pars materialis, sed motus initium & forma impressiuum. Ideo ab Auerrore 7. Met. ap-pellatur virtus diuina & intellectualis quæ in coitu mouetur. Membra etiam spermatica generari possunt ab aliqua sanguinis portione, vti in pueris: in adultis verò aliquid simile, vt in osse fracto apparet. Viri etiam habent mammas, vti mulieres testes. In proportione sufficit vnũ agens, & alterum patiens; semen videlicet & sanguis menstruus. A-quositas seu semen mulieris sensim dissoluitur. Similitudinis causa tri-plex est; vis cælestis, immensa feminæ imaginatio, & informatiua vir-tus semini indita. Sed species non permiscentur; & vti forma non potest esse nisi vna vnius rei, ita principium continens ipsam formam non po-test esse nisi vnum. vnum igitur est semen. forma igitur cùm sit sim-plex & indiuisibilis, ex duobus componi non potest; componeretur ve-rò si ex mare & femina prodiret. Vnius etiam formæ est vna materia; quæ cùm sit sanguis, non potest esse semen mulieris. Vnicum est etiam semen plantarum, terra verò matrix.

5. Ardua certè difficultas, Quomodo formentur & articulétur mẽbra. Alij informarum naturæ vim illã insitam dicũt; quæ cùm à superioribus sit infusa, sic virtute diuina prædita fingit, ornat & componit.

5 Altera verò generationis vis (quæ formatrix dicitur ob admirandum artificium, quo format, ornat, & componit organica membra) non à temperamenti proprietate oritur. hãc Galenus quiddam diuinum esse contendit. Et rectè sanè. nam, vt inquit Aristoteles, in semine inest calor quidam: non vt ignis; sed proportione respon- *Formatrix facultas diuina.*

Longè autem maior difficultas est, quomodo animæ sese in fœtu subeant: cùm enim substantia substantiæ non sit contraria, quomodo per sensitiuæ aduentum vegetatrix corrũpatur. Sed nullum intercedit spatium; aut vna continetur ab alia, vt tetragonum continet trigonum.

dens

dens calori stellarum :[6] qui facit vt semen sit fecundum. Et licet in semine statuant spiritum & calorem quem à parentibus suscepisse ferunt ; non ob id anima inest semini potentia. nulla enim forma ociosa manet ; sed potius est procliuitas quædam excipiendæ formæ. Et quemadmodum animalia aliqua ex putri materia & calore cælesti oriuntur; eo magis, & perfectiora, ortum suum ducunt à superioribus, tanquam à causa vniuersali. Absolutis itaque secundùm substantiæ & formę

6. Secundùm aliquos tamē semen perfectionem istam obtinet à natura, vt possideat, non vt roget; & vim hanc in semine conseruans ociosa nō manet. hæc autē inferiora à superioribus pēdere propter æquiuocā connexionem, nō propter vniuocam effectionum communionem, vti superius notauimus: nam si esset præparatio, generatio non fieret in instanti. Dicunt autem quòd ad hoc, vt instrumentum recipiat virtutem agentis principalis, non requiritur vnio secundùm suppositum, sed tantùm secundùm contactum; vt patet in securi mota ab artifice: hoc autem modo vnitur semen animæ generantis. per virtutem enim animæ nutritiuam concoquitur alimētum, vt assimiletur naturæ corporis. cùm verò deuenerit ad vltimam concoctionem, antequam in membra conuertatur, mouetur vt statim per virtutem animæ accipiat formā cuiuslibet membri; & ex hoc virtutem habet formandi materiam prolis in singula membra corporis.

Auctio.

essentiam particulis,[7] auctio succedit. Hæc itidem per omnes animantis partes diuino præcepto est extensa. nam secundùm tres dimensiones omnes particulas extendit ; specie & continuitate earum seruata. Huic deinde seruit nutritio : sine hac enim nulla posset fieri augmētatio. Vbi verò perfectum animal habet magnitudinem ;

7. Augmentum, ex Aristot. 2. De anima, est perfectio actionis nutrimenti; et est actus animæ vegetatiuæ: quæ sunt tres; generare, nutrire, augmentare. Nutrire & gene-

tum nutritio, quæ omnibus particulis naturaliter eſt inſita, vnà cum virtute vitali ipſum animal conſeruat. Huic ſeruiunt attractio; retentio; alteratio; & expulſio, quæ particulis ita eſt concreta & inſita, vt vis illa magneti qua ferrum trahit. Sic itaque in fontibus illis, nempe viſceribus principibus, tanquam in officinis publicis, elaborantur & abſoluuntur quę pro corporis & vitæ conſeruatione ſunt neceſſaria. Spiritus animalis, vehiculum virtutis ſenſitiuæ & motiuæ, per neruos hinc inde deducitur. Spiritus vitalis communi organo, videlicet arteriis, pro naturali calore conſeruando, tráſmittitur. Nutrimentum ab hepate elaboratum venæ deducũt: de quorum admirabili textura & connexione nihil præſens dicendi ratio dici permittit. Eſt enim mirabilis, non ſolùm cõmunium organorũ, videlicet neruorum, arteriarum & venarum cõnexio; verùm & reliquarũ partium omniũ. Omnes enim mutuò ſibi conſentiũt: tanquam in republica optimè inſtructa, ſingulæ pro ſua natura & dignitate officiis ſunt ornatæ; ac operationes ita diſtributæ, vt in orbem redeant, &

Spiritus animalis.

Spiritus vitalis.

rare pertinẽt ad introductionẽ formæ ſubſtantialis in materia. Hoc differũt: Nam forma, quæ eſt finis generationis, prius omnino non erat: ſed forma ſub qua fit materia alimenti per nutritionẽ, prius erat. In vtroque tamen fit materia corrupti ſub aliqua forma ſubſtãtiali quæ pri⁹ non erat ergo illa virtus quæ ſufficit ad generationẽ, ſufficit ad nutritionẽ in eodem. hæc autẽ virtus eſt animæ potẽtia: quæ etiam eſt eadem in augmentatiua, in animatis ſcilicet: In inanimatis verò ſine aliqua animæ virtute poteſt fieri augmen-

ad

ad totius corporis conseruationẽ conspirent. Et certè nemo adeo est sinistri genij, quem hæc naturæ diligentia, at potiùs Creatoris sapientia, non in stuporem & summam deducat admirationem. Hinc viri ij qui sensibus, & ratione integra vsi sunt, ex illa inenarrabili naturæ pulchritudine Creatoris sapientiam & potentiam prædicauerunt. Admirabilis corporis structura. Galenus certè, in libris quos de vsu partium accuratissimè conscripsit, noluit naturæ operũ detractatoribus respondere; ne sacrum contaminaret sermonem,

tum, vt patet in rarefactione aëris, quæ à calore fieri potest. Tribus enim modis dicitur augmẽtum secũdùm Auer. primo celi: aut secũdùm alterationem, vt cõtingit in aqua & aëre, & musto; secũdò per accidens, vt in mineris, in quibus additur aliquid extrinsecum, & continuatur cum primo; tertiò est verum augmẽtum, & contingit tantùm in plantis & animalibus: & in his, propriùs loquendo, fit in partibus spermaticis. Nec auctio fit secundùm partes formales tantùm, vt videtur asserere Alex., cùm dicat materiam non augeri cùm fluat & refluat. Sed forma non est auctio: & licet augmẽtum sit quantitatis, pertinere videtur ad materiam: nec est solius materiæ augmentum: sed, vt inquit Arist. 7. Metaph. vti solum compositum generatur & corrumpitur, ita solum nutritur & augetur. alimentum enim transmutatur in substantiam corporis materialem, & formam suscipit vt fiat pars corporis animati. Nec est motus localis, sed mutatio magnitudinis, quæ fit per extensionem; hæc autem per additionẽ nouæ superficiei. Et augmentum non fit sine generatione: non enim extenditur forma nisi super partem recens generatam, & forma se promouet, non autem fit maior: hoc enim formæ non conuenit. Nec videntur hæ actiones esse animæ; ageret enim in seipsam. sed est actio in partem additam. Sunt autem animæ potentiæ, generatiua, nutritiua & augmentatiua nec tamen sunt eadem cum anima essentia. nam, vt inquit Arist. quædam potentiæ sunt organicæ, quæ vtuntur corpore vt subiecto; vt visus oculo, & reliquæ potentiæ sensitiuæ: aliæ non organicæ, quia non vtuntur corpore vt organo, sed vt subiecto; vt intellectus & voluntas. Si hæ potentiæ non distinguerẽtur ab anima, æqualiter perficerent corpus; & corrupta aliqua ex potentiis, corrũperetur & anima

essentia. Homo enim viuens efficitur cæcus, non per solam priuationem actus videndi; nam & dormiens diceretur cæcus: sed per priuationem principij visiui. ergo præter animam est aliquid absolutum quod est principium videndi, quod per cæcitatem corrumpitur. Ergo sequitur, potentias animæ dicere aliquid absolutum additum essentiæ animæ. Idem etiam probatur ex prima ratione de intellectiua.

sermonẽ. [8] Hymnum enim Creatori verissimum se componere arbitrabatur, cùm etiam in minutissimis bonitatem, sapientiam & potentiam Creatoris elucescere videret: monuitque omnes vt considerent quanta bonitate summus rerũ conditor fuerit, cùm omnia incredibili ornatu illustrarit. Hunc verò ornatum inuenire, sapientiæ erat summæ: efficere autẽ omnia quæ voluit, potentiæ est inuictæ ac insuperabilis. Quòd si quem attonitum reddit sol, luna, ac infinitus ille stellarum numerus; mireturq́; magnitudinem ac pulchritudinem, & motum illum perennem certis periodis circũscriptum; is, si rationem inire voluerit, sapientiam & potentiam illam Creatoris non minorem in hominis fabrica elucescere videbit. Materiæ enim fortasse & formæ nõ artificij nomine differunt. Contemplare itaque artificium; & vtrobique parem sapientiam deprehendes. Relicta illa cõparatione quæ fieri potest inter animam rationalem

Cõparatio mũdi & hominis.

8. Rectè sanè diuinus Plato hominis creationem in Timæo descripsit, dũ Deus alloqueretur cælos. Quapropter, inquit, accedite vos dij ad animalium generationem; ita vt vim imitemini meã, qua ego in ortu vestro vsus sum; atq; eius quidẽ animalis, quod in ipsis tale futurum est, vt cum immortalibus appellatione cõueniat, diuinũq́; vocetur, principatum teneat, & iustitiam simul ac vos vltrò colat: ego vobis semen & initium tradam, vos cetera exequimini, im-

nalem & mētes illas seiunctas, seu angelos: nonne mirum erat ex terreno limo purissimum videndi organum potuisse construere? Nos itaque, quoad corpus attinet, ex corruptibilibus principiis mortales nascimur: illa sua essentia minimè ex contrariis conformata, magis perpetuitati accedunt. Vt igitur qui artifici dat lutum, nunquam repetere potest auream statuā: eodem modo sanguinem dans non recipiet solem aut lucida illa sidera: sunt enim diuina & cælestia; nos verò terreæ statuæ, Creatoris autem ars in vtrisque æqualis. Vt igitur illa cælestia summam Creatoris sapientiam ostendunt; ita etiam hæc terrena, in suum locum reposita, eandem confitentur, quis ornatus, quæ pulchritudo sit in mundo. [9] Sed etiam hominem veluti quendam paruum mundum esse, aiūt viri veteres naturæ periti, eandem

Quare homo corruptibilis.

mortali naturæ mortali attexentes. Deinde subdit: Cùm verò animæ necessitate quadam corporibus inserta fuerint, & corporibus earum accesserit aliquid, vicissimque abscesserit: primùm itaque necessarium, sensum vnū omnibus intimū & naturæ cōiunctum illic à violentis passionibus excitari; deinde voluptate & dolore mixtū amorē; post hæc motū & iram; & quæcunq; vel ista sequuntur, vel ab istis vt contraria dissident. Hæc qui superauerint, eos iustè victuros; iniustè verò qui ab his fuerint superati. Paulo inferiùs deinde ostendit, qua causa & prouidentia deorum, singula membra corporis ad singula animæ officia sint accommodata. Inquit enim capitis figuram rotunditatem mundi imitari, in quo diuini animi circuitus statuerentur. & reliqua quæ sequuntur. Deinde oculos tanquam luciferos statuit, in quibus statuit ignem luci stellarum similem: & propter eorum similitudinem, conuocare & videre in eorum apparitione ex mutuo cōcursu, & quamplurima alia circa oculos notatu digna in medium affert.

9. Non solùm enim in homine reperiūtur ea quæ mundi

sunt; verumetiam & diuinæ partes. Nam cum ad Dei imaginẽ sit creatus, aut ractiã diuinæ necesse est vt sit particeps. non tamen eiusdem speciei, sed alterius. Refert tamen Deum & in essentialibus & personalibus. in essentialibus, quia illud solum potest habere rationem in diuinis: quod quidẽ est productũ in participatione vltimæ completæ, & quasi specificæ, perfectionis diuinæ. hæc autem siue in Deo intellecta, siue rebus communicata, est intellectualitas. ergo intellectualis creatura ratione intellectus Deo est similis. Idem etiã

namque in ambobus inuenies sapientiam Creatoris. Neque verò si solem non habemus, ideo euersa erit hæc sententia. ex limosa enim & sanguinea materia solem generari quis contenderet? sed tamen oculus organum lucidissimum an dubitet quispiam quin solẽ referat? Sed missa faciamus superiora. nostrũ solum microcosmũ contemplabimur; in quo nihil desiderari potest quod faciat ad diuinæ maiestatis potentiam exprimendam. Nec minori sapientia singulis animãtium speciebus natura prospexit. omnibus enim largita est partes ad vsum & actiones valde appositas. Fortibus & audacibus arma: ignauis & timidis velocitatem donauit. Hominem verò vnum ex omnibus admirabili organo instruxit.; nam cùm sit animal sapientissimum; manus quoque, instrumẽta sapientiæ accommodata, habet: quarũ adminiculo arma recta, & vniuersum illum apparatũ, partim ad vitæ vsum necessarium, partim ad iucunditatem, instruere potest. Reliqua deinde animantia suum armorum vsum absque doctore struunt, & exercent artes suas citra rationem: homo verò, vt corpus

Potestas & facultas animãtibus varia.

armis

armis nudum, ita animam artibus destitutam habet. Hinc ille pro nuditate manus; pro imperitia ratiõnẽ habet: vt nihil illi ad vitæ vsum accommodatum desit. Sed me longius mystica partium contemplatio perduxit: quæ certè vt est maior quàm vt eá animus noster assequi possit; ita quoque nulla est tanta ingenij felicitas, nulla dicẽdi facultas; vt eá dignis laudibus vehere mortalis industria possit Porrò cùm omnia in capita inclusa sint, quæ ad corporis notitiam facere ex resolutiua methodo inuenimus; tota verò ipsius ratio, per certas formas deducta (si modo omnia lucem suam & vim retinere deberent) deduxit; & ad veram viam, qua facillimè particulares hominũ naturas cognoscere possumus. Quo nomine etiam plura quàm pro instituta breuitate de principibus visceribus, ex quibus facultates & principes operationes manãt, diximus, vt faciliùs totius naturã consequi liceat: quandoquidem corpus vniuersum vt plurimum principum viscerum temperiem comitatur. Quo ingenio verò similarium partium industria humana temperamentum inuenerit; eas ad

patet in personalibus; in Trinitate videlicet. illud enim solũ referi imaginẽ Trinitatis ubi sunt tria unũ in essentia, & distincta relationibus originis. hoc autem solũ est in creaturis rationalibus & intellectualibus, quo ad memoriam, intelligentiam & voluntatem. Et in hoc hominis imago equalis est imagini Angelorum. Non tamen est æqualiter in homine & Angelo, quo ad essentialia. est enim magis expressa ratio imaginis in Angelo quàm in homine: est enim magis particeps diuinæ perfectionis. Et in vtrisque anima est creata

medium in vniuersa substantia conferendo, dictum est abunde. Cõmunis verò regula, qua partium omnium temperiem cognoscimus, sunt ea quæ temperaturam necessariò cõsequuntur: vt sunt facultates, operationes, & omnia in vniuersum quæ signorum nomine explicãtur. hæc enim affectus sunt temperamenti cordis. Ergo temperaturam à pulsu ipso, respiratione, audacia, iracundia, magnitudine pectoris, hirsutia aut glabritia, tanquam à propriis signis, cognoscimus. à pulsu, vt à diastole & systole acquiritur: ab ordine hęc enim omnia pro temperamenti varietate, tanquam effectus à causis, efficiuntur. Hac methodo cerebrum, tum à capilli formatione,

Cõmunis regula tẽperiem cognoscendi.

Cordis tẽperamẽti dignotio.

& æterna, & forma corpori vnita. Nec vera est sententia Auer. qui posuit intellectum nec esse animam nostram, nec aliquid animæ nostræ; Sed esse quãdam substantiam separatam; & ideo vnicum tantùm esse omnibus hominibus intellectum; variari verò intellectiones ratione diuersorũ phantasmatum. Species enim intelligibilis secundùm ipsum habet duo subiecta scilicet intellectum separatũ & phantasmata nostra in phantasia: & per vnam & eandem speciem in ipso & in nobis existentem copulatur nobis. asserere non potuit intellectum esse mortalem, ideo vnum posuit. Nam si, secundùm Peripateticos, mundus est æternus, species æterna tam à parte antè, quàm à parte pòst: vel erunt animæ infinitæ numero actu existentes: vel anima erit mortalis, vel necesse est ponere vnicum intellectum. Nihilominus Aristoteles 12. Metaph. inquit nullam formam præcedere compositum. & subiungit quod nihil prohibet, in quibusdam aliquam formam remanere post compositum. nec hoc ponit sub dubio; quamuis dubitet vtrum anima sit talis forma. Arist. deinde 1. De anima inquit: Si animæ intellectiuæ est aliqua operatio propria in qua non communicet cum corpore, ipsa est separabilis à corpore, sed ductu rationis cognoscit incorporalia; licet prius intellexerit medio phantasmatum, quæ sunt similitudines corporalium. Et 2. 6. De generatione animalium censet, animam intellectiuam extrinsecus accedere.

cedere. Deinde anima est substantia ab elementis seiuncta: ergo cælestis & principium omnium motuum etiam contrariorum. Simplex diuina, nec ex principiis composita: ergo nec in ea solubilis; nec etiam ad nihilum redigi potest nam hoc dato fieri etiam posset vt ex nihilo natura crearet. Auerrois verò opinio facilè destruitur. nam quæ non transit in materiam exteriorem, non potest alteri distinctè secundùm suppositum communicari; quia actiones sunt suppositorum: intelligere autem est huiusmodi. Deinde si intellectus separatus copularetur nobis per species abstractas à phantasmatibus nostris; etiam eadem ratione posset asinum facere intelligentem; actus enim phantasiæ potest etiam esse in asino; & æquè omnes intelligerent. si intellectus animæ vnitur: ergo erit forma animæ: ergo idem. Si igitur intellectus esset alia substantia ab anima hominis, homo moueretur tanquam machina, suiq; motus haberet principium extra se, sicut artificialia; in vnoquoque autē oportet vt sit forma aliqua quæ sit principium intellectionis; vnusquisque enim experitur se intelligere. igitur rectè dixit Arist. Anima 2. Anima est qua viuimus, sentimus, mouemur, intelligimus vniuersale & singulare, nisi vtraque intelligeret, nec etiam illa sciret distinguere. imò intellectus magis etiā primo apprahēdit singulare quàm vniuersale. nam singulare se offert primò; terminus enim à quo procedit. Intellectus enim est animæ potentia, seu principium functionis intelligendi. vti substantia efficit accidentia, quæ nullius interuentu rei statim recipiūtur in subiectum: alioquin nullo fine progresso, terminaretur. Voluntas etiam est essentia intelligendi, atque se extendens ad illam rem cognitā potiundam. Intellectus & voluntas licet vna res sint, ratione tamen distinguuntur. quod sic probatur: Omnis enim virtus non cognoscens fertur in obiectum suum naturaliter & non liberè: atqui voluntas in eligendo, fertur in obiectum suum liberè; ergo ipsa est cognoscens: & in superiori parte animæ nihil est cognoscens præter intellectum; ergo intellectus & voluntas sunt eadem natura. nam omne agens liberum, quatenus est liberum, indicat actus suos. suppositum est enim liberū, quia habet potentiam liberam: conuenit ergo libertati cognoscere actus suos. hoc autem munus est tantùm potentiæ cognoscitiuæ. Deinde si intellectus & voluntas essent non districta, tunc intelligere non præcederet velle; & ita possemus amare incognita; quod fieri non potest. in mēte enim non potest esse velle, quod est quasi motus & inclinatio volūtatis, nisi præcedat cognitio; quæ est forma secundùm quam menti conuenit inclinari, quemadmodum per grauitatem & leuitatem conuenit corporibus moueri. Idem etiam probatur de memoria. eiusdem enim potentiæ est habere habitum, & vti habitu, & non alterius: ergo eiusdem potentiæ est habere speciem, vel habitualiter cognoscere, & vti specie,

ſeu actualiter cognoſcere. ſed primum pertinet ad memoriam; ſecundum ad intelligentiam ergo intelligentia & memoria ſunt vna. Nam abſoluta memoria quidem dicitur vt ſpeciem retinens, vel habens habitum; Intelligentia verò dicitur vt eſt eliciens actum.

[1] memoria, ratione, ſenſibus & motibus, & omnibus quæ temperaturam ſequuntur, quonam ſit temperamẽto, inuenire licet. Nec alia eſt via in hepatis temperamento iudicando. primùm ab operationis bonitate vel vitio, ac reliquis ſecundis effectibus, maximè ex ſanguinis ſubſtantia, ac venarum diſpoſitione, naturã iecoris æſtimamus. Supra inuenimus omniũ hominum temperamenta nouem ſenſibilibus differentiis cõtineri: ex quibus vna temperata erat; reliquæ diſtemperatæ. Temperata quidem, nõ quia ex pari portione elementorum conſtet, dicta eſt; ſed ad eam iuſtitiæ ſpeciem quæ ſecundùm dignitatem res ipſas diſtribuit: hæc enim pro nobiliſſimis operationibus, etiam temperaturam conuenientem dedit. Cùm ergo tria viſcera optimam nacta fuerint temperiem; etiam ſigna ſiue affectus habebunt mediocritatis. Præterea totũ quoq; corpus exquiſitè reddetur medium; eorumque media exquiſitè media quæ temperamentum neceſſa-

Temperatura ac iuſtitiā.

Temperamentum in medio conſtitutum.

1. Duplex dicitur eſſe memoria ſecundùm Philoſophum: Altera quæ ſenſitiua nuncupatur, vtpote quæ ad ſenſum pertinet: eſt enim hoc pacto phantaſia cum ſpecie reſeruata alicuius rei Phãtaſia enim ſeu ſenſus cõmunis, percipit omnes actus ſenſuũ exteriorum, vt viſus & auditus, & reliquorum, quorum medio fiunt phantaſmata illorum actuum, per quæ phantaſmata poteſt poſtmodũ illorum actuũ meminiſſe. Et quia hæc phãtaſia poteſt reflecti ſupra actus ſenſiũ

rio consequuntur: colore ex rubro & albo temperabitur; nec crassum nec gracile: carnosum verò mediocriter, ita vt eusarcum ritè dicatur: fiet nec mollius iusto, nec durius: ita quoque nec hispidum nec glabrum ita affectũ corpus dicere possis: ad hæc elegãtem omnium partium concinnitatem, & mores quoque moderatos habebit; nec vlla denique operatione, siue ea quæ ex cerebro, siue ea quæ ex corde fluit, aut denique in communi omniũ partium facultate, claudicabit. Si verò cor & hepar eadem distemperantia à mediocritate discesserint; totum exquisitè corpus sic afficietur; eritque ea intemperies vna ex ijs quas octo differentiis sumus complexi: ac propriis signis quæ temperiem vt causam necessariò consequuntur, discernetur.

exteriorum, ideo de illis etiam in absentia potest recordari: non potest tamen cognoscere actum suum, quia non reflectitur supra se. De actu autem phãtasiæ meminit memoria intellectiua, quæ est altera. Recordamur enim aliquorũ quorum cognitio non pertinet ad sensum. cùm enim recordamur intellexisse & voluisse, hoc nõ habemus à sensu: potẽtia enim inferior non potest cognoscere actum potentiæ superioris. Memorari verò nos intellexisse, non potest fieri nisi per memoriam intellectiuam. Præterea comparatio quæ fit ab intellectu inter notitiam præteriti ad notitiam futuri, non est sensus: ex præterito enim deuenire ad notitiam futuri, hoc nequit efficere sensus nisi ex instinctu naturæ: Deinde intellectus aptum se reddit, vt per aliqua quæ sunt cognita cognoscat sequentia: nec hoc sensus facere potest. discurrit enim intellectus ex notitia alicuius in notitiam alterius, sicut ex notis præmissis in notitiam conclusionis: & ita necessario aderit memoria intellectiua. Ex quo sequitur, cùm sit vna & eadem cum intellectu, quòd post mortem etiam præteritorũ recordamur, contra multorum opinionem. Si enim hoc non esset, anima post obitum esset minùs perfecta; nam careret altera ex suis potentiis: immo non esset anima rationalis, cùm intellectus, voluntas, & memoria in idem

Si verò

incidant. Nec ob id mœstitia afficiuntur. Beati, cùm meminerint se peccata commisisse. talis est enim in illis gaudij repletio, vt mœstitia, tanquam contrarium in eodem subiecto permanere non possit, nec superare. Magis autem in dubio versatur an detur sensitiua; cùm illa quæ memoria dicitur in brutis possit referri potiùs vel ad naturæ instinctum; velut in formica; vel ratione conuenientis, & nõ conuenientis; & delectabilis, & non delectabilis. ex horum enim apprehensione fiunt phantasmata. Solius igitur animæ intellectiuæ est propriè memoria. Non autem est in Deo, cùm Deus non habeat actum, post actum. Est igitur memoria intellectiua nil aliud quàm intellectus cum specie reseruata. Memoria differt à reminiscentia. hæc enim est cum aliqua obliuione; illa non ponit obliuionem aliquam.

2. Quemadmodum si in caliditate atque humiditate fiat pugna, tanquã contrariorũ; cum summa caliditate vigere non poterit summa humiditas, quin & absumatur ab ea, & vicissim retundat eam.

Si verò [2] duo hæc viscera diuersa erũt intemperatura; tum aliquando totius intemperies corporis sequitur intemperamentum eius visceris quod actiuam aliquam habuerit efficaciorem. Ex quo & illud obseruatione dignum videtur, temperamenta diiudicaturo cum primis necessarium ne ab vnius membri temperie pronũciet de toto: imò quamlibet partem à propriis signis, maximè operationis bonitate vel malitia, discernet. quanto enim pars aliqua in suo genere est temperatior, tanto & operatio ipsius est perfectior. Nec minùs obseruet, an quis naturali an acquisito sit temperamento. plurimum enim hac in re, ait Hippocrates, illud ex quibus in qualia mutationes fiunt, cõfert considerare. Eadem methodo ætatum, regionum, aëris ambientis

Tẽperamẽtũ alicuius visceris sæpenumero sequitur [i]ludquo[d] magis pollet a[ctiua] actiua qualitate.

bientis naturam rimabitur. [3] Sed dubitare quiſpiam poſſit, cùm inter effectus ſiue temperamentorum indicia animi mores poſuerimus, recténe id fecerimus. Nos Galenum ſequuti rectè id factum arbitramur; modò ab inſtitutione nullam acceperis cõmutationem: tum enim ad animi mores corporis temperaturam, vt quidem effectus, indicare poſſunt. An autem pro temperamenti diuerſitate mores varientur; licet primò videre in ætatũ differentiis, quàm diuerſis moribus ſint pueri, iuniores, & ſenes. Pueri in momenta ſingula mobiles: iuuenes multi ſanguinis, ac caloris acrioris, furibundi & audaces: contrà ſenes frigidi & exſangues, redduntur humidi, ſegnes & tardi. Poſtremò & pueri nõ vno omnes feruntur motu: immenſa enim & in illis ingeniorum eſt varietas. quidam hilares; triſtiores alij, iracundi nonnulli: atque ij motus omnes temperamenti varietatem certiſſimè exprimunt. Poſtremò vti vini potio liberalior ac meracior ſedem mentis incendens, quaſi tyrannus rationem in præcipitium deducit: ſic & vitioſi humores ſedem cerebri occupantes pro ſua

Mores pro tẽperamenti diuerſitate variantur.

3. Oritur quæſtio, An hoc omnino ſit verum quòd animi mores temperaturã corporis ſequãtur. Quã plurimi enim reperiuntur temperamẽti biliosi & calidiſſimi; tamẽ minimè ſunt iracũdi. Ex temperie enim videtur quòd habitus naturalis in anima nõſiat: quemadmodũ videre licet odiũ, inuidiã, auaritiã, contemptũ, faſtidium, maledicentiã, fraudulẽtiam, furacitatẽ, proditionem, iocoſitatem, liberalitatẽ, gulam in omni temperatura inueniri. Hæc atque talia potiùs ſi uerũ viribus ſunt attribuenda: quæ etſi volũtates noſtras

ſua natura cerebrum afficiunt. calidi, vt in phrenitide, motiones & furores: frigidi, vt in letargo, ſoporem & veternum inducunt. Certum itaque animam temperamento vti pro operationibus ſuis, tanquam inſtrumento ac vehiculo. Hinc pro temperamenti cerebri varietate ſenſus & ratio variátur: non enim humidior cerebri ſubſtãtia eaſdem cum ſicciori habet operationes: ſicciorem namque & ſubtiliorem cerebri eſſentiam intellectus purior comitatur. [4] Hinc anima, corporis ergaſtulum ingreſſa, nunquam perfectam acquirit ſapientiam: omnes enim vt humiditatis, ita etiam ſtultitiæ participes ſumus; ſecundùm Philoſophos. Hinc Heraclitus dixiſſe fertur: Splendor ſiccus, anima prudentiſſima. & Carneades diſputaturus, helleborum ſumpſit; vt expurgatis vitioſis aut ſuperfluis humoribus, intellectum redderet acutiorem. Non eſt igitur mirum, ſi, pro temperamenti varietate, vt operationes, ſic etiá mores & effectus illi varientur. Temperatiſſimus ergo omnium, etiam prædicta omnia habebit concinnè mediocria. Porrò & Phyſiognomi, qui ex propor-

minimè cogãt; temperaturas tamẽ ita afficiunt, vt eiuſmodi proprietatibus eas imbuant. Quarũ cauſa nullo pacto, nec aliqua diligẽti inueſtigatione, ab humano ingenio poſſunt excogitari: cũ talis vis in elemẽtis, nec in primis qualitatibus reperiri poſſit. Quẽadmodũ etiam illa quæ huc adduci poſſent de ſympathia, et antipathia, adhæc & quàmplurima animaliũ ſpecies non ſequuntur tẽperaturã corporis in moribus ſuis. quẽadmodũ lepus qui eſt ariete calidior & ſiccior, nec ob id iraſcitur.

4 Intellectũ aliqui duplicẽ ſtatuunt, vt

Intellectus auctus in temper ſicca.

Phyſiognomi cogniti vnde.

proportione & vultus harmonia ac lineamentis animi mores indagare laborant, hinc professionis suæ robur acceperunt: nam & eorum signa partim temperamentum, partim verò formatiuæ virtutis vim consequũtur. Galenus enim hanc virtutem particulas ad animi mores formare affirmat. Sunt verò qui præstantiam corporis ad animi nobilitatem formari contendunt. Magnis itaque mẽtibus domicilia corporis egregia naturam moliri contendunt. Quo fit vt illi ex corporis eleganti ac omnibus suis numeris absoluta structura, quantus id spiritus cælestis inhabitet, ausint pronunciare. Sed hæc succinctim de methodo qua corporis natura perfectè cognosci possit, dicta sufficiant.

A uer. videlicet agentẽ & possibilem. Inquiunt enim, quod operatio arguit formã: nos verò abstrahimus formas vniuersales, quod est opus intellect⁹ agentis. deinde obiectum praexistit actui potentiæ, cuius est obiectum, sed naturale est obiectum intellectus potẽtia: ergo praexistit actioni intellectus possibilis praexistere nõ poterit nisi fiat per operationem alicuius potẽtiæ animæ; res enim de se nõ est vniuersalis Idem etiam videtur asserere Arist. 3. De anima. Sed primò si quis has rationes rectè intueatur; proculdubio iudicare poterit non dari talem intellectum. Nam & prima ratio non valet: abstrahere enim vniuersale à singularibus, non est operatio intellectus agentis; hac enim abstractio est tantum secundùm considerationem. deinde vniuersale quatenus vniuersale, nõ est primum obiectum intellectus; nec praexistit intellectioni; sed est aliquid per operationem intelligendi formatum, cuius gratia res abstrahitur ab indiuidui conditionibus In qua operatione intellectus abstracta habet pro termino à quo singularia, à quibus abstrahit & pro termino ad quem ipsum idem abstractum. Ex singulari procedit vniuersale, iuxta illud 1. De anima: Vniuersale aut nihil est, aut posterius est. sufficit igitur tantùm vnus intellectus: nam, vt inquit Arist. 2. Metaph. intelligere est operatio manẽs in agente: ergo non est aliud actiuũ

à re-

à receptiuo, non est enim necesse quod in omni natura quæ aliquando est in potentia, aliquando in actu, adsit principium actiuum & principium passiuum, tanquam duæ potentiæ eiusdem suppositi existentes in eadem essentia secundùm numerum; ita vt per talem potētiam actiuam passiua reducatur ad actum: nam ita etiam necesse esset dari sensum agentem; quia sensus quandoque est in potentia ad sentiendum, quandoque in actu, sicut intellectus ad intelligendum. Si enim præter phantasmata requiritur aliud ad mouendum intellectum possibilem, qui est intellectus agens; ita & præter qualitatem sensibilem requiritur quid aliud ad mouendum sensum ad actum sentiendi, quod erit sensus agens. Nam sicut intelligere est altioris & præstantioris gradus, quàm quod vsquam sit quodcunque phantasma: ita sensus est altioris gradus omni qualitate sensibili. Quemadmodum igitur sensui sufficit sensibile pro obiecto ad sentiendum; ita etiam sufficiant phantasmata. Vt enim obiecta mouent intellectum ad intelligendum; & ita intellectus non agit in intellectum possibilem tanquam solus agens. nam ab initio creationis vsque in finem, eodem pacto semper intelligeret, cùm semper sit idem. Nec etiam contingit in phantasmatibus tanquam duo imperfecta agentia: sed sicut non ponuntur duo agētia in sensu; ita neque necessaria sunt in intellectu. Nec etiam possumus asserere, intellectū agentem agere in phantasma, ita vt in illud aliquid imprimat: quia hoc etiam negatur Angelus vt in materiam corpoream aliquid imprimant: atqui phantasma est quid corporeum. nec etiam agit abstrahendo: nam aliquid abstraheretur quod prius erat in phantasmate. Sed non desinit esse quod prius erat in phantasmate, ratione præsentiæ intellectus; nec per corruptionem, nec per translationem ex phantasmate ad intellectum possibilem. forma enim non vagatur de subiecto in subiectum. Nec etiam alia forma educitur de potentia passiua phantasmatum ad actum ab intellectu agente: nam illa forma remaneret in phantasmate vt in subiecto: omnis enim forma educta de potentia ad actū, est in illo tanquam in subiecto de cuius potentia educitur: & sic imprimeret. quod superius reprobatum fuit. Nec etiam agit abstrahendo secundùm rationem, quia non agit circa ea tanquam cognita. Nec etiam dat virtutem assistendo; daret enim virtutem nihil dando.

CAP.

CAP. IIII.

De ſanitate.

De ſanitate & eius differentiis & cauſis.

NVNC quid ipſa ſanitas, quæ eius differentiæ ac conſeruantes cauſæ, pauciſſimis perſtringemus: quoniã horum omnium cognitionem in ſuperioribus abſoluimus. Dictum enim eſt, ſanitatem conſiſtere in calore naturali & temperamento ipſius ſubſtãtiæ; quæ iuxta aliquos quodammodo differre non videntur. [1] Sanitas eſt conſtitutio corporis, producẽs bonas operationes. Hæc conſtitutio partim eſt in ſimilarium bona temperatura; partim in inſtrumentalium commoderatione cõcinna; partim in tota omniũ partiũ vnione inculpata. ſiquidem corpus optimè in iſtis affectibus cõſtitutũ erit eucratum ac mediũ, de quo iam ſæpe dictum eſt; reddetur talis homo ſanus; ſimpliciter ac ſemper; ac optimas habebit operationes; & alia ſigna ſalubria ſimpliciter & ſemper. Sed cùm natura comparatum ſit vt optimorum rarus; malorum vberior ſit prouentus: ita in ſanitate quoque accidit. vnam enim ſolùm exquiſitè mediam; octo verò diſtemperatas, & à

Quid ſanitas?

1. Sanitas, ex Ariſt. libro Prædicamentorum, capite De Qualitate, eſt ex qualitatum primo ordine: nempe habitus vel diſpoſitio homini inhærens. Hip. De natura humana, inquit, ſanũ eſſe hominem maximè vbi temperamentum humores inter ſe habuerint moderatum, tum facultate, tũ copia; & vbi maximè fuerint permixta. Gal. De

 medio

medio discedentes, inuenimus: idque inde claram suscipit demonstrationē. Nam si actionum diuersitas pro temperamenti modo respondet; planè sequitur tot esse temperamentorũ siue sanorum corporum diuersitates, quot sunt actionum varietates. Quare cùm symmetria illa calidi, frigidi, humidi, & sicci, vna tãtum sit absoluta & perfecta; vnum quoque erit sanũ corpus perfectissimè: reliqua omnia quantum à symmetria discesserint, tãtum quoque in operationibus, ac aliis temperamentum necessariò concomitanti-

morborũ diff. primò inquit: Sanitas est omnium corporis partium naturalis cõstitutio, siue actionis causa. Dicitur verò propriè sanitas, harmonia partiũ. Ex quo aliqui constituunt, ipsam esse speciem specialissimam, nõ autem subalternam. cùm enim ratio speciei vltima constituatur ex genere propinquo, & differentia vltima conuertibili, perficiente cum eo cuius est differentia; necesse est dicere, sanitatem esse speciem specialissimam quia temperamentum, compositio, & natura tertia, vnio dicta, in genere habitus locantur, quod genus sanitatis existit; sicut apparet ex demonstratione sanitatis. Perfecta quoque operationes sunt differentia sanitatem perficientes, tãquam quid formale in esse constituentes: & maximè quia sanitas & agritudo perfectius definiuntur per actum primum apparens; & operationes perfecta esse non possunt nisi existant vtriusque natura, & temperamenti, & compositionis, & vnitatis. species enim atoma totum dicit indiuiduorum esse. Praterea vna est operatio communis; ergo & causa sanitatis vna: sanitas enim est causa naturalis operationis: deinde res rationis; cùm sumatur à rebus natura. proportionem habet etiam cum iisdem, sed è rebus rationis, puta definitione, requiruntur partes omnes vnita, vt sit perfecta definitio. interimitur autem ex vnius particula defectu, sicut generis aut differentia alicuius; ita contingit in sanitate. Nam sanitas est sicut quoddam finitum & determinatum: agritudo verò vagum & indeterminatum. Ægritudo enim potiùs dicit defectũ perfectionis, qua est sanitas, quam naturam aliquam realiter ponat. & quia sanitas est quid optimum, & optimum in omni genere rerum vnum est; mala autem quàm plurima; sanitas igitur vna, & agritu-

bus,

bus, euariant.[2] Est varietas latitudinis sanitatis in octo differentiis intemperamentorum inclusa: & quãto corpus in pluribus ac deterioribus excessibus ab eucrato discesserit, tanto etiam deteriorem sortitur sanitatem. Terminus verò latitudinis sanitatis est ab eucrato vsque ad eum qui manifestè læsas habet operationes. In iis ergo quæ dicta sunt, corporis salubris, & neutri, ac signorum salubrium, & neutrorũ, ex quibus fontibus manant, non quidem secundùm totam substantiam, sed methodo informata, plana & perfecta habetur cognitio. quibus modis omnibus adiicienda erit causarum salubrium & neutrarũ explicatio. Quæ etsi ad auxiliorum vsum magis videãtur facere: tamen vt ea quæ natura coniuncta sunt minimè discerpamus; de iis hîc agere constituimus. Sanitatis ergo tuendæ methodus, corpora intra latitudinem sanitatis existentia cõseruat similibus: hæc enim est indicatio ab iis rebus quæ nobis insunt naturaliter: paucos verò affectus, non multũ à sanitatis termino remotos, ad sym-

Sanitatis tuendæ methodus.

dines quã plurimæ. quod autẽ tale, priuatũ est diuisione in partes essentiales: est igitur sanitas specialissima, non subalterna.

2. Hîc oritur quæstio an detur corp⁹ neutrum. Supra diximus, sanitatẽ esse habitum: ergo eius contrariũ ægritudo erit priuatio. erũt igitur in prædicamẽto Ad aliquid: in his autem non est motus, cùm ostensum sit 3. Phys. & 11. Metaph. motum solum in tribus prædicamentis existere, quãtitate, qualitate & vbi: erit igitur in habitu mutatio sola, quæ reperitur in substantia, & in reliquis aliis prædicamentis præter tria prædicta: &, vt commentator inquit 5. Meth. ad id quod oppositi possit quod fiunt alterationes in transitu à sanitate ad ægritudinem; Naturales potentia

 metrium

& impotentiæ sunt præparationes, & potentiæ, non qualitates in actu: & istæ præparationes consequuntur substantiam, & quatenus sunt præparationes, sunt priuationes. Et ideò Arist. 7 Physi. non inquirit an illis sit motus. Sic in sanitate & ægritudine erit mutatio, & non motus. Præterea inter causam & effectum adest proportio; & inter se causa & effectus sunt proxima & immediata: sed causa sanitatis per se proxima & immediata est temperies, & commoderatio; ægritudinis autem intemperies & immoderatio. hæc autem opponuntur vt priuatio & habitus. Inter priuatiua non cadit medium formæ, sed tantùm medium subiecti aut temporis, vt apparet circa aliqua. Galenus verò secus censuit; cùm corpus neutrum statuat, vel quatenus in medio constitutum, vel quatenus ægritudinis & sanitatis est particeps. sed fortasse Gal. motum pro mutatione accepit. Et ipse inquit 6. De sanitate tuenda, sanitatis latitudinem esse permagnam: &, de mente Erophili, neutram dispositionem constituit. Arbitratus enim fuit Gal. ægrum non esse nisi admodum sensibiliter lædantur actiones: cùm tamen læsæ quandoque etiam actiones sensui non adeò manifestè subijciantur. Aristoteles verò opposuit sanitatem ægritudini tanquam virtutem vitio: vtraque enim sub habitu & priuatione constituit.

3. Pythagoras ita inquiebat: Non etiam negligenda est sanitas corporis; sed modus in potu, cibo, & exercitiis habeatur: modũ voco quãtum nihil molestiæ tibi sit exhibiturum. Assuescas autem victui puro, nec delicato; vti Socrates monebat, vt cauerent sibi homines à cibis qui non esurientes ad edendum, &

metrum reducit. [3] Cùm enim Medici officia duo sint potissimùm; nempe vt sanitatem custodiat, & vt morbum profliget: priorem locum ea pars artis obtinet, quæ corpus in suo statu conseruat. Hinc Galenus Medicinã scientiam esse scribit corporum, signorum, causarum: Primo quidem salubrium; deinde & insalubrium. Sanitatis verò conseruandæ methodum, paucissimis ex quibus fontibus fluat, & quibus principiis nitatur, adumbrabimus. atque is locus causas salubres conseruãtes, & pauculas quoque corrigentes, complectitur. Habita notitia corporis; ac quid secundùm substantiã sanitas; Medici duo officia.

&

& quot eius differentiæ; is ſcopus nũc eſt propoſitus, qua via ſanitas conſeruetur. Hæc conſeruatio rectè fieri non poterit, niſi intellectis iis quæ corpus noſtrum vitiare poſſunt: neque enim impatibile & inalterabile nobis eſt corpus, vt in principiorum ac elementorum tractatione oſtenſum eſt. quòd ſi eſſet, ſemper optima cõſtitutio permaneret; neque artis præſidio opus haberet. ſed cùm alteratur & corrumpitur, neque eundem ſeruat prioris ſtatus tenorem; ea ratione auxilium deſiderat. Sunt autem quæ corpora noſtra lædũt partim nobis ingenita. principia enim quibus ortũ debet corpus noſtrum, calida ſunt & humida: calor ſiquidem ille naturalis paſcitur ac fouetur humido radicali. id verò humidum ſtatim à primo conceptu ſic ceſſare incipit. hinc illa ætatum varietas, quouſque ſenium obrepat: id enim nihil aliud eſt, quàm tabes caloris naturalis. cùm verò calor ille omnino extinguitur, etiam corpus & vitã extin-

à potibus qui non ſitientes ad bibendũ alliciunt; nec plus quàm oporteat ſe cibo onerarent; & plus quàm deceat laborarẽt; tãtum verò laborarẽt quantum animus libẽter ſuſcipiat. Goſias interrogatus, quonam vſus genere victus in tantã ſenectutẽ progreſſus eſſet; Nihil vnquã voluptatis cauſa ſe comediſſe aut feciſſe dixit. Plutarchus, De ſalubrib⁹ præceptis, dixit: Nõ ſatiari cibo, nõ refugere laborem, ſeminis ſubſtantiam cõſeruare; hæc tria ſaluberrima eſſe. Idẽ etiam monuit, quòd exacta quidem illa & vehementer ad vnguem, vt dici ſolet, obſeruata vitæ ratio, ſimul & corpus formidoloſum reddit, ac periculis obnoxium, & animi frangit vigorem & alacritatem, dum omnia negotia refugit, dumq; non audet nec in voluptatibus nec in laboribus verſari, dum omnem rerum adminiſtrationem ſuſpectam habet, neque quicquam confidenter & intrepidè aggreditur. Verùm opor-

Interitus naturalis duplex eſſe videtur cauſa

tebit corpus non aliter quàm nautæ velum, neque contrahere sereno cælo neque vehementer premere, neque rursum laxatu vti linteis, & negligenter ac supinè agere, quum suspicio sit tempestatis: sed obsequi conueniet ac leue corpus reddere. Cicero verò libro Officiorum secũdo, egregiè valetudinis seruandæ rationem descripsit Sustentatur, inquit, valetudo notitia sui corporis, & obseruatione earum rerum quæ res aut prodesse aut obesse soleant, & continentia in victu omni, atq; cultu corporis tuendi causa & prætermittendis voluptatibus; postremo arte eorum, quorum ad hanc scientiam hæc pertinent. Hippo. verò his paucis valetudinis custodiam descripsit: Cibus, potus, somnus, Venus, omnia moderata sint.

gui oportet.[4] Naturaliter verò extinguitur in decrepitis: tum enim nihil amplius habet nutrimenti humidi viscosi, quo aleretur. præter naturam variis omnino modis euanescit: de quibus nihil ad institutum est. Itaque vna nobis interitus causa connata; siccitas ac tabes caloris naturalis. Altera verò eandem sequi quodammodo videtur. ea verò est substantiæ nostræ fluor ac resolutio: in singulas enim horas propter calorem nostrum insitum, aliqua substãtiæ portio nobis defluit: hanc necessario cibo potuque restauramus. Cibus verò ac potus priusquã substãtiæ singularum partium assimilari possunt, copiosam pro partium varietate alterationem requirunt. In alterationibus verò istis, vt antè dictum

4 Videtur tamẽ quod nulla qualitas elementaris in mixto contẽta possit in aliam agere. Nam si aliqua qualitas ageret in aliam, vel esset illi contraria, vel non. Sed calidũ & frigidum non sunt cõtraria in mixto: non enim distinguuntur secundùm subiectum; nam tunc quælibet pars mixti nõ esset mixta; nec differunt secundùm essentiam, ne sic duo contraria sint in eodem subiecto. cùm igitur idem non agat in semetipsum; ergo calidum non agit in frigidum in mixto; nec calidum agit in humidum. Si enim ageret, vel ageret tanquam in contrarium; hoc fieri non posse

est,

demonstratum est: nec agit in humidum tanquam in subiectum; nam licet calidum & humidum sint in eodem subiecto non tamen vnum est subiectum alterius. & quia calor est principium & ratio agendi vniuoca, quia habens calorem ipse est causa similis; ergo non potest agere in subiectum quod perficit; alioquin esset simul in actu formali & in potentia formali. Deinde agens non corrumpit subiectum quod perficit, nisi per accidens corrumpatur aliquid quod requirebatur ad subiecti existentiam: in humido autem nihil tale datur: hac ratione videtur nullo pacto fieri interitum à principio intrinseco. Idem etiam colligitur ex Philosopho 4. Meteor.: vbi definiens putrefactionem, quæ est via ad corruptionem naturalem, Putrefactio est, inquit, corruptio quædam in vnoquoque humido secundùm naturam ab aliena caliditate, hoc est autem quæ ambientis. Ex quo vera ratio corruptionis ita formari potest, quòd omne quod per alterius actionem est alterabile à sua naturali dispositione ad contrariam, per naturam est corruptibile: corpus autem humanum, & omne mixtum est huiusmodi; ideo corrumpitur. Cùm igitur corrumpens sit qualitas extranea continentis, vel alterius corporis; si daretur aliquod corpus homogeneum simpliciter, & non esset illi aliqua qualitas præsens dissona alterius corporis, ab eo fortè non corrumperetur: hoc autem contingere nõ potest in corpore heterogenio; quemadmodum est corpus hominis, cuius partes distinctæ sunt & diuersi temperamenti, & vna potest alteram transmutare à sua naturali dispositione. ad hoc igitur vt aliquid sit corruptibile naturaliter, non requiritur vt habeat in se diuersa, quorũ vnum agat in aliud: sed sufficit vt habeat in se principium passiuum, quo possit pati ab extrinseco corrumpente. Ergo mixtio elementorum ex se non est causa corruptionis in viuentibus. elementa enim, etsi nõ mixta, tamen corrũpuntur.

Excrementorũ ortus.

est; superflua ac [5] excrementitia quædam gignuntur: maximè verò multiplicantur, si virtutes membrorum naturales, siue concoctrix, siue expultrix fuerint debilitatę. Omnia verò excrementitia duobus excessibus redũdare possunt: aut in quantitate, aut qualitate. hinc pro specie & varietate excrementorum, numerosi affectus vitiosi gignũtur. quare vt corpus duret,

5. Gignuntur excrementa, cùm omne quod assumitur confici integrè, & in substantiam nostrã omnino verti non possit: nihil enim in cõtrariam sibi qualitatem totũ simul migra-

prima illa substātiæ portio conueniēti nutrimento est reficienda; vtque omnia excrementitia suo tēpore per proprios meatus euacuentur, procurandum. Quæ cùm optimè facta erunt, sequetur vt etiam siccitas illa tardiùs corpus obruat. [6] Consistit ergo huius methodi summa in tribus generibus: corporibus, signis, & causis. corporibus videlicet sanis, vt quæ aliqua latitudine continentur: signis verò corporum accidētibus, ex quibus corpora in qua sanitatis latitudine consistunt cognoscuntur: causis verò conseruantibus, ex quibus sanitatis custodia perficitur. Custodia hæc paratur ex modis quibus corpus immutari potest. immutatur verò primò ab admouēdis; qualia sunt cibus, potus, aër attractus: secundò à facien-

Sanitatis cōseruatio consistit in tribus.

re potest. Cibus enim nostræ substātiæ admodū dissimilis in diuersissimā qualitatē transeat oportet, vt assimiletur: totus verò mutari non potest: cùm contrarietate quadam alterationem seu concoctionem non admittat, aliquid relinquitur, quod transit in alienam qualitatem, hoc excrementum dicitur. Quod quidē cùm corporis nostri constitutioni inutile sit, non enim à facultate naturali elaborari potest; ideo tanquam superuacaneum per meatus conuenientes expelli debet. Si ergo detineatur, morbos parit. Detinetur verò tribus de causis: aut ratione partium quæ excrementa expurgare debent imbecillitatis; aut ratione viarum & meatuum angustiæ: aut ratione prauæ excrementorum qualitatis. Partium imbecillitatē vt plurimum comitatur intemperies, vel quæ primas qualitates sequitur, vel quæ secundas; vti raritas & densitas. Angustiam viarum cōsequitur obstructio, vel instrumētorum, vel aliquarum partium tumor. Praua qualitas excrementorum seu malitia cōsistit in multitudine, aut crassitie, aut visciditate.

6. In sanitatis cōseruatione habēda est ratio ætatis, tēporis seu tēpestatis, regionis, & propriæ temperaturæ. Si enim educādus esset infans, monēda esset mater dū vterum gereret, vt cibis boni succi vteretur, modicè se exerceret, et paulo magis

faciendis; vt exercitio, somno, vigilia, Venere: tertiò ab iis quæ corpori appropinquant; vt aër circundans, balnea inuncta: quartò alteratur ab excrementis, vt excrementa. Omnes verò mutationes ac alterationes, aut fiunt in qualitate, vt calido, frigido, humido ac sicco; aut in quantitate, dū inanitur aut alitur. Inanitio vna partim est à calore naturali substātiæ nostræ; partim excrementorum. Causarū ergo quæ corpus necessariò afficiunt, vt quas nullo consilio, nulla industria, quo minus iis vtamur, effugere possumus, naturam studiosè & summa industria medicum inuestigare oportet. Fieri enim nullo modo potest, vt causarum materia rectè vtatur, nisi omnium insitas facultates cognouerit. At quanta calamitate Medicus, si ita acciderit, peccet; id vel inde cōstat, quia non solùm in sanitate conseruanda iis pro materia vtimur; sed multo antè tota ea medendi portio quam Diætecen vocant, horum cōmodo vsu absoluitur. vnde fit vt is varium eorum vsum ne per somniū quidem teneat, qui ipsorum facultatem ignorauerit.

mense partus vitam traduceret bilarem. Gal. iubet ortum infantē aspergi sale: si hoc non arrideat, vtemur vino vel aqua, in quibus decocta sint aliqua, quæ facultatē habeant corroborandi, vti sunt rosa & similia. Si mater ipsum lactare non velit vel possit, eligēda est nutrix boni habitus, viuidi coloris, bilaris, cuius mămma non sint admodū graciles, nec admodū crassæ, nec pēdentes, nec papillæ cōniueant. Licet omnes Medici asserant, & ratio etiam ita exigere videatur, vt pueri per biennium lacte tantùm vtantur pro cibo; nihilominus in quamplurimis regionibus, præsertim in Germania Superiori & Inferiori, etiam à primis diebus exhibent fercula pa-

rata ex lacte & farina, vel pane trito. Nos verò suademus vt abstineant à cibo dum lacte vtuntur. deinde cùm lactari desierint, vtãtur cibo molli, viuant hilariter, mediocriter se exerceant. transacto sexto anno, humanioribus litteris poterint applicari. vsque ad vndecimum annum vel duodecimum exerceant se paulo magis, vtantur solidiori cibo. à duodecimo anno vsque ad vigesimum grauioribus studiis & exercitiis animum & corpus poterunt exercere, vt paulo cohibeatur Veneris stimulus. Galenus iubet pueros adolescentes à vino esse abstinendos, ne nimis humectetur & incalescat corpus, & caput halitu repleatur. Plato 2. De legibus prohibuit vinum iuuenibus, ne furiosi fierent. Adhuc solidiori cibo illis est vtendum. In hoc vsque tempus educandi sunt, ipsa enim educatio præsertim in iis quæ ad mores attinent, maximam vim obtinet in vita enim producenda, corrupti mores luxu & mollitie iuuenes perdunt; ingenia difficilia, dura, & indomita, & superba efficiunt. Horum plurimorum causa consistit in potu & cibo. In ætatis verò incremento & florenti ætate, omni genere exercitiorũ vtendum, plenius sunt alendi. Transgressis vigorem ætatis, moderatiora conueniunt, ex exercitio & cibo aliquid subtrahendum. Declinantibus verò & senescentibus adhuc magis cibi subtrahere debemus: à multis enim fomitibus calor extinguitur. cùm itaque temperamentum illorum frigidum sit & siccũ; alendi sunt cibis calidis & humidis: ideo vinum generosum illis conuenit; somnus etiam est illis conciliandus, præsertim post cibum. nam in eam ætatem iam prouectis conueniunt & balnea, &, vt inquit Homerus, Vt lauit sumpsitq; cibum, det memba sopori, &c. exemplo Pollionis Romani, quem cum centesimum annum excedentem Augustus interrogasset quanam ratione & animi & corporis vigorem custodisset; respondit, Intus mulso, foris oleo: mel namq; calefacit & detergit; oleum verò mollit & humectat; quibus senes indigent. Ideo Antiochus Medicus & Telephus Grammaticus admodũ senes Attico melle cum pane vel alica vtebantur. Mel itaque & vinũ etiã simul permixta, aptissima sunt antidota senum. Habẽda est etiam ratio propria temperaturæ. nam frigidi magis sunt exercendi, & calidioribus cibis alendi: & sic de reliquis. Anni verò tẽpestatis: hieme magis sunt alendi cibo, minùs potu: contrà æstate. Ver & Autumnus mediam sortiuntur, constitutionem.

7. Aëres sumuntur, vel ab anni partibus, vel mutationib⁹ mẽsis & lunæ,

Sciat ergo [7] aëris naturam, & varias ipsius alterationes, & quid est quatenus vtendum mutatur. Lædet autem aut sua materia quæ crassa est aut tenuis *Aër.*

nuis præter modum, aut qualitate; aut sui corruptela in eius forma; aut sui repentina mutatione.† Deinde quæ vis & vtilitas exercitij; & quatenus conferat aut noceat singulis: calorē enim ex ipso corpore suscitat, vt ventilatio flammam. distinguitur ex eius velocitate, tarditate, fortitudine, imbecilli-

Exercitium.

vel diei noctisq; diuersis portionibus, vel ab ipsius aeris crassitie aut tenuitate, vel motu aut quiete, vel motione aut mixtione vaporū. Ex terra sunt & alia quæ ad prædictas referri possunt: in medio æstatis calidus & siccus; autumnus frigidus & siccus; hiems frigida & humida. Diuiditur etiam qualibet pars in tres; primam, mediam, & postremam. media est magis temperata hiemis: postrema pars nimis frigida. Prima autem septimana mensis à nouilunio incipiens vsque ad diuiduam lunam progreditur, Verisq; assimilatur. altera vsque ad pleniluniū æstati similis est: tertia autumni: postrema hiemis naturam refert. Sol etiam sui facultate corporibus calorem auget; luna verò humectat; ideo carnes putrefacit, & corpora sub die dormientium humidiora & obtusiora efficit, & capitis grauitatem infert, & cerebrum humidius reddit. Diluculum Veri comparatur: quare hoc tempore somni sinceri sunt, & corpora reficiuntur manè vapores efferuntur, humida fluuiorum aura spirant, ros defluit, flores emergūt, quidquid ex tellure nascitur prodit. Meridies æstatem refert: Vesper autumnum; proinde hoc tempore grauitates & inquietudines. Nox, præcipuè media, hiemem repræsentat: dolores ægrotantiū meritò vehemētiores tunc fiunt, vtpote cute propter frigus densata, & intercepta transpiratione insensibili; fluxiones etiam exacerbantur; omne enim quod antea per insensibiles meatus euaporabat, vnum in locum fluxione tentatum, eo tempore colligitur. Vltima noctis pars ob vicinitatem diluculi, temperamenti eius fit particeps.

†Plato in Timæo inquit: At si quis in curando corpore illam imitetur naturam quam altricem vniuersi vocauimus, ita vt nunquam torpere permittat, sed moueat semper, iugiq; agitatione internis externisq; motibus secundùm naturam vbique resistat; & moderata quadam commotione aberrantes passiones corporis partesq;, cognationis ratione seruata, vicissim in ordinem redigat & exornet, secundùm sermonem illū superiorem quem de vniuerso habuimus; nequaquam sinet inimicum inimico admotum prælia in corpore morbosq; ciere: sed efficiet potius vt amicus adhærens amico sanitatem corporis tueatur. Omnium verò motuum optimus ille est, qui in semet ex seipso fit; nam & mentis &

totius ipsius motioni cognatissimus est. Qui verò ab alio fit, deterior. Deterrimus autem motus, quando iacens & quietem agens corpus, ab aliis secundùm partes mouetur. Quapropter purgationũ constitutionumq́ omnium corporis, quæ exercitatione gymnastica fit, saluberrima est: proximè ad hanc accedit vectio facilis, siue naui, seu quouis alio vehiculo peragatur. tertia cõmotionis species tũc demũ cũ summa cogit necessitas, vtilis. aliter verò nullo modo sana mẽtis homini suscipiẽda.

rate, vehementia & leuitate. [8] Eadem consideratio est circa somnum & vigiliam. Nam in somno omnis animalis functio cessat, & naturales functiones corroborantur. immoderatus tamen, spiritus obscurat, corpus & calorem ignauum reddit. immoderatæ vigiliæ spiritum, cerebrum præsertim, exsiccant; concoctionem minuunt. — *Somnus & vigilia.*

8. Somnus est, secundùm Arist. quasi vinculum & impotentia sensuũ. spiritus tamen non quiescunt; nõ vitales, quia viuimus; non naturales; quia alimur; nõ animales, cùm in somniis agitentur. Fit autem somnus ex benigna quadam & vtili cibi exhalatione sursum lata, ac cerebrum imbuente & aggrauante: quod enim attollitur mox consistens in cerebro obdormiscere facit: descendendo verò calorem in intima repellens, tum somno sepultum iacet & dormit animal, natiui caloris fuga, & multa cibi exhalatione vinctis quasi vinculo quodam sensibus. est itaque cerebri repletio, ac ab eo vaporis sursum lati refrigeratio. Moderatus & tempestiuus quàm plurima vtilia præstat.

Nec non animi [9] accidentia sunt conseruanda: quæ sunt, metus, mæstitia, ira, gaudium, angonia, verecundia. Metus, mæstitia & angonia, calorem & spiritus marcescere faciunt. Ira calore immoderato cor præcipuè afficit. Gaudium profusum spiritum & calorem è corde in summa corporis effundit. Verecundia calorẽ & spiritus è sua — *Animi accidentia.*

9. Tristitia est contractio spirituũ à re nõ conueniẽte ad sua principia. Mæror est diuturna tristitia. Metus est demissio animi propter expectationẽ futuri mali. Timor est expectatio eorum censuræ qui in dignitate sunt constituti.

Vere-

Verecundia est magna opinio reprahensionis. Pauor perculsio, consternatio exanimatio, secundùm magis & minus differunt: hæc enim spe & consiliis abiectis vim animi adimit. Tremor est motus ex motibus contrariis. Horror est asperitas corporis, id fit quia introrsum refugiũt spiritus, & cutem destituunt. Terror est affectus actiuus: transmittit enim in alium actionem. Indignatio est commotio animi ex indignitate. indignitas est factum aut dictum contra rei aut personæ meritum. Dedignatio fit à contemptu. Ira est appetitus ultionis seu depulsionis. Odium est appetitus amouendi rem aliquam: fit ex animi elatione. Contemptus fit ex iudicio de re quasi deteriore. Inuidia est affectus quo nolimus videre bene esse alteri. Suspicio est damni incerta repræsentatio. Zelotypia est suspicio alienæ tractationis. Amor est affectus vnionis, siue affectus quo cum re amata aut vnimur, aut perpetuamur vnione; causa eius est species seu repræsentatio ac forma illa quæ accidit animo, vt in eo creet dispositionem amoris; ea species est vera aut falsa; ex opinione item bona aut mala. cum tristitia etiam potest esse amor quatuor modis: vnus est cùm amamus nec redamamur; alter cùm quidpiam sinistri euenerit amatæ rei; tertius cùm ob ipsum amorem aliquid patimur aduersi; quartus si quod vitium antea ignotum in re amata deprahendatur. Gaudium est voluptas faciens effusis spiritibus animum sese efferentem. Lætitia est affectus prudentiâ temperatus. Hilaritas est affectus vultus à lætitia procedens. Gestus pertinet ad motum corporis. Alacritas est mensura quædam affectuum. Exultatio est gaudium gestuosum. Beneuolentia amorem sequitur. Libido est appetitus sine iudicio. Gratitudo est propensio ad reponendũ gratiam beneficio parem: non est amor, sed amoris comes. Desideriũ est inclinatio voluntatis ad habenda bona quibus caremus, aut excutiẽda mala quibus premimur. Expetitio est motus in animo ad potiundum. Spes est futuri. fiducia etiam præsentis. Cultus est amor erga potentiores cum officio. Caritas est amor validus. Pietas erga Deum cultus est. Pietas ciuilis est caritas cũ respectu ad Deum. Veneratio in animo posita est: Honor in dicto & facto, qui virtuti defertur ex bonorum opinione. Dignitas est conditio virtutis in persona. Sapientiæ nullum est præmiũ, quia nihil ei par est. Audacia est motus fortitudinis ad opus. Hæc etiã ad affectiones pertinẽt: Scalptio est rarefactio cutis vt emittat id quod vrit; & humoris attenuatio, vt id exhalet. Titillatio est dissipatio spirituum in partibus laxioribus, cùm motu subsiliũt partes sensoriæ. differt à scalptione lenitate. nemo se titillat cùm sibi extraneus non sit. Risus est motus communis oris & pectoris: fit vel cùm aliquid dictum aut factum præter morem aut expectationem; aut ob lætitiam, aut ob admirationem, aut ex solo oris affectu; & tunc habet pro causa contemptum aut indignationem. Ex horum definitionibus eorũ etiam facilè eliciuntur effectus.

sede

1. Euacuăda sunt quæ aliquid educĕdo corpus iuuăt. Debet autem diligens consideratio super euacuăda adhiberi ab illis quibus vacat; & quare vacuăda potius quam vacuătia nominentur, inquiri.

2. Cibus est substătia corporis futura.

sede dimouet. Ad hæc sequitur repletio & [1] euacuatio: omnis enim repletio vires premit. Euacuationum verò aliæ necessariæ; vt fecum, vrinæ, bilis ex suo folliculo in intestina, atræ bilis è liene in ventrem, & vniuersi corporis exhalatio: aliquæ pro cõsuetudine; vt mensiũ & hæmorrhoidum: nõ necessariæ; vt mucus, sputum, lac, semẽ. omnia enim prædicta corpus alterant & à naturali habitu auertunt. sed omnium maximè [2] cibus & potus. Quare hîc summa industria Medici exigitur,

Repletio & euacuatio.

Cibus & potus.

Nos autem alimur ex quibus constituti sumus. Est autem cibus potestate corpus animalis. fit enim accessio corporis ad corpus ex alimento, ex continuatione materiæ sub eadem forma. ex quo easdem etiam obtinet qualitates. eadem enim ex Arist. sunt principia nutrimenti & generationis. quia natura est principium omnis motus, & generatio conseruatur alimento Eadem est igitur ratio alimenti, generationis: partitionis scilicet quam quidque qualitatem sibi conducibilem nanciscatur. Duo namq; sunt quibus vsu venit vt cibo nobis opus sit: aut quia resoluta, aut quia expulsa pars aliqua nostri sit, cuius loco in adultis tantundem, in adolescentibus etiam cum fœnore sit reponenda.

3. Alimentũ ex Hippocratis sententia trifariam dicitur: quod nutrit; quod veluti nutrimẽtum est; & quod futurũ est nutrimentum. Est enim vere nutrimentum quod

vt omnium quæ in vsum ac [3] nutrimentum assumimus, vires ac facultates sciat: quatenus huic vnus conferat; rursus alteri noceat. Omnes quidem nouimus brassicam, panem, vinum, lactucam, carnes: sed quid sanum vel morbosum habeant, Medicum tenere oportet. Qua methodo ciborum facultates perspiciat, vbi de facultatibus

bus medicamentorum agetur, explicabitur. hoc nunc satis sit, cibũ solum familiari sua substantia esse alimentum. habere verò, (& ea lædere posse)

iam nutrit & assimilatur: quod verò agglutinatur, est veluti nutrimentum; non enim adbuc nutrit, sed apponitur. quod verò, si probè conficiatur, nutritioni aptum est, alimentum dicitur. huiusmodi sunt omnia esculenta quæ in vsu sunt et veniunt. Parens natura hominũ præcipuè causa, copiam tum frugum tum pomorum maxima cum liberalitate fundit: nec non & ipsa pleraque animalia creat, vt carne eorum & visceribus vescatur hominum genus.

4 materiam crassam aut tenuẽ; & qualitatem calidam aut frigidam; nec nõ quantitatem & ordinem. Non enim vna omnibus victus ratio cõuenit. sed vt sanitatis plures inuenimus differẽtias; ita ratio victus priuata singulis conuenit: similia enim similibus conseruantur. Hinc corpora calidiora, calidiorem victus rationem; frigidiora frigidiorem requirunt. At si mutare, & ad melius traducere distẽperatum constituerit; cõtrariis id, non similibus, efficiet. calidior enim tẽperatura frigidiori victu ad temperiẽ traducitur: frigidior contrà. Maximè verò obseruandum ne subitò moliatur eas alterationes quas natura abhorret, & citra noxam ferre non potest; violẽtum quodlibet naturæ inimicum. Postremò peculiarem Medici industriã hoc genus hominum requirit, qui distemperatas

4. In materia cibi præcipuè requiritur friabilitas atque teneritudo; propter duos fines: alter vt facilior fiat transmutatio, quæ ægriùs fit in duro; & hic est verus & vltimus finis: medius verò ac propinquior est commoditas ore conficiendi; tũ quia est apparatus ad illũ vlteriorem finem; tũ quia gustum citiùs atq; proliχiùs sapor afficit, in partes minutiores soluto ac liquefacto cibo.

peratas & debiles tum nobilium tum ignobilium partium temperies habēt, aut à primo ortu, aut deinde aliqua intemperantia cõtractas. neque enim eundem articulari morbo obnoxio & exquiſitè ſano vſum vitæ conferre videmus apertè. Sed huius partis Medicæ artis eximia quædam & omnibus pariter vtilis eſt cognitio. Videre enim eſt quoſdam, haudquaquam robuſtos natura, ad viridem robuſtamq; peruenire ſenectutem: contrà fortes & natura optimè temperatos nõnullos, ex intemperata vita, immatura morte diſcedere. Nec quiſquam adeò negligens eſt propriæ ſalutis; qui, ſi nõ Medici docti opera conuenientem victus rationem didicerit, ſaltem vſu & experientia obſeruarit; quæ naturæ ſuæ conuenientiſſima ſint non magis eli-

Hic oritur quæſtio, An cibus ſumptus trãſeat in naturã propriã & veram animalis à quo ſumitur. Inquit enim Ariſt. 1. De generatione, quòd cibus ab homine ſumptus nõ trãſit in carnẽ humanam ſecũdùm ſpeciem, ſed ſecundùm materiã. ideo aliqui dicunt eſſe potiùs quoddam fomentum prohibens conſumptionem humidi radicalis. alÿ verò, vt Alex., dicunt conuerti quidem in naturam humanam, ſed non æquè purè. Hac autem ratione adducti ſunt: Nam ſi per conuerſionem alimenti in naturam nutriti reſtauretur deperditum, cùm continuè fiat deperditio; tandem fieri poſſet vt homo tamdiu viueret, vt nihil omnino eius materiæ quæ fuit in eo à primordio vitæ ſuæ maneret in eo. & ideo ſequeretur quòd non eſſet idem homo in principio & in fine, numero ſaltem. ad identitatem enim numeralem requiritur identitas materiæ & formæ. ſed hoc non eſt verum. Nam illud quod priùs erat in nutrito, eſt & illud quod conuerſum eſt ex alimento. Fiunt idem ſimpliciter in parte & in toto. non enim materia animalis ſimul tota deperditur, ita vt forma fiat omnino in alia materia; quia iam vera eſſet corruptio vnius animalis & vera generatio alterius, & non nutritio. Neque eſt alia in parte: nam illa portio vel eſſet ſecundùm eſſentiã materiæ. hoc pacto

gat.

fieri non poteſt; quia materia eſt ſecundùm eſſentiam indiuiſibilis: nec ſecundùm quantitatem; quia illud quod ex alimento cõuerſum eſt, non differt ſecundùm ſitum ab eo cui aduenit. Nam cùm materia ſit purè potentia vt ex ſe non eſt actu, ſic ex ſe non eſt vna vel plures. Sed tota materia quæ eſt ſub aliqua forma vna & ſubſtantiali, vna & eadem eſt ſubſtãtialiter & eſſentialiter. Nec ibi datur aliqua diuerſitas; niſi fortè quatenus extenditur. Et quia nulla pars diſtincta amouetur vel reſoluitur, nec etiam reſtauratur; ideo non variatur forma. Sed cùm reſolutio fiat alicuius indiſtincti; quod reſoluitur, priuatur quidem forma ſub qua erat, ſed forma totius in nullo variatur eſſentialiter; quia nihil diſtinctum illius formæ perficiebat illud quod reſolutum eſt. & quemadmodum in nutritione fit vera corruptio alimenti abſque vera & propria generatione nutriti; ita & in reſolutione abſq; vera & propria corruptione animalis ſecũdùm totum vel partẽ fit vera generatio vermis, vel alterius rei, in materia à corpore reſoluta. Conſumptio autem fit ſine reſtauratione, virtute ſenſim deficiente.

gat. [5] Cùm itaque, vt dictũ eſt, cibo & potu neceſſariò opus habemus, vt materiam corporis noſtri, quæ in continua eſt reſolutione, & vt ſpiritus exhauſtos ac in ſingula momenta diſſipatos reficiamus; nónne digna homine liberali, digna homine magno ea cura eſt, vt ſciat quo cibo & potu id citra noxiam commodiſſimè efficiat? Videbit enim cibaria medicamentorum vim redolentia eſſe repudianda; ac verè Plinium dixiſſe: Homini ſimplex cibus vtiliſſimus. iis enim vtatur, quæ in ſubſtantiam corporis minimo negotio vt grata & iucunda conuerti poſſunt. At paſſim, non in alios, ſed in ſemetipſos, peccant ij qui tantam

5. Cùm enim Deus omnia quæ in terris & aquis conſpiciuntur, creaſſet; tandẽ hominẽ cõdidit; certũ quidem indicium propter ipſum omnia facta fuiſſe. Et ita vnicuiq; animãti propriũ alimentũ tributũ fuit. Copiã verò frugum, leguminum, olerum, pomorum, homini tradidit; & præter hæc, cætera animantia ad vſum hominis fecit. Atqui & reliquis animantibus vnum eſt potus

genus; homo verò vario potus genere fruitur. Nec omnia quæ genita sunt, & aliquibus animantibus esui esse solent, homini alimenta possunt esse. illud enim tantùm conueniens est alimentum quod assimilari corpori quod alitur potest: est igitur opus vt intercedat quædam similitudo & amicitia inter substantiam nutrientis & nutriti. quæ tamē latitudine non caret. aliquibus enim aliquod cibi genus est familiare, aliis verò inimicum. non enim omnes æquè conficiunt carnem bubulā. atqui & aliis pisces saxatiles in ventriculo corrumpuntur.

6. Primum hominū genus cùm in siluis, prout reliqua animalia, versaretur; glandiferas arbores, poma & baccas pro cibo habuit. deinde ex animalibus vsum quem capere poterat deprehendit, & oues primò, tanquā mansueta admodum præ ceteris animalia, elegit; ex quibus cùm lac, caseum ac butyrū exsugeret, pro alimēto habuit. Tandem homines ab hac pastorali vita ad agriculturam animum adhibuerunt. Asserunt ferè

[6] ciborum varietatem, tot numerosorum condimentorum aceruum, (quæ medicamenti plus quàm nutrimenti habent) pro palato & luxu præparata ingerunt. Priscorum ratio victus vt simplex ita paratu facilis erat. & quàm vtilis ea illis erat modestia vitæ, quāto vsui illis hæc fuerit parsimonia, nemo est qui non videt. Integra enim valetudine ad extremum vsque senium vixerunt. Nec immeritò. Fit enim vbi vires nostræ multitudine ac varietate ciborum non obruuntur, vt facilè alterent ac assimilent; & aliena per proprios meatus expurgent: hinc necessariò fortitudo corporis, sensuum omnium integritas, acumen intellectus, agilitas ad omnia munia obeūda: cùm vicissim à multitudine & varietate omnia obruantur; vires corporis eneruantur, sensus obtunduntur, excrementorū multitudo colligitur: à quibus deinde numerosa morborum soboles Ciborū varietas nocua.

boles gignitur: hinc repletiones, quas nonnunquam caloris naturalis subita extinctio, aut febrium perniciosarum generatio comitatur. Hinc quisque ad naturam suam vtiliter, ne eam multitudine opprimat, respexerit. Neque enim quinquaginta annos natus tantum feret quantum iuuenis annorum triginta. Quin minùs rectè vitæ suæ consulunt, qui optimi nutrimenti cibis se immediatè replent, vt vires collapsas restaurent. sæpe enim accidit vt reliquias virtutis obruant priusquam reficiant. Vt enim flamma nutritur oleo; si verò plus iusto infundes oleum, non fouebis, sed extingues: ita quisque nostrûm vtiliter obseruabit ne plus quàm possit conficere, nec medicamētosa nisi opus habeat assumat. vt enim extrema omnia vitiosa, ita quoque repletio. vt habitus athletarum si ad summum sit plenitudinis gradum perductus, lubricus est: at si otium ad intemperatā vitam accesserit; in periculo versari talē est necesse; labor enim & exercitium calorem naturalem, tanquam ventus flammam, excitant ac conseruant. Quo nomine Hippocrates iussit vt labor cibū præcedat.

omnes, Cererē agriculturam in Sicilia primùm reperisse; ac cùm ibi nata esset, post raptam Proserpinam, Athenas se contulisse, ac Triptolemo alūno suo eas propagandas pro summo beneficio tradidisse. Terrā etiā Cererem appellarunt. Iustinus verò scribit frumēti sationē sub Erechtheo rege à Triptolemo apud Eleusinā repertā fuisse. Plutarchus Saturnū authorem & inuentorē frugum & agriculturæ arbitratur; falcēque quā gerit id significare. Quicunque vero fuerint, illis maximus debetur honos; nec nō & illis qui de illa scripserūt,

 cedat.

cedat. Medici ergo officium est, vt secundùm diuersitatem temperaturarū, speciem, modum & tempus exercitij præscribat. Propositum enim est vt calor naturalis cōseruetur. Conseruatur verò modicis tum corporis tum animi exercitiis. Omnes verò motus immodici, biliosum; remissi, ignauum corpus reddunt. Celer enim & velox corpus densat & attenuat; tardus rarefacit & auget: robustus indurat; imbecillus laxat; vehemens extenuat & indurat; lāguidus impinguat & eneruat. Sed horum omnium particularem enarrationem afferre non est huius loci. in quo, methodo solùm & quibus initiis sint fundata omnia, inuestigamus. Et certè videmus horū omnium vsum oportunū in omni genere vitæ vtilitatem afferre immēsam. Vt enim corpus suo tempore cibi vsum requirit; ita & laborem, quem exercitij nomine complectimur. Sed vt varia hominum natura; ita secundùm speciem & mensuram variatur. nec enim ita faciendum vt animum deiiciat; sed vt iucunditatem & delectationē pariat. Hinc heroës & reges variis studiis, maximeque moderatis profectionibus, non

Modus & tēpus exercitij.

vti sunt Hesiodus, Democritus Abderites, Xenophon Socraticus, Archytas Tarentinus, Aristoteles, Theophrast⁹, & Mago Pænus; apud Latinos Virgilius, Cato, Varro, Cornelius Celsus, Plinius, Columella, & quàm plurimi alij. Frugū verò duo genera; alia frumētacea, alia legumina. In frugibus hoc est semper memoria tenēdum, semina omniaque exiguam molem habent, copiosam reddere substantiam, eamq; crassam & lentā; & plurimum alere, sed tardiùs per aluū deiici: his verò cōtraria, quæ molli atque

Animi & corporis exercitiũ simul.

non minus corpus exercendo firmãt, quàm animum pascunt. Nam & animo subinde est indulgendum, dandúque otium quod virium & alimenti loco sit. ac affectus illi qui trudunt impelluntque mentem, iam remittendi, iam iterum intendẽdi. Vim enim habent efficacem in alterãdis corporibus affectus animi. Sic omnium causarum conseruantium ac alterantium natura cognita, facilè oportunũ vsum eadem

laxa sunt substantia, leuiùs nutriũt, citiùs deiiciũtur; furfureũ enim plurimũ ipsis inest. Probatur triticũ farina copia, facili coctura, quod facilè & citò intumescit, & substantiam habet adeò densam, vt vix dentibus diuidi possit, & quod ponderosum est. Sunt varia triticorum genera; Africum, Ponticum, Thracium, Assyrium, Ægyptium & Siculum. Distinguitur etiam temporis ratione; aliud enim seritur autũni tempore, & æstiuo metitur; aliud trimestre quod Martio seritur; aliud bimestre esse dicunt. Theophrastus asserit genus quoddam tritici esse quod quadraginta diebus perficitur. Elicitur ex tritico similago, quæ farina est delicatior, seu flos & simila, qua in regno Neapolitano vtuntur; & amylum quod ex tritico paratur sine mola. Paratur panis ex farina aquis & fermento. Fermentum est optimum quod ex farina & aqua feruente conficitur. non debet seruari vltra quindecim dies; aqua copiosa est adhibenda. Arist. in Problem. panem leuiorem fieri sale adhibito asserit, absumit enim omnem humorem qui caloris causa solet putrescere. Sunt etiam leuiores panes pridie confecti quàm calentes. Optimus est panis qui ex optima farina, aqua & fermento sit conueniẽter permixtus, subactus, et bellè coctus, æquabiliter, vel in clibano vel in furno; nec ex igne parato ex lignis putridis vel aliqua praua qualitate affectis. Panes præassati tenuiùs alunt, difficulter concoquũtur: minùs cocti ponderosiores sunt. Panis lotus si sæpe eluatur & reficcetur, leuior euadit, & aëreus. Post triticum sequitur hordeum: ex quo etiam conficiuntur panes, maza seu pultis, polenta; & præcipuè ptisana, optima quidem dummodo sit ritè parata coquendo hordeum donec plurimum intumuerit, postea lento igne in chylum redactum sit. cremor fit ex hordeo integrè decocto & disrupto. Huic succedit alica ex chondro seu zea parata. Secale est etiam aptum ad panes conficiendos. melior est autem zea seu spelta. Far non satis constat quidnam sit. eius quatuor genera statuunt: Clusinum, Venusculum, Rutilum, alterum

candidum, Alicastrum dicitur; hoc reliquis est præstantius. Ex milio panes & alia ciborum genera parantur. Panicum milio præfert Gal. Tartari eo vtuntur, & potum parant nomine bisam. Tragus, typha, auena, potiùs beluarum quàm hominis sunt. Orizam Gal. inter legumina posuit; Plinius & Celsus inter frumenta. vnum est grano rubenti simile: alterum candido. quod ab aliquibus hordeum Galaticum appellatur. Sequũtur legumina: vti faba, cuius esum prohibuit Pythagoras. Ægyptia reliquis maior est. Ad oceanum septentrionalem ferũt fabas sponte nasci. Plinius dicit in Mauritania hoc contingere. Sequuntur pisa, lentes, quibus Ægyptij vtuntur. percocta aluum sistunt; leuiter cocta soluunt. Cicerum duo sunt genera; alborum & nigrorum. Cicera & cicercula, ac lupini non eduntur nisi aqua macerati. Fagelli grati sunt. Dolichi & phaseoli hi soli edũtur cum siliquis & thecis. Hortensia mortalibus plurimum sunt in vsu: nam & caule, & folio, & flore, & cymis, & bulbis, & capite, & integris etiam quandoque in cibis vtimur, pro varia herbarum ad edendum aptitudine. Omnia tamen olera sanguinem gignunt paucissimum, & improbum succum. Lactucæ, vt Theophrastus, vnum genus est lati caulis, alterum rotundum, tertium Laconicum. Intybum, scariola, & cichorium primum satiuum, alterum silu estre. Sonchos alter spinosus, alter mollior. Beta, malua. Brassicæ tria sunt genera; aliud cauloides dictum, magnis foliis; aliud crispis, Selinada & Apiana; tertium tenuissimis & densissimis foliis Celinida. aliud est etiam lacuturris dictũ, seu caulis capitatus. addũt etiam aliqui quod ex Indis affertur, & vulgo Caulifior dicitur. Consultò hîc relinquimus reliqua olera quæ inferius declarabuntur. Sequuntur fructus spinosi; vt eryngiũ, tribuli, cinara & carduus. Deinde fructus illi qui in arboribus non oriuntur; vt pepones, melopepones, cucumeres, cucurbitæ. Deinde radices; rapa, rapuntius, napum, armoracium, radix ari, dracontium, bulbi, cepæ, iecium, ascalonia, allium, porrum, pastinaca, cari radix siŝarum seu carota: ad hæc tubera terræ, fungi, vti pruneti, spinuli, carmeoli, boletum, amantium, siue romanites; in quibus quandoque inest venenum; quod dignoscitur ex liuido colore, ex labris pallidis, rancido aspectu: fiunt venenati ex chalybis rubigine pagni marcore & proxima serpentũ cauerna. Nunc ad fructus transeamus in quibus plus est voluptatis, quàm vtilitatis. vtendum est his natura potiùs maturis, quàm ab arte: & magis domesticis, quàm siluestribus. Horarij fructus dicuntur illi qui ad summum quadraginta diebus perdurant; vti sunt fraga, mora, cerasa, sycomori fructus qui in ipso caudice oriuntur, nec maturescunt, nisi prius vngue aut ferro scalpantur: & vento perflentur. Pruna, quæ distinguuntur colore, magnitudine, figura, & sapore. Persica mala, hæc etiã distinguuntur

methodo

eadem ratione. Hi omnes fructus in mensa præcedere debēt. Sequuntur fructus deinde qui postremas mensas ornant, uti mala quæ præstantissima sunt, Manliana, Appiana, & mellinella, & capidulæ: pira, quorū sunt plurima genera, Cotonea primus Cato ita appellauit: horum duo sunt genera, mas & fæmella: Mespila, sorba, corna; Punica mala seu Granata; his vtebatur Gal. loco medicamenti astringentis. Castaneæ plurimum nutriunt. Nuces iuglandes, nuces auellanæ, amygdala, pistacia, nuces Pineæ, mala medica, citria, limones; assyria, quæ differunt colore, odore & sapore & figura; Serica seu zizipha, siliquæ, palmarū fructus; oliuæ, quæ constant nucleo, oleo & carne; ficus, caricæ, vuæ, & vuæ passæ. Vuas & ficus reliquis fructibus anteponit Gal. grossulæ. Hi omnes sunt fructus quibus homo vtitur.

Venus. methodo instituent; vt [7] veneris: quæ nisi sanguineis ac consuetudinis tantùm causa conuenit: somni, vigiliarū, repletionis, inanitionis, ad quam pertinent excrementa quę consequuntur iuxta qualitatem & quantitatem & ordinem. Perpēdenda cibaria quæ ingeruntur. Et hæc omnia, vt labor, cibus, potus, somnus, venus, secundùm Hipp. mediocria esse conuenit. Hinc alio in loco optimus senex sanorū victus rationem duobus verbis complexus, Studium, inquit, sanitatis, cibi insatietas, laborum impigrities. Sed hæc pauca de sex rerum non naturalium, quas causas conseruantes ac alterantes vocauimus, vsu ac methodo dicta sufficiant: postquam magno negotio institutæ disceptationis, quam de arte medēdi succinctim explicanda susce-

7. Conuenit enim veneris vsus vt expellatur aliquid superflui alimenti, vti est semen. non est enim aliquid resolutum à substātia mēbrorum, retineret enim eorum naturā. Nam si resolueretur ab aliqua parte determinata, tunc non haberet virtutē mouendi ad naturam totius. si verò à toto, & naturam eius retineret; sic semē esset quoddam actu animal paruum. Si verò non reti-

neret naturã eius à quo resoluitur, recederet à via generantis, & esset in via corruptionis; & per consequens non haberet virtutẽ pimus, alteram partem; qua videlicet methodo corporis cognitio eiusque conseruatio sit paranda; sub qua tum salubria taum neutra, corpus, causa, & signa comprehenduntur; quãta breuitate potui, & quantum rei magnitudo patiebatur, absoluerim.

producendi aliquid generanti simile. Præterea habet determinatũ locũ, vti & aliæ superfluitates: non quemadmodum sudor, qui per totũ corpus vagatur. Deinde vbi non adest alimentum superfluum, ibi non aderit seminis copia; vti apparet in pueris, ratione augmenti. Cùm itaque sit excrementum vtile vltimæ concoctionis; ideo immoderatus vsus veneris obest, est enim superfluum quo indigetur ad actum, præcipuè generatiuæ. &, vt inquit Plutarchus, Incontinentia circa Venerem dum vires maximè resoluit per quas alimentum elaboratur, magis excrementa & plenitudinem auget. Venus est quasi quidam sextus sensus. spiritus ipse facit sensum delectationis. Nam, vt inquit Arist. trigesima sectione, Titillatio etiam potest excitari à solo spiritu.

CAP. V.

De auxiliorum vsu.

TEMPVS nunc monet vt ad secundum totius artis scopum describendũ accedam. Erat autem auxiliorũ vsus ex bimembri diuisione. Pars altera, in cuius methodi explicatione non est vt diutius immoremur, succincta & breuis erit: nullo enim negotio, priori parte cognita, hæc paratur. omnium enim quæ hîc dicenda sunt, superior pars continet demonstrationem.

Auxiliorum vsus

nem. Medici officium aliàs in duas partes distribuimus. Priorem enim partem absoluimus: alteram hic absoluemus: vtraque enim ex corporis cognitione manat. Quomodo enim & sanitatem cõseruare, aut collapsum corpus ad naturalem reduceret habitum, qui corporis ignorat naturam? Auxiliorum verò commodus vsus insuper opus habet vt medicamentorũ vim Medicus teneat: morbum quoq; secundùm ipsius essentiam vsque ad vltimas differentias; & quomodo particulatim corpus secundùm varietatẽ afficiat: maximè verò quibus notis locos affectos deprehendat; & vtrum ad salutem aut perniciem terminabitur morbus, prçuideat: postremò qua methodo in singulis morbis profligandis, instrumentis appositis rectè vtatur. quam artis partem proprie Therapeuticen vocamus. Deniq; est resumptiua & præseruatiua artis pars: quarũ omnium methodum, quàm fieri poterit paucissimis, adumbrabimus. Quòd verò modis omnibus simplicium medicamentorum cognitio therapeuticam methodũ præcedat, & Galenus ipse, & res ipsa testatur. Quomodo

enim horum facultate ignorata, pro morbi causarum ægri & patientis mēbri natura, quantum vnumquodque horum à sua natura recesserit, apposito medicamento in statum naturalem id reduceret? Et vt simplicium notitia methodum præcedit; ita compositio sequitur, vt omnia suis numeris absoluantur. Primò qua via simplicium pararetur cognitio demōstrabitur. erimusque eo breuiores, quòd tota hæc disceptatio potentia est absoluta in tractatione elementorum & temperamentorum. vt enim antea ostensum est, quæcunque terra nascuntur, ex elementis suam habent originem. & hæc elementorum secundùm naturæ vim & potentiam mistura, temperatura rei cuiusque vocatur. Hanc temperaturam bifariam secundùm primá diuisionem distinctam ostendimus. Quædam enim actu talia sunt qualia dicuntur: quædam verò potentia calida, frigida, humida, & sicca existunt; propterea quia vim quandam insitam habent, vt talia fiant actu, qualia secūdùm potentiam denominātur. quorū essentia, itidem vt superiorum, ex elementorum mixtione cōsistit. Medici verò

Qua via simpliciū habeatur cognitio

Quid sit tale actu & tale potētia.

verò intereſt vt non ſecundùm genera horum cognoſcat temperiem; ſed & ſingulorũ vires exactè cognoſcat. Nos hîc ſolùm in genere, vt & in reliquis fecimus, ex quibus fontibus methodus medicamenta cognoſcendi fluat, indagabimus. Nec immeritò magna in hanc partem induſtria collocanda eſt. natura enim agit per ſe ipſam, cuius miniſter eſt Medicus, hic verò artifex eſt. Agit verò materiarum, hoc eſt, auxiliorum, interuentu. Quin & pro duplici officio duplicibus ac differentibus vtitur inſtrumentis. Sanitatis tuendæ ratio ſecundùm methodum abſoluta eſt; & quædam pars materiæ qua in ſanitatis conſeruatione vtitur. Vocant eas res non naturales, de quibus in genere quæ dicere potuimus tractauimus. [1] De ciborum verò temperatura, cùm natura ipſa cum hac parte de ſimplicibus ſit coniuncta, hîc paucis mentionem facere volui. Nec minor ferè habẽda eſt ratio ciborum, quàm medicamentorum: ita vt ferè nihil omniũ ſit quæ in Medicina traduntur hac parte vtilius; ſi quidẽ aliorum præſidiorum nõ paſſim nec quouis tempore eſt vſus; at ſine alimentis ne

Ciborũ tẽperaturæ cognitionis vtilitas.

1. *Inter ea alimenta quæ magis medicamentis contigua ſunt, ſunt olera. Lactuca maxima eſt authoritas, quæ frigida & humida eſt in ſecundo gradu, media eſt, teſte Galeno,*

ne viuere quidem, neque in ſecunda, neque in aduerſa valetudine, poſſumus. Ita quantum ſanitati vel conferat vel noceat vniuerſus ciborum cumulus, id cuiuſuis nõ eſt cognoſcere. hæc quæ ſtomachum iuuent aut lædant, aluum ſiſtant vel moueant, facilis aut difficilis ſint concoctionis, obuium cuiuſuis eſt perſpicere. Poſtremò quî fiat vt ab eiſdem cibis diuerſi nonnunquam ſequantur effectus, vir Medicæ artis peritus id accidere nouit, partim ob vẽtriculi affectum, partim ob ciborum diuerſam naturam. Nam alios cibos ex vſu eſſe vẽtriculo calido, alios frigido, in confeſſo eſt. Ex quibus liquidè conſtat Medicum non ſolum corporis temperamẽtum ſcire oportere, ſed etiam nutrimentorum.

inter cibos boni & improbi ſucci; mediocriter nutrit, aluum nec laxat nec cohibet, ſitim extinguit, ventriculis bile refertis cõuenit, ſomnum conciliat, ebrietatem ſi à cibo ſumatur probibet, venerem reddit ſegniorem: ferũt etiam mirificè officere oculorum claritati, licet Galenus hoc non dixerit: calidis temperaturis maximè conuenit. Vim etiam refrigerandi Sonchos habet: cuius duo genera tradit Dioſcorides: alterum ſpinoſum, ſilueſtre & horridum, alterum mollius, in cibis gratum. Malua parum alit; ventrem tamen ſoluit, præſertim oleo & garo permixta, ob lentorẽ quem obtinet; renibus calculo vexatis maximè confert; eius cauliculi aſparagorum more manduntur. Betæ etiam vim abſterſoriam habent, ſtomacho aliquantulum aduerſantur; nihilominus obſtructiones iocinoris adimere aiunt, ſi cum ſinapi vel ſaltẽ aceto edantur. Galenus ferculum quoddam parat ex lente & beta, quod ex pugnantibus facultatibus temperatum redditur. tria ſunt eius genera: Atrum, album, & rubrum. Columella candidas tantùm laudat. Plinius ſilueſtrem appellat quæ limonium dicitur; Galenus rumicem. Braſſica, ex ſententia Galeni, vehementer ſiccat; ob id viſum obtundit, niſi admodum humidiores ſint oculi. conſtat etiam, non percoctam aluum ſoluere, ob eius ſuccum purgandi vim obtinentem. Bis cocta verò aluum ſiſtit. eduntur eius cauliculi cum ſale & oleo. Omne genus

caulium

caulium seu brassica praui est succi; atram bilem gignit; decoctum eius effusum, & vbicunque brassicæ putrescunt grauiter olent; quod non cōtingit reliquis oleribus; ob id nec apud prudentissimos Medicos nec apud priscos Græcos alicuius fuit existimationis. Atriplicis olus primo refrigerat & secundo gradu humectat expers est omnis qualitatis, stomacho aduersatur nisi oleo & aceto paretur; ita etiam est blitum, magis tamen stomachum subuertit. Spinacia leuiter & ipsa nutriunt; salubriorem tamen succum gignunt; aliquibus tamen aluum emolliunt; thoracis & asperæ arteriæ morbis conferre dicuntur; inflationes faciunt, ideo vtiliter insperguntur cynnamomo, pipere, gingibere, & modico aceti & sapa. Portulaca, siue satiua siue agrestis, frigidæ & humidæ est naturæ, exiguum præbet alimentum; idq; frigidum & humidum, vtiliter edetur ab iis quibus ventriculus & iecur bile & æstu scatent; Venerē cohibet. Plin. etiam refert in acetariis ventriculum corroborare, visum tamen hebetare; ferunt & stuporem dentium tollere. Rumicem Gal. appellat betam siluestrem. Dioscorides ex eius decocto aluum emolliri dixit. Oxalis genus est lapathi, vulgo acetosam vocant; subit in re esculenta vicem acidorum omnium: Galenus mulieribus malacia tentatis vtilem censuit. Solanum Teoph. inter cibaria admittit, licet exiguum præbeat alimentum. Buglossum & boraginem aliqui idem esse statuūt; moderatè calentis & humidæ dicunt esse facultatis; aluum lenire, flatus gignere, atræ bili aduersari, sanguinem puriorem reddere. Apium & ægris & valentibus datur, stomacho gratum est, vrinam mouet: aiunt plurimum eius vsum comitialem morbum parere, & claritati visus obesse. Dioscorides inquit eius decoctum venenis aduersari Eleoselinum, hipposelinum, sion, eiusdem ferè sunt facultatis cum apio; imbecillioribus tamen viribus. Smyrnium verò calidius & acrius existit, & magis aromaticum; ideo valentius vrinam & menses mouet. Eruca vim insignem habet calefaciendi; ideo vtiliter lactucis miscetur; semen augere & Venerē mouere fertur, vt inquit Columella. Nasturtium vehementer calefacit, capitis dolorem adfert: Ægineta mali esse succi & stomacho aduersari inquit: infantium tamen vermes enecat & expellit. Scandix dauci genus cruda & cocta editur, non ingrata stomacho; autore Dioscoride, subacris & amara existit, vrinas euocat, & obstructionibus medetur, parum distat à gingidio, Chærofelium dicto; quod quidem fastidium cibi discutit, & appetentiam inducit. Vrtica tenella editur cocta, tamen aliquid in se flatus obtinet, aluum subducit, ob vim detersoriam. Ocymum vulgo basilicum dictum teste Gal. Paulo & Aëtio, praui est succi, difficulter conficitur, stomacho aduersatur Arabes secus censent & præter id cordi esse amicum aiunt. Fœniculum facultatis attenuantis existit, oculorum claritati confert semen, & flatus discutit; eius radices calculis renū & vesicæ cōferunt.

Anethum

Anethum in cibis vt plurimum non est in vsu; aiunt oculos hebetare. Anisum tertio remissè gradu calidum & siccum est, suaue condimentum, iungitur commodissimè esculētis insipidis, vti est cucurbita. Hyssopum & odore & sapore gratum existit, tertio gradu calefacit, & insigniter extenuat; siccum seruatur. à Gal inter acria obsonij causa cōnumeratur. Eandem facultatem habet origanum: viperas expellit, & venenis frigidis medetur: Satureia origani æmula, iuxta Plinium ferè vires habet pares thymo, quod calefacit tertio gradu, & vrinam prouocat, venerem excitat, & claritati visus mirè prodest. Serpillum mirificè calefacit, vrinam mouet, resistit serpentū venenis. Sampsuchus, seu maiorana vel amaracus, sapore acri, odore acuta, ictericis confert, & capitis dolori. Ruta insigniter calefacit & siccat, visum clarefacit, veneno aduersatur, vermes puerorum necat. Pulegium adeò calidum existit, vt inter cibaria non admittatur. Menta, vt Gal. & Aëtius asserunt, valenter calefacit, venerem stimulat. Arist. in Probl. tamen inquit: Refrigerat, & semen absumit. Idem, inquit Pl., vtiliter manditur post lactis assumptionem; cogi enim eum non sinit. Saluia capitis affectibus, præsertim paralysi, medetur. eius succus, vt inquiunt, per dimidium horæ ante concubitum sumptus facit ad conceptum. Libanotis, seu coronaria, vel rosmarinus, plurimum confert cordi; floribus & foliis vtimur. Sisymbrium insigniter calefacit, appetentiam acuit, genituram auget, calculosis renibus auxiliatur. Crithamum, vulgò creta marina dictū, crudum & coctum & in muria seruatum, teste Diosc. auidiores in cibo homines reddit, abstergit; regio morbo medetur, & obstructionibus. Pimpinella naturæ est calentis, cordi amica & calculosis renibus prodesse dicitur. Lupus salictarius apud Belgas maximæ est authoritatis, ob potum quem ceruisiam appellant, quæ ex eo paratur: Arabes ferunt naturam habere refrigerandi, cùm tamen secus videatur ex illo nidoroso odore, tum florum tum etiam ceruisiæ: eius cauliculi coluntur æquè ac asparagi. Eryngium calore est temperatum, gratum ori caule & radice; eius folia sapiunt aliquid aromaticum, affectibus cordis auxiliatur; serpentibus & venenis aduersatur, imbecillitatem ventriculi corrigit, venerem excitat. Cumino aliqui in cibo vtuntur, flatus discutit; faciei pallorem inducere ferunt. Eiusdē ferè est facultatis Amium. Garyophyllata vtemur tum in cibis, ita manducata; tum eius succo, addito aceto & pipere, ad intingendas carnes, vt excitetur appetitus. Viola, quarum flores in acetariis manduntur; folia verò in ferculis ad aluum deijciendum, vt & mercurialis. Ligusticum stomacho gratum est, & aliqui loco piperis vtuntur, quēadmodum & hydropipere, & siliquastro, siue piperitide; vim tamen maiorē habet calefaciendi: ferunt animi tædiis opitulari. Elenium siue inula hodie non est admodum in cibis in vsu, mixta dulcibus non est ingrata,

ferunt

ferunt pulchritudinem faciei iuuare; difficulter spirantibus prodest. Lampsanam improbi esse succi Græci scripserunt: Dioscorides tamen plus alere quàm rumicem, & stomacho vtiliorem tradit: Plinius inter brassicas siluestres recenset. Orobanche refrigerat primo gradu. Crocus ad obsonia commendatur: antea sumptus, vt ferunt, crapulam arcet; cordi est amicus; hilaritatem præstat; caput tamen ferit, immoditus pallorem, fastidia, oculorum hebetudinem parit; somnum facit, authore Plinio, & Venerem stimulat; calefacit gradu secundo. Sinapi inter condiméta maximo est in vsu, præsertim si aliquibus dulcibus misceatur ad ponendam acrimoniam; feruentissima est natura, mirè lædit oculos; semine sato vix liberatur locus. Crysolachano pauperes vtuntur vti blito. Cornu ceruinum nec sapore nec odore præstat. Coronopi radicem cœliacis prodesse ferunt. Coriandri semen aceto prius temperatum seplasiarij sacchato cõdiunt; auxiliatur capiti & stomacho infirmis: Varro refert carnem incorruptam æstate seruari coriandro trito & aceto. Arction & personatiã aiunt calculis renũ mederi & vrinã ciere. Fumaria seu capnium obstructionibus viscerum & scabiei prodest, pellit vrinam biliosam. Cicutariæ radix vtilis est vino pota in pestilentia & morbis contagiosis: quidam censent esse chærefolium. Rosa etiam permiscentur in acetariis; vim habent refrigerandi. Calẽdula siue solsequium, vt aiunt, contra pestilẽtiæ contagia vtiliter sumitur. Cicutæ refert Pl. caules in patinis edi, cùm tamen sit venenum. Senecionem laudat Plin. ex aceto tanquam in cibo præcordiis vtilem. Filicula siue polypodium decoquitur in iure ad aluum ciendum. Ebuli folia olerum modo coquuntur ad pituitam bilemq; educendam: caules in patinis cocti eadem præstant. radix in vino decocta & in cibis data hydropicos adiuuat. Quàm plurima simplicium gignũt asparagos seu cymas vel cauliculos; vt brassica, malua, beta, atriplex, rapa, radicula, sinapi, pyrethrum. Asparagi tamen propriè dicũtur quos Plin. corudas appellat, qui prima mensa vtiliter apponuntur, ac ad calculos & vrinam mouendam, & ad tollendas iecoris & aliorum viscerum obstructiones: temperati sunt in calore & frigore: stomacho non sunt ingrati; & claritati oculorum auxiliantur. Capparis & fructus, & caules virides valentiùs nutriunt; condiuntur sale vel aceto ne putrescant; obsonium quidem stomacho gratum, appetentiam excitat; pituitam in ventriculo detergit & discutit; obstructiones iocinoris & lienis aperit. Fructus spinosi mensas etiam subeunt: inter quos eryngium commendatur & caule & radice; eius folia sale condita aromaticum sapiunt; calore temperato cordi confert; eius radices saccaro condita, valent aduersus cruditates ventriculi; Venerem etiam iuuant. Tribulorum folius apud Thraces equi impinguantur, ex nucleo verò panem cõficiunt. Cinaræ & cardui maxima est authoritas; reponuntur inter ventrem

corro-

corroborantia, cùm interim malum gignant succum: eius caules cùm terra hieme obruuntur, albi, dulces & suaues redduntur. Cucurbita fatua est & insipida: origano vel pipere sociata salubrior existit; his enim aliquid illius humiditatis absumitur; facilè satiat; alimentum exhibet frigidum & humidum; facilè deijcitur nisi corrumpatur, & tunc praui est succi. Plures apud Teophrastum recensentur species. oblongæ illæ magis commendantur. Cucumeres Gal. tanquam cibos praui succi abdicãdos esse censet; difficulter conficiuntur in ventriculo ac dein frigidum & crassum succum gignunt, ac ferè veneno proximi. odor tamen illorum commendatur ad animi deliquia. His facultate proximi sunt pepones, qui maturi, & cibo idonei facti, suauem reddunt odorem & gustui gratissimum; frigidæ & humidæ sunt naturæ; oris vẽtriculi, iecinoris, & renum feruorem remittunt; teste tamen Galeno, nisi citò descendant, in ventriculo corrumpuntur, & pessimum succum gignũt, & choleram concitant: quo sicciores, eo meliores existunt: probitas & maturitas odore probatur. Melopepones malum cotoneum referunt, & humi iacent, & maturi statim à pediculo recedunt; optimo sunt odore, & prædulci sapore, nec ita facilè in ventriculo corrumpuntur vti pepones. Peponũ semina faciunt ad renum calculos & vrinam mouendũ. Radicum multæ ac variæ sunt differentiæ. Pli. mirè extollit rapas. succum mediocri crassiorem gignunt, aluum nec laxant nec astringunt. Teophrastus duo statuit genera; masculinum & femininum. tres tamẽ sunt species; latæ, rotundæ, & oblongæ. has siluestres appellant, vulgo rapuntios. Inter rapas, & napos nullam ferè differentiam statuit Gal. Teoph. alterum masculum, alterum feminã appellat. Sunt tamen napi rapis & suauiores, & teneriores, & odore præstantiores. Horum Græci quinque statuunt differẽtias: qui folia habent tenuiora dulciores sunt; qui verò scabra & horrida, amariores. Raphanum in maximo vsu esse apud omnes gentes compertum habemus. Gal. iubet condiri garo & aceto & præcedere alios cibos alui soluendæ causa. vim habet calefaciẽdi, & ructus fœtidos excitat; ideo cum illis vtiliter exhibetur hyssopum, origanum, aut thymum. atterit dentes. meliores censentur qui facilè franguntur: eorum cauliculi eduntur cocti ex oleo & garo: minùs nutriunt quàm radices: si incoquantur radices, dulces euadunt. Apud Græcos tria reperiuntur genera pro foliorum varietate; Crispum, lene, & siluestre: hoc armoracia teste Diosc. dicitur; quod nomen nunc etiã apud Italos retinet; & in officinis rapistrum. Radix ari seu pedis vituli decocta commendatur à Dioscoride & Gal. ita enim acrimoniam remittit. iubent incoqui cum sinapi, & condiri oleo & aceto. dicunt in peste vtilem esse. Dracontium etiam ita paratur. Bulbos Gal. censuit frigidioris ac crassioris esse facultatis; lentũ ac flatuosum succũ gignere:

2. Ali-

pulmoni ac thoraci utiles sunt: ab his aliqui putant oculos hebetari. Cepæ natura sua insigniter calent: si non coquantur, non nutriunt. cocta amittunt succi improbitatem: candida & rotunda rusis præstãt; utiliter miscentur leguminibus & piscibus; flatus enim discutiunt, & crassum succum incidunt. Remittitur acrimonia si per aliquot horas in aqua frigida macerentur. Ferunt eas somnum conciliare. biliosis officiunt, & caput facilè petunt. Eiusdem ferè facultatis est ictiũ & ascalonia. Allium calidissimum existit. Diosc. & Plin. homines siticulosos facere affirmant. secùs censet Gal. Aët. & Pau. Valet ad flatus discutiendos; ideo, teste Gal. auxiliatur colicis doloribus, & vermes puerorum depellit; caput petit; somnum, & aliquibus dolorem capitis, inducit. coctum non ita est praui succi. Porrum calefacit, extenuat, & dissecat: coctum deponit acrimoniam & succi vitium. Hæc omnia, cepæ, allia & porrum, biliosis obsunt, & his qui caput imbecillius habent: & somnos turbulentos pariunt: ferunt venerem stimulare, visum hebetare, ebrietatem discutere: frequenter verò eorum usus bilem porraceam gignit. Pastinacæ satis magna est authoritas in mensis: huius tres sunt species; alia rubra, alia alba, tertia lutea. natura calefaciunt, & aliquid aromatici præ se ferunt; urinam mouent: aiunt venerem stimulare, & geniturã augere. Cari radix utilior & suauior pastinaca. planta & semen urinam mouent, & flatus dissipant. Daucus, seu pastinaca siluestris, validè urinam prouocat. Sisarum dulce existit, ori gratum, ventriculo confert, appetentiam excitat; carota dicitur.

Alimentorũ differentiæ. [2] Alimentorum quædam ex animantium genere, quædam verò terra genitis sumuntur. Vocant verò alimentum omne id quod substantiæ corporis assimilari potest. oportet enim nutrimento cum nutriti substantia conuenientiam quandam esse à tota substantia. materia enim corporis nostri, vt aliàs ostensum est, in continuo est fluxu: nutrimentum verò est id quod illud ex materia membrorum deperditum restaurat. Hinc alimentũ propriè id vocatur quod non à sua quali-

Quot modis dicatur alimentũ.

2. Inter reliqua cibaria carniũ maximus est usus; hæ enim plurimum alunt. Quarum differentia sumitur, tum ab animalis specie, tum ab animalis partibus, tum ab ætate, tum à pabulo, tum à sexu, tũ à castratione, tum à parandi ratione. Species

tate; ſed, vt Galenus dicit, à ſubſtantia ſua in corpus noſtrũ agit, & quod iam nutrit, ac in partes reſolutas per vltimam aſſimilationem ſuccedit: tale enim iam per virtutes naturales alteratum ac elaboratum exiſtit. Dicimus & quædam veluti alimentum; vt ſanguinem, qui haud ita multis alterationibus opus habet: ea verò alimenta, quæ futura quidem ſunt vt nutriant, non tamen adhuc intrò aſſumpta. de quibus iam diſſeremus. In quibus magnus eſt defectus & exceſſus in iſta ſimilitudine ad corpus. Qui enim cibi magis ſimiles ſunt corporis, faciliùs cõficiuntur: qui diſſimiles, difficiliùs. Hinc vinũ, vitella oui, ſuccus carniũ, roborant ac nutriunt citiſſimè: facilè enim vincuntur, propterea quòd plus patiuntur quàm agãt. nam licet cibus iam corpori aſſimilatus, & actu nutriens, nihil prorſus agat, hoc eſt, nullá faciat alterationem: tamen nullũ adeò eſt alimentum corpori familiare, vt non viciſſim quoque in corpus agat ac alteret: eo maxime tempore quo conuincitur & concoquitur. Cibi tamen maximè familiares ſenſibilem nullam faciunt alterationem. proprium enim cibi

poſtremò numerabimus. Partes ſunt, pedes, aures, roſtra, in aliquibus criſta, cartilagines, linguæ, glandulæ, teſtes, renes, adeps, oſſium medulla, cerebrum, liẽ, pulmo, cor, ventriculus, inteſtina, vuluæ; ſanguis, præcipuè ſuillus, hædinus, agninus, & vitulinus. Tandem caro ab ætate: vetulorũ & nuper natorum animaliũ carnes ſunt deteriores: illorũ enim arida, et prædura, & concoctioni contumax cẽſetur; horum immodicè humida excrementis abundat. Ratione pabuli, paluſtrium & cãpeſtrium caro deterior eſt his quæ in editio-

cibi eſt plus pati quàm agere. nihilominus ſunt ex alimentorum genere plura quæ ſecundùm qualitatẽ agunt inter concoquẽdum; ita vt manifeſtè vel refrigerent vel calefaciant : cùm verò prorſus victa ac alterata fuerint; tum non amplius qualitatem, tum caliditatis, tum frigiditatis, intendunt; ſed ſubſtantiam caloris naturalis augent. Hos ergo cibos Medicinales vocant : toto enim tempore quò concoquuntur, ſua qualitate corpus vt medicamenta alterant; deinceps nutriũt. Quo nomine cùm duplicem vſum huiuſmodi alimenta prębeant; eorum temperaturam cognoſcere oportet. At cuiuſcunque temperamenti cibus fuerit, vbi in ſanguinem cõuerſus eſt, naturalem calorem in quantitate ſimiliter augere videtur: quoad verò ad ſanguinis formam tendit, ſua qualitate vt medicamentũ alterabit. Eſt verò vt medicamentum, ſic & cibus in relatione ad corpus quod nutrit. hinc dicitur vnumquodque nutriri ſibi familiari. Quare & nos cibos omnes ita examinamus; vt reſpiciamus ad naturam & temperaturam corporis mutantis. Sunt qui hoc vel illud alimen-

ribus & ſiccioribus locis degũt. Mares etiam vt plurimũ præſtantiores ſunt fœminis. In caſtratis etiam plurimũ adeſt ſuauitatis & ſalubritatis. Quid verò taurina & arietina carne deterius? Teophr. diſtinxit etiam carnes à calore. Nam alba omnia animãtia imbecilliora & iniucundiora monuit. idem etiam in plãtis. Coquendi etiam & parandi cibos nõ vna eſt ratio: aliqua elixãtur; alia aſſãtur in veru, in prunis; quedã in ſartagine frigũtur; alia in furnis coquũtur: quedam à piſtoribus incruſtantur; niſi tamen coctura tẽperata & cõdimẽti

tum abominantur, cùm tamen alios id appetere videam⁹. Hinc cicuta sturno; coturnici veratrum, alimentũ est: quorum nullum corpus ac natura nostra conuincere possunt. Quare medicamenta non alimenta ad nos relata existunt, quorum omnium naturam non vt Philosophus, sed vt Medicus examinet: cui in hac re scopus est, vt omnia conferat ad naturam hominis; siue terra producantur, siue aëre, aqua aut terra degant animalia. hæc enim omnia non secundùm speciem solùm variantur, sed & ætatis & præparationis ratione. nam quæ terra producit, ante maturitatem, humidiorem alimoniam exhibent, maiorque excrementorum vis in vniuersum corpus ab iis deducitur; sicut & vniuersa humidioris substantiæ exiguũ dant corpori nutrimentum; idque facilè discutitur, minimoque negotio per inferna descendit: contrà dura, terrestria perdurabile, copiosum & vix dissolubile alimentum præbent. Sed animalium species & specierum partes magnam habẽt varietatem. Auium quippe genus leuem præstat cibum ac facilem concoctu, maximè si ad terrestria & quadru-

Humidũ alimẽtũ minus nutrit, & facilè discutitur, cõtrà siccum.

Varietas alimenti secundũ speciem.

ratio habeatur in omnib⁹, profectò, etsi quandoq; serò, nunquã tamẽ immunes à pœnis fient. A specie animalium; sues, qui à natura propter escam tãtùm donati sunt, plurimũ nutriunt. Caro bubula, cuius quatuor sunt gradus ætatis; vitulorum, iuuencorum, boum nouellorum, quarta vetulorũ. Bubali boues ferè referũt, sed sunt fœdiores. Agnus quasi castus; veruex seu aries castratus, suauis & salubris existimatur; hædi etiã salubriores. capra à carpendo, hircus, capra fera, aries, oues, nihil vel suauitatis vel salubritatis in se

quadrupedes respexeris: quæ rursus habent magnam bonitatis & malitiæ differentiam. Alimentum verò quod à piscibus sumitur, in genere sanguinẽ tenuiorem efficit quàm terrestriũ caro; nec enim tantum nutriunt; & id alimentum celeriter per habitum discutitur. nam nec crassus omnino sanguis ex vsu est, nec leuis & aquosus; sed qui mediam habet consistentiam; ad quem gignendum, molles & friabiles cibi maximè cõgruunt. omnino enim optimos pariunt succos. Hinc schola Medicorum suadet, vt ab omnibus cibis praui succi abstineamus. licet enim sint, qui hos cibos optimè conficiant: tamen clàm & sensim longa dierum serie prauus in venis succus ab ipsis suggeritur. Sed & pinguia & glutinosa mox satiant, & gustum ciborum deiiciunt; hinc friabilia & sine pinguedine sunt laudatissima. Iam & pro varietate præparationis cibus aliter & aliter nutrit. & est præparatio illa necessaria, partim vt cibi malitia corrigatur, partim vt suauior corporis naturæ reddatur. qui enim ex se dulces sunt, non opus habent multa præparatione; alioqui enim corpori simi-

Mollis & friabilis cibus.

Cibi praui succi.

Cibus pinguis.

Præparationis cibi varietas.

continent; vt & asini, qui etiam aliquibus sunt esui. horũ pulli gratissimi fuerũt Mecenati. Onagri, qui in Phrygia & Lycaonia reperiũtur, sunt esui aptissimi. Pulli in Africa sapore sunt præstantissimi quos lalisiones vocãt. Cerui, capreoli, lepores, cuniculi in assiduo sunt vsu. Vulpes etiã quibusdã in cibo gratæ sunt; vt & histrices, seu porci spicati vel spinosi, erinacei, sciuri. mures, etiam aliqui edunt, glires, quibus etiam Fuluius Hirpinus viuaria instituit. Varro quo pacto construendum sit glirarium docuit. Beleta seu mustela, vel vi-

les; vnumquodque enim animantium sibi conuenienti & dulci aliméto nutritur: qui verò dissimiles sunt, partim coctione, partim cõdimentis gratiores redduntur. A condimentis verò frigida calidis condiuntur, contrà calida frigidis. Item quę assantur aut sartagine friguntur, corpori siccius dant alimentum; cocta in aqua humidius. neque enim Medicus considerat, vtrũ in assato aut elixo plus retineatur humidi natiui; sed respicit, quale corpori nutrimentum præstet. Sed longius in alimentorum facultatibus diiudicandis progredior. eandem enim habent cognitionis viam quam in simplicium medicamentorum virtutibus cognoscendis nunc exponam. horum enim omniũ natura, maximè alimẽtorum, inuestigata est; partim determinata ex longa experientia, partim ex odorum saporumq; naturis: item ex substantia; an glutinosa, friabilis, laxa, densa, leuis, grauis existat. sunt enim qualitates secundæ, quæ ex primarum commistione fiunt, indices & notæ primarum. has aliqui non ad qualitates, sed ad materiam referri cõtendunt. Simplex ergo medicamẽtum dicitur quod secundùm

uera, canibus, lupis pauci vescũtur. Camelorum carnem Aristot. tradidit suauissimam esse. Equina, nisi vrgente fame, pauci vescuntur: vrsina quàm plurimi. Leonina, cùm admodũ malè oleat, paucis est cibus: quẽadmodum & pantherina & tygrina. Areopagi tamen ijs victitãt, quẽadmodum & Nomades elephantos invictu habent. Limaces & testudines terrestres suauiores sunt. Post quadrupedes sequitur lac; qui quidẽ est sanguis cõcoctus, nõ corruptus. cõstat tribus diuersis substãtiis, serosa, caseosa, & oleosa: modò seri, mo-

Ex quib⁹ dignoscãtur alimentorum facultates.

Medicamentum simplex quid.

cundùm ſuam naturam ſincerum ſit, licet magna pars diſſimilarium ſit partium re ipſa compoſita. Cæterùm appellatur ſimplex, quod cuiuſmodi ſit tale natura ſit, nec quicquã ex noſtra induſtria aſſumpſerit. Eſt itaque medicamentum, quod naturam alterare poteſt: facultas verò eſt cauſa quędam effectrix, quam, qua methodo cognoſcere poſſimus, hoc loco propoſitũ eſt inquirere. De huius facultatis eſſentia alij aliter ſentiũt. Rationalis, cùm omnia, vt dictum eſt, ex elementis conſtare aſſerat, etiam elemẽtorum temperaturã in ipſis medicamentis, eſſentiam ac facultates ipſorum, in operationibus ſaltem manifeſtis, effectrices cauſas eſſe contẽdit. In quibus itaque operatio ab elementorum manat tẽperatura, duplex eſt cognoſcendi facultatem via: prior experientia; altera, methodus rationi inſiſtens. omnia enim ad elementorũ naturam ſequũtur, nec eſt vſquam inuenire aliquod pugnans cùm vero, omnia concinnè

Quid ſit medicamẽtum, & quomodo dignoſcatur eius facultas.

dà caſei plus continet, vt plurimum ratione ſpeciei. Quod caſeo eſt fecundius, minus eſt ſalubre. Plurima ſunt caſeorũ genera: recentiores tamen & laxiores pro ſalute magis cõmendãtur; minus enim obſtruũt & ocyus deſcẽdunt. Ex parte oleoſa butyrum ſit, & alia etiam pingues partes extrahuntur. Saccarũ lacti permixtũ id ſalubrius reddit. Lac omne optimũ eſt ſucci, & bene alit ſi bene conficiatur. Camelorum lac tenuiſſimũ eſt; mox aſinarũ, equarum, caprarũ; craſſiſſimũ eſt bubulũ & ouile: mulierũ verò reliquis omnib⁹ magis tẽperatũ. Aues diſtinguuntur, vt ait Plinius, præcipuè pedibus. aut enim aduncos habent vngues, aut digitos: aut palmipedes ſunt, vt anſeres & ferè omnes aquaticæ altiuolæ. Sunt etiã quædam inauſpicatæ, vt corui: aliæ nocturnæ, vt noctuæ: aliæ oſcines, quæ canunt: aliæ alites, quæ maiores ſunt: aliæ perennes, vt colũbæ: aliæ ſemeſtres, vt turdi. Sunt & aliæ quæ

loca mutant & regiones, uti coturnices. Distinguuntur secundùm partes: aliquæ cristas habent, quæ nec caro est, nec à carne aliena, teste Aristotele. Postea cerebrum: Vitellius, cerebella phasianorum & pauonum apposuit in patina sua quam clypeum Mineruæ appellabat. Lingua anserum pergrata. Linguas, libidinem mouere tradunt. Collum: quibus crura longa, his collum longum: contrà quibus breuia, præterquam palmipedibus, quæ circa aquas versantur. Ventriculus: cuius pellis in gallo siccata & trita stomachicis vtiliter datur in potu; nõ tamen ex sententia Galeni. Iecur, præcipuè anseris saginati, iucundissimi est saporis. Testes, gallinaceorum præcipuè, mirè laudantur à Galeno. Intestina, pedes, orrhopygium gallinaceorum, præcipuè altiliũ & pinguium, maximè placent. Auiaria primus instituit M. Lælius Strabo Brundusij, ante tertium Punicum bellum. Iphanei lege cautum fuit, ne quid volucrium proponeretur præter vnam gallinam, quæ non esset altilis. Gallinaceos primùm in Perside natos ferunt Græci. ex his capi fiunt, qui inter primas epulas reponuntur. castrantur etiam gallinæ: saginantur autem vtrique; quemadmodum & pulli gallinacei. Colũbarum plures sunt species: Arist. quinque facit. Pauones, anseres, domestica & fera. Perdix, quæ & ipsa cicuratur & opimatur; altera & rubris pedibus & rostro; coturnix; gallinula; & gallinago, quæ est rostro longo, colore vario; attagena vulgo francolinus dicta; phasiani à Phasi amne dicti, merula turdo amica, sunt inter aues præstantissimæ. Passerum duo sunt genera; domesticum, & agreste. Est & paßer solitarius ex eo genere; & passer etiam marinus quem strytomellum appellant. Alauda: cuius duo genera; alterum gregale, nec singulare, more alterius, verùm colore simile, amplitudine tamen minus: est & alterum genus quæ à crista galerita dicitur; est singulare, non autẽ gregale. Sturni gregales sunt, horum carnes Gal. attagenæ similes facit. Ficedula à ficu. Inter melancoryphum & ficedulam nihil intereßt ex Arist. nisi cùm mutantur, ratione coloris & vocis. Phœnicopterus alas habet longas, coloribus distinctas & variegatas. Cuculus, colore accipitris, parit in alienis nidis vnum vel ad summum bina oua. Luscinia, acanthis seu carduelis, miliaria seu linaria fringilla; hæ potiùs ad cantum seruantur quàm ad esum. Hortulani in Italia saginantur. Erithacus & phœnicourus inter se differunt pectoris & caudæ colore. Vireo à colore viridi. chlorion totus est luteus. Oenanthe quæ & vitiflora, trochilus rex auium, dictus tarus, ab antho flore, boum mugitus imitatur. Struthio-camelum, inter aues maximam, Pomponius & Ausonius passerem marinum vocant: non à terra tollitur, sed celeritate equos vincit. Sequuntur grues minores, vipiones appellantur; inter se vehementer dimicant, ita vt homines potiùs exspectent & capiãtur, quàm à pugna desistant. Ciconiæ prælatæ fuerunt tẽpore Augusti

gruibus

gruibus in cibis, quod postea locum non habuit. Vnde veniant, incompertum est; nec quando discedant; hoc enim fit noctu. Olor seu cygnus nō dimicat, nisi lacessitus; aquilam, si pugnam ceperit, vincit, vt ferunt. Tarda damnātur in cibis; quòd emissa ex ossibus medulla statim tædiū pariat. ferunt vt equum aspexerint, ad ipsum aduolare. Ganea auis aquatica, gregalis, acuto rostro, corpore paulo minor anatibus. Onocrotalus, ita dictus à Græcis quòd ruditū asini edat, collum aqua mergēs & spirans; irno Latinis dicitur, cygno est similis, in faucibus tamē habet alterum genus ventris, in quo prædam seruet, & deinde ruminat. Ardea quasi ardua, quoniam altè volat. horū sunt tria genera, pella, quæ difficulter coit, et parit ægrè; alba; stellaris pigra cognomine. Quāplurimæ sunt species auium aquaticarum. duo distinguuntur: palmipedes enim in aqua versantur; phidipedes circa aquam. Aduncæ aues omnes sunt carniuoræ, vti sunt aquila, accipiter, miluus, & similia. his pauci in cibis vtuntur; quemadmodum & nocturnis, vti sunt noctua, bubo, vlula, asia. alluco; & inauspicatis etiam, vti coruus, cornix, pica, & similia. Sūt & aliæ aues peregrinæ, vti porphyrio, psittacus, gallina Indica, quas quidam opinati sunt eas esse quas Græci eritiotaonas appellabant; meleagrides quæ hodie non videntur, similes tamē mihi videntur illis quas nos gallinas Pharaonis appellamus, quæ & perraræ sunt. Post aues sequuntur oua. omnibus inest quædam sanguinea gutta in vitello, quod cor esse auium existimant. ex albo liquore fit animal; cibum verò ex luteo capit. vitellus & albumen, differunt colore & virtute. differunt oua inter se colore & magnitudine; gallinarum maximo sunt in vsu; differunt coquendi ratione; sunt enim alia sorbilia, alia tremula & mollia, alia tenera, alia verò affatim decocta seu dura: parantur quàm plurimis modis. Alimentum quod sumitur ex piscibus varium est. eorum caro, qui in aquis cœnosis & sordidis viuunt, excrementitia est, & muco plena; optima illorum qui in puro mari versantur; deterrima est eorum qui in aquis stercorariis degūt, sicuti sunt oppidorum & vrbium. Differunt etiā ratione maris, lacus, fluuij, stagni. Hoc autem perpetuò sit verum, aquas limpidiores ac magis agitatas, salubriores ac suauiores gignere pisces. Præterea differunt secundùm generationem. alij enim ex coitu, qui salubriores sunt, proueniunt; alij ex limo, vel arena, vel spuma maris, qui sobolem putredinis imitātur. Differunt ratione cibi: alij carne victitant, alij alga & cœno, alij quodā lentore suo: omnes autem tali materia participant qualis est victus. In genere omnium piscium caro frigida & humida est temperatura. differunt tamen: nam alij sunt duræ carnis, alij teneræ & mollis; alij friabilis: præterea, alij sunt pingues, alij macilenti. Differunt ad hæc à tēporibus anni, locis, ab ætate, victu, à sexu. Pisces maris in triplici sunt differentia: littorales, pelagij, & saxatiles. Piscium, alij oua pariūt, alij

animal; uti omnes qui sub genere cartilagineo continentur: prius tamē intus oua concipiunt; excepta Raia, quæ ouum perfectum parit, solidum & durum, ut foris seruetur: cartilagineorum verò ouum, cute molli obducitur, unicolorq; est, squammatorum, arreudum est. Omne genus piscium sanguine præditū est; præter testacea, ut ostrea; crusta inclusa, ut cancri; & mollia, ut loligenes & sepia. Arist. refert, pisces ferè omnes meliores in cibis esse, quando coitu impleri incipiunt: procedente uteri tempore, alios quidem excellere, alios minimè. Mares semine genitali pleni lacte appellato, præstantiores sunt. Ferunt feminas in omni genere piscium maribus meliores esse. Vt plurimum maxima piscium captura fit, auctore Plinio, sole transeunte signum piscium. Idem etiam refert, reperiri septuaginta quatuor species piscium. alio in loco, computatis beluis marinis, crustatis & testaceis, centum & sexaginta sex recenset. Pisces saxatiles in victu tenuante plurimum cōmendantur qui mollem simul ac friabilem carnem habent & nutriunt, & bene conficiuntur: contrà verò qui duram & glutinosam carnem obtinent; sicuti sunt cetacea, & mollia, ut loligines, & omnia testacea: medium obtinēt succum saxatiles, littorales, & pelagij, & qui nec glutinosi sunt, nec fœdum odorem habent; quibus abstinere oportet, sicuti sunt ut plurimum lacustres, palustres & aquis cœnosis & turbidis educati. Omne genus piscium discerni debet odore & gustatu. Pelagij pisces sunt, sicuti Aurata vel orata, umbra, rubellio, scorpius aut scorpio, asellus, cuculus, passer, pastinaca, raia, galeus, murena, pagurus, congri, pagri, glauci, thynni, erytini, amia, zygena, lamia. Saxatiles sunt cynædus, merula, hiatula, phuca, exoceti, gobio, acus vel aculeatus, scomber aut scōbrus, coruus, citharus, lingulaca, Lampetra, loligo magna & loligo parua, perca, turdus, melanurus, cari, scarus, iulis, phycis siue fuca, anthia, asellus, muræna, saurus, amia, paßer, buglossus, hepatus, umbra, rhōbus, draco marinus, trachurus, orphus, aquila, coracinus & coruus, sargus, latus piscis, sparus, cantharus, mena, smaris, boops, erytinus, salpa, sphyræna, molua, hirundo, miluus, lyra, sepia, loligo, polypus. Cartilagineis: torpedo, squatina. Sunt autem littorales: cāntharus, oculata, mullus, gobius, mugil, scarabeus, dentex, orphus. Sequuntur cetacei pisces: ut marsuinus, thynnus, gladius, balena, phoca, delphinus. Fluuiatiles: ut rana lacustres, anguilla, thymus piscis siue thymallus, lucius, tinca, cyprinus, perca, trotta, umbra, salmo, barbus, alosa siue alausa, capito, abramis, darcus, lota ararina. Sunt etiam hi pisces in usu: sargus, coracinus, nouacula, mormur, fiatula, cermia, asper, Iulia, galerita empetrum vel Lat. alauda non cristata, bauosa, apua, encrasicholi, halec, sudis, lacertus; limosa, sarda numerantur quoque inter pelamides; fiatola, Lat. stromateus, labeo, muco, labrus, accipiter, cornuta, Lat. cataphractū, arnogloss⁹ leuis est species piscis, vitta, faber

aut

aut zeus, rana piscatrix, mustella, canicula saxatilis, vulpes vel vulpecula, libella, murus, acipēser, scolopax aut ascalopax, physsalus, perseus, elops elacatena, ruminalis. Pisces incogniti sunt (cercurus, bopgyrus, rhacin⁹, chrysos, tergus, dascillus, halesurion, alabes, meotes, simus, eleotris, cinodexia, cynops aut cynopus, etelis, eleginus, melis, mythas, phyea, par⁹, phitarus, vrena, turpena.) reuersus, remora aut remiligo, vitulus marinus, tursio quasi maris sus, orca, pristes, monstrum marinum habitu monachali, monstrum marinum habitu episcopali, lepus marinus, vrtica. Crustis intecta crustata & crustacea, gammarus, Astacus à Plinio elephantus, paruus astacus, leo, squilla lata, cicada marina, squilla calata, crango, gibba squilla, parua squilla, locusta, cancellus, maia siue carabo, pagurus, heracleticus, latipes, cancer, varius aut marmoratus, pinnophylax vel pinna, araneus, pediculus marinus, erinaceus, echinus, ouarius, spatagus aut spatangus & brissus, echinometra, echinus paruus. Sequūtur ostrea, lepas adhærēs, lepas inuersa & lepas parua, concha, testacea lepas, Latinè dicitur patella, Tellina, chameleia pelorides, vel pelorina vel peloria aut pelorum, chama glycymerides, chama tracea, chama nigra, pecten & pectunculus, concha imbricata, concha aculeata, concha longa, chama peloris, glans, galades, concha margaritifera, ostrea marina aut pelagia, vertebras, mytulus, pinna, perna vel spondylium, grando, turbinata, murex triangularis, caua conchylia, turbino auritus. Natex, cochlea, cylindroides, concha aut cochlea veneris, vmbilicus aut cochlea vmbilicata. Plantanimes aut plantanimalia: asilus aut œstrus, hippocāpus, stella, tethya, Malū insanū, pulmones, spongia. Condimenta plurimū faciunt tū ad corrigēdos cibos, tum ad eos suauiores reddēdos. Inter ea quæ præcipuè faciunt ad ciborū condimentū, est sal, quem Plinius tanquā elementum necessariū appellauit. omnia enim edulia, hoc ferè egent, vt sapida reddantur. est enim sapor princeps affectus cibi quo eum condiuit natura, vt mandendi labori comes esset voluptas. Salsugine etiam acquiritur teneritudo in cibis, quia sal penetrando consumit humidum lentorem, quo fit partium cohæsio pertinax. expellit etiam vel saltē corrigit alios sapores; est enim ratione caliditatis minister atque instrumentum, vt & sapor introducatur, & fiat teneritudo dictis partibus. hoc seruantur omnia edulia fere; conuenit optimè seruandis carnibus & piscibus, dummodo pingues & molles sint & humida. In vsu vtilis est humidioribus & pituitosis; biliosis verò & atrabiliariis plurimus vsus obest. Saccarum videtur mihi ad omnia fere condimenta & obsonia admitti posse; acria enim lenit, acida retundit, salsa suauiora reddit, austera vincit, acerba mitescit, fatuis & insipidis sensum tribuit, omnium saporum tandem domitor dici potest. Mel easdem ferè facultates obtinet, nisi quod est calidius, nec in gustu eam gratiam obtinet sicut saccharū:

his etiam quàm plurima seruantur. Aromata plurimum etiam faciũt ad condiendos cibos; inter reliqua Piper, cuius tres species reperiuntur, longum, nigrum, & album; hoc quidem quia adhuc acerbum est. sequitur gingiber, garyophylli, nux myristica, galãga, cardamomũ seu grana paradisi, cinnamomũ, seu cassia lignea, inter reliqua aromata præstantissimum est. Acetum etiam ad innumeros vsus escarũ in culinis: ferunt aliqui, summè refrigerare & penetrare; nulli est tamen dubium, quòd acetum acerrimum corrodit vti medicamenta calidissima & acria: obest neruis, ventriculo frigido, melancholicis: accenditur pipere & similibus; compescitur saccaro. Vtimur etiam sapa; sed obstruit, flatus parit, tardè concoquitur; minus obest si aceto permisceatur. Succus vuæ acerbæ præbet etiam miras vtilitates in cibis; ventriculum corroborat & iecur calidius recreat, refrigerat pariter & astringit: idem etiam ferè præstat succus malorum agrestium. Fiunt etiam succi ex segete, ex acetosa, ex granatis, ex aranciis, limonibus. Ex horum quæ recensuimus & aliorum miscella parantur varia condimenta. ad hæc sunt salsamenta, & liquor ille qui garum dicitur, qui est intestinorum piscium quæ sale macerantur, liquor, seu sanies illorum putrescẽtium: conficitur vt plurimum ex sgombro pisce; in deliciis fuit apud Romanos; Gal. mirè commendat, inquit enim summè calefacere & siccare. Vsus olei maximus est. est autem oleum aquea terra cum aëre plurimo: ideò densescit, non autem concrescit, vt aqua gelu, nec absumitur, vt aqua, siue soluitur in vapores: nam tametsi aliquid tenuiorũ partium abscedat, tamen quæ sunt crassiores, attenuantur calore, atque subeunt in absumptarum locum. dicunt, oleum calefacere, humectare, attenuare ac aperire; sed fortasse etiã calefacit densatione; nec enim tã aperit cutem quàm densat: omne namque pingue viscidũ: sed gymnastæ decepti sunt ex frictionibus olei inunctionem præcedentibus. De oleo quàm plurima problemata proponuntur à Galeno lib. De simp. M. fac. oleum epotum vomitum mouet, præsertim bilis flauæ; quia vt leue superiora appetit, & secum attollit quæ stomachum grauant, & potissimùm bilem flauam quia leuis est & tenuis, & facilè superiora petit: nullis humidis permiscetur, nam ob suum lentorem & pertinaciam in indiuiduas partes permisceri non potest: quia aëreum est ideo in omnibus humidis superiorem locum obtinet: confert & quamplurimis eduliis parandis ac in eo etiam seruandis. Quia spiritu seu respiratione, arteriarum motibus, aëreæ igneæque substãtiæ modum tuemur; & quod sicciores substãtiæ deperditur, cibo instauramus: ideo huiusque de omni ciborum genere tractatum fuit: potione verò quidquid humidioris effluxit reficimus: hac ratione de omni potus genere nunc est dicendum. Potus autem fit ratione sitis: est autem sitis, humidæ essentiæ appetentia: accidit verò vel humoris inopia vel caloris abundantia: si ambæ adsint,

adsint, concitatur sitis vehemens Primus mortalium potus fuit aqua, cuius multiplex est differentia: optima est autem & saluberrima quæ omnis qualitatis prorsus est expers, limpida, liquida, & quæ, iuxta Hippo., citissimè calefit & refrigeratur & promptè hypochondria permeat; hæc enim leuissima est: adde, si edulia citissimè percoquat: addūt alij, aquam perfectissimam esse, quæ nec vasa metallica inquinat, nec ex ea aliquid subsidet: alij pondus etiam addunt. Coctio aquarum vitia emendat & tollit: Plin. vsque ad dimidias partes decoquit: aqua etiam cocta faciliùs refrigeratur. Potus calidus nimius & assiduus emollit vires corporum: nimium frigidus calorem destruit. Parātur varia potus genera ex quàm plurimis rebus quæ in aqua decoquuntur; vti est ceruisia & medo, & similia. Alterum potus genus præcipuum est vinum. Differunt vina, sapore, colore, consistentia, odore, viribus & potentia & ætate. Vinum dulce calefacit mediocriter, bilem parit & sitim excitat; austerū, astringit & minus calefacit; quod verò ab his distat, eius qualitatis est particeps cui magis est proximum. Pl. asserit quandoque in vno vino reperiri plures sapores, austerum, acutum, dulcem, & suauem. Colores vini sunt, album, nigrum, fuluum, flauum, rubrū. flaua quidem sunt calidissima; alba verò ceteris minus calida. A consistentia, alia aquosa, alia tenuia, alia crassa: aquosa exiguum præstāt alimentum; crassa corpus magis nutriunt; si rubra sint, sanguini gignendo sunt accommodatissima, vt quæ egeant minima mutatione: tenuia citò permeant. Vina etiam quædam suauem spirant odorem, alia ingratum, nonnulla odoris etiam penitus expertia sunt: vina odorata caput facilè petunt, ac illud replent: alia valida & vehementia; alia imbecilla & leuia. Ab ætate sumuntur differentia: alia recentia, alia vetera; ætate enim mutatur propria eorū natura: media ætas vini gratissima est; nimia enim vetustate admodum incalescunt, crassescunt, et amaritudinem quandam corpori impartiunt; nimium recentia nihil calefaciunt, concoctionem non iuuant, difficulter concoquuntur, nec cōmodè aluum subeunt, nec vrinam mouent, nec facilè distribuuntur, nec sanguinem gignunt, nec alunt; sæpenumero in ventriculo suspensa morantur. optimū vinū & salubre mediocriter calefacit, attenuat & alit. Negant aliqui dari proprietates occultas seu specificas, sed omnē actionem à qualitate fieri. arbitrantur enim cùm qualitates quatuor determinatæ sint elementorum causæ, esse etiam eorum causas quæ ex elemētis constituuntur. & cùm omnis actio per motum existat, vel saltem ab eo incipiat, & omnis motus fiat à contrario, & contrarietas sit præcipuè in qualitatibus; sequitur actionem fieri à qualitate: cùm tamē res secus se habeat. forma enim quæ est substantia, est præcipuum operationis principium: qualitates verò sunt instrumenta formarum; quum

etiam reperiantur actiones & operationes quæ nullo pacto possunt qualitatibus attribui; quemadmodum contingit in attractione quæ à medicamentis fit. non nego tamen proprietates occultas iuuari à qualitatibus manifestis; quemadmodum contingit in calefactione electri & paleæ. Alij nomine potius mutato, licet non re differāt, huiusmodi specificas virtutes sympathiam & antipathiam appellant. est autem sympathia, vt inquit Cicero, continuatio conuenientiaq; naturæ: sed sympathia existit tam in affectionibus manifestis quàm in occultis: asserūt verò ferrum ideo trahi à magnete, quia formæ seipsas propagent atque promoueant, ita vt etiam egredientes in medio occursu mutuo vniantur: negant enim accidentis facultate posse substantiam moueri; cùm tamen accidentia egressa id præstent; vt apparet in odoribus, in sono, auditu, & etiam in visu: nullo enim pacto fieri potest, vt forma egrediatur dilatando se ac contrahendo; hoc pacto enim media repleta essent formis.

3. Cùm verò omnis actio ab aliquo dupliciter fieri possit: aut quod illud sit principium primū & fundamētum ipsius actionis, in quo ratio contrarietatis sustinetur; & sic formæ etiam substantiales sunt actiuæ et passiuæ; nō tamen essentialiter, cùm in eis contrarietas non sit ratio, vt inquit Cōmentator 7. M & Aris. 2. De anima,

sibi quadrant: licet [3] virtutes quas hodie vocant specificas, quæ à totius similitudine essentiæ seu à forma oriūtur, nulla methodo ac ratione possumus deprehendere, sed sola experientia; propterea, quia facultates huiusmodi, temperamenti proprietatē minimè comitantur, sed potius formam à cælo originem ducentē; quæ occultę proprietates licet diuersæ, & singulatim in rebus omnibus inueniantur, tamen nobis non ita patent, cùm eas ratio nullo modo inuestigare possit. Nos verò de medicamentorū vi, quatenus mistionem elementorū comitatur & ratione cognosci potest, dissemus. In alimentorum explicatione diximus, nutrimentū simpliciter, esse id

Proprietas occulta solùm experiētia dignoscitur.

id quod tota sua substantia in nutriti substantiam conuerti possit. cum hoc ergo ex diametro pugnant, quæ nulla suæ substātiæ parte alterari ac mutari à calore naturali ac natura nostra possunt; sed omnino corpus afficiunt ac corrumpunt, sunt verò forma propria & toto genere deleteria ac venena: vt saliua & fel viperę, & alia huius generis plura. Sūt etiam quæ recipiūt principium alterationis à calore naturali, sed euestigio corrumpuntur ac mutuo corpus nostrum rodunt, vrunt aut putrefaciunt; suntq; potestate calida, ac genere deleteria; venena verò frigida, non genere sunt deleteria, sed quantitate solùm: vt opium, iusquiamus, cicuta & similia. Exclusis ergo venenis, quæ corpus nullo modo ferre potest, redeamus ad propriā de medicamētis tractationem. hæc enim sunt inter cibum absolutè & venena aliquo modo mediæ naturæ: nam & cibus medicinalis de vtriusque natura participat. Primum omnium sciendum, omnes medicamentorum facultates ad temperatum hominem explorare & in gradu locare oportere; idque necessariò; si quidem constitui nulla ars possit,

Quæ venena dicuntur.

Venenū frigidum sua quātitate tātum lædit.

vbi inquit, animā esse causam alimenti, non calorem. potest etiā esse actio, vt sit primū & immediatum à quo prouenit actio; vt calor qui est tāquā instrumentū animæ. & quia forma specifica sit substantialis, ideo solo intellectu capitur, quemadmodū accidētia sensu deprehenduntur: & per hanc formam specificam res habet esse distinctum ab aliis: actus enim dat esse et distinguit, vt habem⁹ 7. Metaph. Operationes itaque mirabiles & occultæ nobis indicant formas huiusmodi esse harum operationum causas: ea autem operatio immediata

accidens dicitur: quãobrẽ, vt inquit doctissimus vir, possit, nisi prius veluti regula à scopi genere materiæ in qua versatur constituto, ad illũ iam particularia omnia *ita statuendũ est: genera quædam esse quibusdam communia speciebus, quæ idcirco impellantur ad conuenientiam; & esse quasdam generum contrarias differentias, ex quibus inimicæ species oriantur; quæ tamen species non habentur contrariæ; quia nulla forma formam destruit: sunt tamen indiuiduorum principia quædam ad contrarias actiones perpetrandas; non enim ab elementis proueniunt, cùm nihil agat vltra suam speciem, & agens omne effectum sibi proportionabilem in materiam introducat: fortasse forma specifica est cælestis. Venena nocent, vel à primis qualitatibus; vt aqua epota frigida est venenum homini labore & sole æstuanti; vel à secundis; vt crocum, aperiendo viam spiritibus ita vt abeant: vel à tertiis; quales sunt cantharides vesicæ, lepus marinus pulmoni: vel ab alia vi, quam à tota substantia seu virtute specifica nominant; vt ictus scorpionis. Prima est manifesta, & secunda etiã; tertia paulo est obscurior; quarta obscurissima, cùm multum absit à sensibus. Differũt venena quæ à tota virtute occulta operantur. ea enim quæ in inanimatis existunt, licet operentur virtute occulta, & per quamlibet conuersionem agãt in sui qualitatem: dicuntur tamen potestate esse talia: venenum autem serpentis est tale actu; in primo enim occursu operationes veneni edit. Venenum est quod suapte natura hominis substantiam corrumpere potest. Differentiæ sumuntur præcipuè ex tribus: ex plãtis, ex mineralibus, & ex animalibus; præterea ex aëre. Intus etiã quandoque gignitur venenum; cùm facultas veneni seu actio sit potius spirituosa quàm corporea, ideo citissimè permeat, ac breui momento in membra præcipua corporis, præcipuè in cor diffunditur. Cùm autem venenum duobus modis humanam substantiam corrumpere possit: vel ex materia intus genita, vt accidit ex semine retento: vel quod extrinsecus aduenit; & est humiditas quædam tenuis horrendæ qualitatis. Hoc autem vel est vt diximus, ex mineralibus vt Arsenici & sublimati; vel ex animalibus, vt serpẽtis aut scorpionis; vel ex vegetabilibus, vt Napelli vel Papaueris: ex his aliqua sunt venena manifesta qualitate; & ea vel frigida, vt opium & iusquiamus; vel calida, vt euphorbium & Anacardus: vel sunt venena proprietate seu forma specifica vel substantia; vt Napellus, & saliua serpentum. Deinde aliqua venena respiciunt totum corpus; vt sunt ea quæ diximus; alia partem tantùm respiciunt; vt argentũ viuum cerebro per aures introductum; lepus marinus, pulmonẽ vlcerando, & cãtharides vesicam. Ephemerum quod aliqui colchicon aut siluestrem*

diri-

bulbum appellant, pruritum excitat in toto corpore, cum interna rosione ac stomachi ingenti grauitate & æstuatione, tandem cruor per aluũ. Dorycnium quod aliqui manicon solanum appellant, lactis saporem in gustu refert; singultus mouet, sanguis confertim reijcitur, ac mucosa dysentericis similia. Aconitum inter bibendum cum astrictione quadã dulcescit, vertigines parit, lachrymas mouet, grauitatẽ pectori & præcordiis adfert. idẽ facit mel Heraclea. coriandrũ immoderatè sumptũ vocem exasperat, insaniem adfert. psyllium frigus & torporem cũ exolutione & mærore quodam adfert. Cicuta pota vertiginem excitat, caliginem oculis offundit, singultus mouet, mentem turbat, extremi artus gelantur, tãdem conuulsi suppresso arteriæ spiritu strangulãtur. Taxus frigus vniuerso corpori, strangulatus & celerem interitum infert. Harpagi succus soporem & strangulationem adducit. Sardonia mentem adimit, & quadam neruorum distentione labia in rictum contrahit, ita vt risus speciem præbeant. hyoscyamum potum: similẽ ebriis mentis alienationem mouet. mandragora soporem ac veternum inducit. meconium, veternum cum perfrictione & pruritu vehementi inducit; alij opium appellant: idem & præstat papauer corniculatum. Ex napello labia inflammantur, intumescit lingua, & oculi intumescunt, vertigines, animi deliquia, crurum imbecillitas, liuor & tumor corporis, & statim malus habitus: deinde mors. Ixia similis ocymo gustu & odore, linguã inflammat, mentem mouet, excrementorum exitus supprimit, strepitus in intestinis cum animi deliquio. Fungi qui lethales sunt, strangulatus suspendio similes concitant. Sanguis taurinus spirandi difficultatem & strangulatum concitat. Lac si cum coagulo bibatur, strangulationem parit. Cerussa singultum, tussim, linguæ ariditatem excitat, frigiditatem extremorum & torporem & mentis declinationem. Gypsum lapidescens strangulationem parit. Argenti spuma stomacho & ventri grauitatem cum torminibus adfert, intestina vulnerat. Argentum viuum eadem præstat. Calx, Sandaraca, Auripigmentum intestina cum vehementi erosione excruciant. Scobes etiam plumbi & ferri largius sumpta noxas corpori inferunt. Arsenicum, quod ex auripigmenti scobe & paru ponderis sale efficitur. Ærugo, risagalum, saponis lixiuium, aquæ aurificum caustica sunt: sublimatum ex argento viuo & chalcãtho linguam & fauces exasperat sitim, angustiam, linguæ tumorem, animi deliquium, vrinæ suppressionem, anhelitus difficultatem, ventriculi & intestinorum tormina & erosiones inducit. his autẽ omnibus, excepto napello, auxiliamur manifestis qualitatibus.

Tẽperata medicamẽta. dirigantur. [4] Ad temperatum ergo respicientes, primò temperata medicamenta

4. Videtur tamen quòd medicina nulla

menta constituamus, vocabimusque ea symmetra, ideo quia in huiusce-modi natura nullam sensibilem faciat in calido, frigido, humido & sicco alterationem. ita enim Medicus singulorum vim explorat. non enim quærit quæ absolutè, & ad medium in vniuersa substantia qualitas excedat; aut humidi plus aut sicci, calidi aut frigidi rebus insit. Sed Philosophi hæc est cõsideratio; hinc aquam marinam, humidam iudicat: Medicus verò, quia ad hominem respicit quem siccat, aquã marinam siccã concludit. Atque hoc est perpetuum Medici in omnium rerum natura discernenda iudiciũ: hinc Galenus in suis qualitatibus symmetra siue temperata cõstituit. Post symmetrũ, in calido sequitur deinde primus gradus caliditatis. est verò tepida & minimè vehemẽs primi gradus caliditas: dehinc vbi intensius quicquam calefacit, secundum gradum, & deinceps tertium ac quartum simili modo deprehẽdunt. Constituit verò & ipse Galenus in ipsis gradibus quasdam latitudines, hodie vocant mansiones, & singulis gradibus tres assignant; hoc modo dicere solent, quædam esse in tertio

possit dici tẽperata. quod enim tẽperatum est nullã alterationem præstat: Medicinæ verò proprium est corpus immutare. sed cùm in qualibet specie detur temperatũ & nõ temperatũ; necesse est igitur in medicina idem contingere ex quo dicendum est, medicinã tẽperatã nulla alia ratione ita dici, nisi comparatione eius permutationis, quã à nostro suscipit corpore: nõ enim est temperata temperamento ponderis, cùm id fieri nõ possit; nec tẽperamẽto humano in sua temperie; tunc enim ex ipsamet foret humana temperies, quia formaliter esset talis & nõ

Primus caliditatis gradus.

Graduũ latitudines.

tertio gradu remiſſo, aut ſecundo intenſo. Eadem conſideratio habetur in ſymmetro reliquarum qualitatum. ab ipſis enim incipiunt, ac deinceps quatuor gradus diſtinguũt ſecũdùm operationis remiſſionem & vehemẽtiam, cum ſingulorum graduum latitudine determinata. nec profectò fruſtra, nec ſine ratione huiuſmodi facta eſt diſtinctio: hæc enim notitia ad medendi methodum in primis conducit: & niſi hoc modo ſimplicium facultates diſcernantur, fieri nõ poteſt vt methodo ac ratione artem Medicam quis exerceat: omnes enim affectuum præter naturam reſolutiones curatiuarũ intentionum, ad quoſdam perueniunt terminos calefaciendi, refrigerãdi aut ſiccandi intra certum terminũ; quem cùm animo formauit, ac ſimplicium medicamentorum facultates ſuis gradibus diſtinctas cognouerit; quantitatem & menſuram medicamento imponit: quod ſi vno aut ſimplici præſtare non poterit, minimo labore, cõueniens & quod maximè ſit ex vſu medicamentum componet. Sic idem eſt iudicium in ſecũdis qualitatibus. cùm enim ſanitas mediocritas ſit; morbus

[e]ffectiuè, niſi corpus humanum alteri occurrẽs conferatur. ſed tẽperatã appellamus, cùm calor qui in corpore humano continetur à medicina ita afficietur, vt eum non ſuperet in aliqua duarum extremitatũ vel ſimpliciũ vel compoſitarum. Dicitur autẽ medicina tẽperata modò ſimplex vt in vniuerſo, quẽadmodum eſt corpus humanum: modò in genere, ſicuti aurum; modò in Specie, vti roſa perfectior. Medicina etiam ſimplex quæ à natura producitur; & cõpoſita, quæ ab arte. Ea autẽ medicina quæ etſi tẽperata dicatur, ſi tamen ad cikum

 verò

verò à iusto modo declinatio: necesse est, vt quantum morbus à medio illo discedat, tantum quoque medicamẽtum in contrarium, quoad in naturalẽ habitum affectus præter naturam reducitur, discedat oportet.

referatur, & ad formale temperamentum corporis humani, cùm in substãtiã corporis nõ conuertatur, potiùs dici potest intemperata quàm æqualis; foret enim ipsamet hominis natura. Sed breuiter ita dicamus, quòd alteratio duplex est, veluti & passio: vna quidem est permutatio corruptiua à contrario; & talis alteratio non est medicina temperata: altera verò est à qua leuiter afficitur corpus: medicina enim temperata & etiam nutrimentum omnino mutatur à corpore, & non mutat corpus, nisi fortasse in primo occursu & in ipso fieri, leuiter tamen; in facto verò esse potiùs ab alteratione conseruat. Temperata medicamenta sunt hæc: Adiantum, cera, citri cortex, cadmia, asparagus glycyrrhizæ succus, lycium, pinei nuclei, lens, oleum dulce, zizipha. Quæ primo ordine calefaciunt sunt, Aloe, absinthium, agaricum, amygdala dulcia, althæa, brassica, buglossum, beta, castanea, chamæmelum, eupatorium, flores populi nigræ, cassutha, lini semẽ, ladanum, malobathrum, nuces virides, oriza, saccharum, serũ lactis, sesamum, spica nardi, vuæ maturæ, vinum nouum seu mustum, lithospermon. Quæ secundo ordine calefaciunt sunt: anethum viride, apium, artemisia, ambarum, balsamum, calamus odoratus, capparis chamæpitys, crocus, eruum, fœnum græcum, peucedanum, melissophyllon, thus, Zadura siue Zedoaria, galbanum, mastiche, marrubium, mel, myrrhis, myrrha, nux moscata, nuces siccæ, ocymum, pistaciæ, polium, pix arida, ficus, rapa, vinum, sal, cassia lignea, cinnamomũ, aloë. Quæ ordine tertio calefaciunt sunt; abrotonum, ammi, anacardium, anethũ aridum, asarum, acori radix, anisum, agnus, arum, amomum, dictamnus, careum, cinnamomũ, chamædrys, cartamus, conyza, cuminum, casia, calamintha, elleborus vterque, carnabadium, carpesium, galanga, garyophyllon, epithymum, fœniculum, iuniperus, iris, helenium, hyssopum, mentha, menthastrum, moschus, nigella, origanum, opopanax, petroselinum, piper, ptarmice, pulegium, raphanus, ruta hortẽsis, sampsuchum, sabina, sisymbrium, trifolium, vinum vetus. Quæ quarto ordine calefaciũt allium, cepa, costus, euphorbium, lepidium, piperitis, tithymalli, nasturtium vtrunque, pyrethrum, porrum, ruta siluestris, sinapi, struthium, nigella. Quæ primo ordine refrigerant sunt: atriplex, acini vuæ, gramen, hordeum, pruna, malua, miliũ, myrtus, pira, rosa,

CAP.

viola, oxyphœnica, citrei caro, cotonea. Quæ secūdo ordine refrigerant: acacia, blitum, cucurbita, cucumis, damascena pruna, galla, lactuca, lens palustris, rhus obsoniorum, intybum, hyacinthus, mala granata, oxyphœnicum, pepon, persica, plantago, polygonum, psyllium, solanum hortense. Quæ tertio ordine refrigerant: caphura, portulaca, santala, mandragora, semperuiuum, hyoscyamus. Quæ quarto ordine refrigerant: cicuta, papauer, opium. Quæ primo ordine humectat, buglossum, glycyrrhiza, citrei caro, intybum, malua, rapa, saccharum, satyrium, sesamum, helxine. Quæ secundo ordine humectant: atriplex, cucurbita, pruna damascena, lactuca, lens palustris, melones, oxyphœnicū, blitū, persica, portulaca, pepon, viola, vua matura. Quæ primo ordine desiccant: brassica, beta, chamæmelum, castanea, crocus, fœniculum, hyacinthus, hordeum, faba, fœnum Græcum, malobathrum folium, myrthus, thus. Quæ secundo ordine desiccant: artemisia, anethum viride, balaustia, bursa pastoria, capparis, cotonea, cassutha, balsamum, calamus odoratus, galbanum, intybum, mel, eruum, raphanus, pix arida, plantago, gingidium, lentes, myrrha, mastiche, mentha, menthastrum, milium, nux moscata, oryza, opopanax, pistacia, pyra, santala, spica nardi, rosmarinus. Quæ tertio ordine desiccant: abrotonum vstū, anethum vstum, apium, asarum, acacia, aloe, amium, anisum, absinthium, acetum, acorus, careum, calamintha, carnabadium, cinnamomum, cuminum, coriandrum, caphura, peucedanum, polium, petroselinum, ptarmice sternutamentaria, rhus obsoniorum, ruta hortensis, sanguis draconis, chamædrys, chamæpitys, elleborus, epithymum, galla, garyophyllon, hyssopum, iuniperus, macer, marrubium, nigella, moschus, miliū, origanum, piper, pentaphyllum, sampsuchum, sisymbrium, trifolium, sal, sabina. Quæ quarto ordine desiccant: allium, nasturtium, ruta siluestris, sinapi.

CAP. VI.

De inuestiganda ratione medicamentorum, & eorum temperamenti.

Methodus inueniendi medicamētorū tēperamētum.

METHODVS ergo qua particularium omnium medicamentorum temperamentum inuenitur, ab elementorum pendet doctrina (experientiam enim hoc loco missam faci- 1. *A sapore alimētū nullum: saporis tamen iucunditas necessitudinē habet cum aliquis*

 mus:)

mus:) nec tamen ad remotiora naturę problemata penetrabimus, propterea quòd innumeris ambiguitatibus sunt intricata. Quare & Galenus ipse monet, vt quamprimum quæ ad institutum facere videtur inuenerimus, præcipitia arduarum disceptationum cõsultò relinquamus. Verùm etsi ab omnibus istis qualitatibus aliquid proposito accedere lucis potest; tamẽ promptior ac certior via est, à saporum natura medicamentorum naturam diiudicãdi; hæc enim qualitas immediatè mixtionem illam ex elementis comitatur. quare secundùm naturã & proprietatẽ saporis à gustu percepti, ratio colligitur, & formatur, qualis mistio qualitatum primarum in eo medicamento consistit. ex hoc itaque tanquã effectu quodam ipsam temperaturam deprehẽdit. Quare primò succinctim, qua quisque saporum secundùm speciem substantia ac temperatura consistat, indagabimus. Postremò cuiusq; operationem paucissimis explanabimus. Astringens itaque sub se acerbũ & austerum continet: terrestres omnino sunt ac substantia crassa, temperamenti verò frigidi; quod probant fructus

facultatibus. et sapor, secũdùm Arist. est passio gustus, à terrestri sicco & humido secundùm potentiam alterativam deductivam in actum. dixit [sicco terrestri] ad differentiã vaporis, qui est causa odoris: dixit [actum] ad differentiã actionis; sapor enim ali⁹ actu, alius potestate. Sunt autẽ sapores atque odores in mistis tantùm; ideo in aqua nullus sapor, nisi subsit succus. Dicitur autem sapor distingui tripliciter: aut ratione primarum qualitatum; vel substãtiæ deferentis illas; aut quia delectat, vel malo & horrido sapore vel nullo

A saporũ natura maximè dignoscitur medicamentũ.

Astringẽs sapor

fructus primò quidẽ acerbi, terrestres ac frigidi; sed deinde succedente tempore, pro caliditatis ac humiditatis ratione maturescentes, in alios sapores alterantur. Quòd si nihil calidi & humidi admittant, acerbi semper permanent, vt glandes: si verò fructibus illis nihil nisi humiditatis quædã crassior pars remaneat, ista terrestreitate austerum contrahunt saporem, qui ab acerbo genere non differt, sed est remissior; nec enim tam vehementer astringit & exsiccat: si verò humiditas aërea ac subtilis accesserit, acidum saporem fructus illi induunt: nam & res ipsa testatur, multos fructus à primo ortu ita acerbos vt vix gustari possint; qui deinde sapor fit lenior, donec ad aciditatem peruenerit; in quo saporis genere quidam fructus manent; aliquibus & dulcedo insuper vlteriore coctione accedit. Est verò sapor acidus frigidi temperamenti, in substãtia subtili: generatur autem à calore quidem mutante, sed non perficiente: cuius rei certum est argumentũ, quòd nullum venenum frigidum acidi est saporis; extrema enim frigiditas in substantia subtili locũ habere non potest:

Sapor austerus.

Acidus sapor.

Nullum venenũ frigidũ & acidũ.

gustũ afficit: hic autem insipidus dicitur; qui & triplex est: vel verè insipid⁹, qualis est aqua & aliorũ elemẽtorum; vel quia licet habeat formã saporis, cùm tamen sit in actu primo, saporis formam iam obtinens, non potest in actũ peruenire; vel quia nihil ab ipso dissoluitur in partes minimas quod linguæ poros permeare possit, ex quo cũ humido illi admixto sapor efficiatur; vt in auro & adamante. sed insipidus impropriè inter sapores numeratur cùm priuationẽ saporis denotet. Esse saporis est hoc ipsum quod ipsa mistio: essentia

ſi verò fructus illi ſuccedente tẽpore humiditate & caliditate concoquuntur; tum à calore quidem dulces; ab humiditate verò oleoſi ſiue pingues efficiuntur. Ex quo intelligere licet, ſaporem dulcem calidum quidẽ eſſe, at mediocriter; & quanto dulcius, tãto quoque calidius. quare & dulcia eſui ſunt, & quæcũque dulcedine participant, quocunque ſapore cõiuncta, nutrire ſunt habilia. Sed cùm mel ipſum vetuſtate & coctione reddatur amarum, hinc amari ſaporis generationem cogitatione cõſequi licet. abſumitur enim humiditas, & ſiccitatis ſubſtãtia exquiſitiùs elaboratur. Hinc conſtat, ſaporem amarum plus calidũ & ſiccum eſſe dulci. eſt enim in terreſtri, ſubtili ac ſicca materia ſeu ſubſtãtia, vt lubet appellare; quę à calore arida & vehemẽter extenuata efficitur. ex quo & illud apertum eſt, cur amara minimè omnium putreſcũt ac ferè nulli animãti ſunt eſui. Similibus nutriri omnia, clarum redditum eſt in ſuperioribus: & animalia omnia humiditatis aliquò modo largioris participant: hinc humidius quàm ſiccius requirunt alimentum. cuius rei & hoc teſti-

verò id quod ex ipſa miſtione conflatur; vt dulcedo: ab ipſo deinde eſſe, & ab ipſa eſſentia saporis procedit proprius affectus, qui eſt certa ratio mouendi guſtũ. Videtur tamen, ſenſilia à formis elementorũ non duci, cùm ſenſilis alicuius veſtigium nullũ omnino ſit in elemẽtis: haberent autẽ primùm in ſe, ſi darent aliis; quemadmodũ primas habent qualitates quas aliis impartiũt. à quo enim ſapor, odor, calor immediatè fiat, nemo ſcit: differentia enim formalis nobis ignota eſt. Sed in ſapore, ea quæ ſentire facit in actu, eſt expreſſio, emun-

Sapor dulcis & pinguis.

Omne dulce nutrit.

Sapor amarus.

testimoniũ est. licet enim sapor acris sit omnium calidissimus; tamen quia multa acria, vt cepe, allium, largam habent humiditatem coniunctã, hinc esui sunt: salsus verò sapor & ipse terrestris ac calidus, tamen acriori remissior. Oleosus verò aqueus est & aërius. Sed hæc de generatione ac temperamento saporum succinctim diximus. Operationes verò habent secundùm speciem ac temperamenti varietatem diuersas. nam austera ac acerba contrahunt, astringunt, dẽsant, repellunt, incrassant, denique omnia refrigerant ac exsiccant; frigida enim illis est temperatura, eiusque vis est hæc præstare, idque tanto vehementius, quanto in crassiori extiterit essentia. Acidus sapor incîdit, extenuat, diuidit; mordicat quoque, licet temperamenti sit frigidi. est enim huic sapori, in quibusdã operationibus, cum acri qui omnium est calidissimus, coniunctio. ambo enim mordicant; acidus, vt frigidus & subtilis; acris, vt calidus: & tanto vehementius mordicat, quanto est in crassiori consistentia. Item vterque extenuat, & superpurgationes concitat: acidus verò refrigerat ac re-

Acris sapor.

Salsus sapor.

Oleosus sapor.

Austeri & acerbi facultas.

Acidi saporis facultas.

Acidi & acris cõuenientia.

ctio & subitio: est igitur sapor, emunctio sicci ac terrestris in humido; vel partis sicca per humorem, vi caloris, percolatio: nõ enim frigus aptum est, vt dissoluto humore, partes subire faciat. sed cùm omnia sapida nõ sint calida, fortasse calor iste erit externus, ab igne, sole, faucibus animalis, qui reducit de potẽtia ad actum saporẽ sapidæ rei: ita nec omnia sapida humida ea sunt humiditate quæ per se fusilis subeat, veluti aromata quædã: Sed siccis additur ab ore humiditas, ad diluendũ: ideo saliua data: dissoluitur enim in cinnamomo tenuis à

saliua, quæ sit eius vehiculum, vt trãsmeet in linguæ sensorias partes. Tres fuerunt opiniones ad naturam saporũ inuestigandũ: 1ª. Democriti & Leucippi, ex figuris: ex angulorũ mucronibus, asperitatem; ex obtusis lenitatem; acrem, quia scindit; acumentum, quia pungit, dulcem, quia inoffensa motione transmittat. permiscent autẽ figuras & vacuum; & sic per contactũ, non per continuum naturalia corpora essent vnum. Platonis altera, quæ ad duo principia refertur, nẽpe dissipationem & coactionem sensus; quorũ duorum duo

percutit: acris calefacit, attrahit, & digerit, exedit quoque, crustam facit, exulcerat: est enim finis huius saporis, vstio; suntque ex huius saporis specie quę corrumpunt, putrefaciunt ac colliquant, quæ toto genere deleteria ac venena existunt; sunt quoque saporis huius operationes, fundere sanguinẽ, & aquosum à crasso diuidere; hinc vrinam mouent, sudores cient, ac per habitum digerunt. Amari saporis est, meatus expurgare, extenuare, incidere humorũ crassitiem; terminus huius est abstergere: at salsus contrahit, constringit, condiendo seruat, desiccat citrà apertam aut caliditatem aut frigiditatem: dulcis verò concoquit, laxat, rarefacit: oleosus humectat, emollit, laxat, frigidum verò aqueũ incrassat, cogit, constringit, extinguit. Porrò hęc omnia absolutè de simplicibus & sinceris absque aliorum saporum commixtione, dicta sunt. At cùm ferè in omnibus medicamẽtis sapores diuersi cõiuncti sint (vix enim vsquã sincerus in vna re sapor inuenitur) hinc necessariò sequitur, vt pro saporũ varietate compositorum, varię in eodem medicamẽto ad sensum simplici facultate

Acris finis & operatio.

Amari saporis facultas.

Salsi saporis facultas.

Dulcis, oleosi & frigidi.

De saporũ mixtione, & eius ratione.

coniun-

coniungantur. Sed huius rei notitia plurimum ad medēdi methodum facit. quilibet enim ſapor ſuam habet naturam & conſiſtentiam. At ſi plures in eadem re ad ſenſum ſimplici coiërint, diuerſas inter ſe facultates ac operationes coniunctas eſſe apparet. hinc fit, vt non plures ſolùm operationes, ſed omnino contrariæ in eadem re ſubinde à natura ipſa componātur. Vis enim ſoluendi ventrem, cum facultate reſtringendi ex diametro pugnat: tamen & in aloë & ſquāma æris & aliis pleriſque copulantur. Itaque huic rei guſtus ipſe ſubſcripſit. Cæterū etiam ſi guſtu non comprehenderetur hæc diuerſitas, tamen ex eo quòd non extremo gradu vnus ſapor cōprehendatur, ſatis conſtat alium quendā eſſe commixtū. Contrariorū enim miſturę iſtas ſummitates frangūt. Quin etiam quemadmodū in iis quæ cōperimus, aliquando plus dulcis aliquando plus amari commiſcemus: ita etiā natura in fructibus, herbis, arboribus, & ſimilibus facere ſolet, quę omnia ſimplicia apparent, cùm tamen natura ipſa ſint compoſita. *At vbi partiū diſſimilariū ſeparatio fieri poteſt, vt in lacte; nullus eſt

alia ſtatuit principia, ſcilicet aſperitatem et lenitatem. Tertia Peripateticorum, ſecūdùm ſenſionū modos & qualitatū impreſſiones. nā primæ actiones ſunt à primis qualitatibus, vt calefacere, ſiccare: ab his, ſecundæ; ſeparare, congregare; ab his, tertiæ; mordere, aſperare, dēſare, cōplanare; ab his, quartæ quæ in occultis sūt primordiis, vt bilem educere; ab his quintæ; nō ſolùm educere in genere, ſed etiam priuatim, ab hoc potiùs quàm ab illo mēbro. Quemadmodum latratus, cantus auiū, riſus hominum, non ab elemētis, ſed à formis dātur: ita & ſapores.

est dubitationis locus. sed in hac pugnantium facultatum mistione sæpe accidit, vt sapor qui gustui apparet vehementior, imbecilliorem habeat operationem; vt squāmæ æris astrictio ad sensum excedit, intus verò assumpta purgat ac soluit efficaciùs. Persępe enim lingua à materiæ copia vincitur: Cæterùm actio pro facultatis viribus ac robore perficitur. Iam de alexi-

Democ. posuit instrumenta; Pla. verò instrumentorũ officia conueniunt ipsis affectibus: non sunt idem formaliter, sed sicut causa & effectus: nam quēadmodum nos ponimus calorē ad separandum, ipse siccitatem; lenitatē autem ad complanandum. siccitas tamen non est actiua qualitas; ideo dixit, asperitatem & lenitatem. est autē asperitas, affectus inæqualis superficiei. omne exsiccans exasperat, sed non è contrà: ergo potiùs siccitas est principium saporis quàm disgregatio & complanatio: non rectè igitur Plato hæc tanquam principia saporum ponit; sicut nec etiam rectè sensum gustus venulis tribuit, cùm neruorum sit sensus. Ad Democriti, rationes hoc satis sit argumentum; quod enim appellat acum, aut est merum accidens, ac figura, aut substantia efficiens mucrone suam illam effectionem. non esse potest merum accidens, cùm figura sit dispositio extremorum corporis. ergo erit substantia. at si ita est, etiam ad tactum, quod digito fit, deprehenderetur. non enim oportet ad actum reduci figurā, propterea quòd est actus quidam ipsamet extremorum. prætereà cùm sapor non sit idē omnibus, quomodo mutabitur figura? Sapor qui sensui commodus & aptus est triplex existit: vel horridus & gustui repugnans, & iuncturas separans, feruori similis; qualis est salsus, amarus, acris, acetosus; vel quia sensui nocet propter nimiam astrictionem, qualis est ponticus & stypticus; aut est iucundus & sensui contemperatus, velut vnctuosus & dulcis: tamen pinguis non est propriè sapor, sed saporis affectus; cum omnibus enim inuenitur, sicut & suauis; suauitas enim est mediocris temperatio, & modus quidam in omni sensili natura cōueniens, cuius contrarium est insuaue. itaque nec pinguis nec suauis sunt species dictinctæ, sed affectus specierum siue modi: quemadmodum fulgor non est coloris species, sed affectus omnibus communis. Videtur quòd Arist. deducat generationem saporum ex amaro & dulci; velut colorum, ex nigro & albo. sed Arist. hoc fecit, vt nobis ostenderet ea obiecta quæ deducunt potentiam sensitiuam in actũ; non enim sapores amarus

&

& dulcis sunt oppositi, quemadmodum colores albus & niger: ratio etiam causarum & coloris & saporis, nullam inter se conformitatem habet. Quàm plurimi Philosophi saporum, sicuti aliarum rerũ mistarum, nullum certum numerum esse existimarunt. Theophr. octo posuit, videlicet: dulce, pingue, austerũ, acerbum, acre, salsum, amarum, acidum. Gal. non facilè numero specierum sapores comprehendi arbitratur. alij septem tantùm statuunt; sicuti & odorum; salsum & amarũ vniunt: sed potiùs auferendus est pinguis, cùm, vt suprà notauimus, non sit sapor. Plinius tredecim genera saporum recenset: videlicet, dulcem, suauem, pinguem, austerum, acerbum, acidum, acutum, amarum, salsum, acrem; & præter hæc, tria alia mirabili natura; vnum in quo plures sentiuntur, vt vinis. percipitur enim austerus, acutus, dulcis & suauis; ceteri verò omnes alieni: alterum autem genus, in quo sit alienus quidem, sed & suus & peculiaris quidam sapor; vt in lacte: alter aquosus existit; sed aquosus non est sapor. lacteus sub dulci cõtinetur, vinosus sub propriis saporibus: ita nec suauis est sapor. astringens etiam sub austero & acerbo comprehendi potest. Aliqui asserunt dulcedinem esse saporum finem ratione alimenti per vlteriorem coctionem. sed si dulcedo fit per coctionem, alij sapores per cruditatem: sola dulcedo erit habitus; alij priuationes. sed hoc vniuersaliter non est verum. quædam enim species acida sunt, vt cerasorum; aliæ acres, vt caparum; quos sapores non obtinent nisi in maturitate sua; maturitas autem est finis: sapores verò qui sunt in ipso progressu maturitatis, materiales sunt; nõ enim manent: sapores verò qui in ipsa proueniunt maturitate, q formales sunt. non interest verò, an sint acres, acidi, amari vel dulces. In his quæ dulcescunt, primus gradus aquosus est, deinde acerbus, tum acidus, postremò dulcis: in aliis, primum est asper, deinde subacidus, vt cydonium: in aliis subpinguis vt iuglans: in aliis subdulcis, vti castanea. aliis vinosus, vt in sorbo. aliquibus aciditas est finis, vt cerasorũ generi: astringens autem est pars omnibus materialis: in sorbo manet cum dulcedine; in glande cum pingui terreo; in iuglande cum pingui aëreo. Ex amaro etiam fit pinguis, vt in olea. in ea enim mistus est pinguis cum astringente. Corrigitur acerbitas ex succi affluxu quia calore domitus dulcescit. non semper tamen & omnino à calore fiunt sapores, sed à forma semper aliquid proficiscitur. dat enim primò natura materiam, mox præparat, inde formam imponit, postremò saporem qui consequitur formam. Et quemadmodum in aliquibus insipiditas est primus gradus ad aciditatem: ita in aliis acidus est gradus ad dulcedinem. fit autem semper mutatio aut ad medium, aut ad contrarium. subiectum est humor, efficiens verò calor internus & externus. à calore non fit acerbitas, sed à terrestreitate quam calor facit: illam autem sequitur acerbitas tanquam accidens. Acerbus sapor est inter astringen-

tem

tem & acidum. primò fit astringens; vbi adultus fuerit, fit acerbus; postremò est acidus. in astringente plus est terræ. Acerba, austera frigida sunt & crassarum partium & astringunt. Acida tenuis sunt essentiæ. sunt in duplici differentia: aliqua simpliciter acida, sicut oxalis: alia permistas habent qualitates, vti sunt mala punica, pruna mala, vua, mora, cerasia ipsumq́ acetum, etsi aliquid acrimoniæ obtineat. Galenus amara omnia calida dixit, vt vina admodum vetusta, nitrum, lupini, amygdalæ amaræ, semen mali medici. Dulcia, pro dulcedinis more calorem habent; ideoq́ ex vehementer dulcibus nullum frigidum. in substantia aquea modicè refrigerant, si mediocriter sint dulcia. Acria omnia vehementer calefaciũt, veluti piper, nasturcium, sinapi, allium cepa; primum gradum obtinent caliditatis; deinde amara, postremò dulcia, quæ etiam immodica coctione amara euadunt, sicuti & salsa. Quæcunque cibis apta sunt, dulcedinem quandam etsi obscuram permixtam habent. Oritur tamẽ quæstio an omnia amara sint calida? Amaritudo enim, vt inquit Auerroës, sæpenumero inuenitur cum frigiditate. fructus enim immaturi inueniuntur amari, qui deinde dulcescunt: deinde temperies amaritudinis est sicca & terrestris; hæc consistere potest cum calore ita & cum frigore: præterea opium est frigidissimum, cùm etiam sit maximè amarum. Aliqui respondent, minimè verum esse quod fructus sint amari prius, sed potius alterius saporis, vti pontici: præterea quòd nihil reperitur puri & vnius saporis, sed semper mixti; quemadmodum cõtingit in rosa, quæ mixta est ex partibus quidem præstantibus, nihilominus diuersis: ex terreis & aqueis stypticitatem obtinẽtibus; aëreis, dulcedinem & odoris suauitatẽ; ex igneis amaritudinem: dicunt etiam opij saporem non esse amarum, sed potius horribilem, vel ex assatione talem acquisiuisse: probant verò amarum esse calidum; cùm ferè salsum & amarum idem sint; salsum autem omne est calidum; igitur & amarum. præterea amarum linguam abradit et exasperat sine adustione; actiones autem sunt calidæ; ergo & calidum est quod tales actiones edit: nihilominus inquiunt amarum gigni fructum, vbi calor & humiditas nõ sunt absolutæ in coctione. frigus enim & siccitas impediunt perfectionem, atque ita fructus in amaritudinẽ vertuntur: huius signum inquiunt esse, amarum missum in ignẽ dulcescere: sed à cruditate nõ semper fit amaritudo; absinthium enim maturum amarius est immaturo: fatemur quidem, in partibus terrestribus adhuc incoctis inesse amarorem, qui deinde à calore digestus in dulcedinem transeat, in fructibus præcipuè: melius autem partes absumuntur tenuiores ex vlteriori coctione, relinquuntur terrestres atque amarescunt. itaque potius censendum est, amaritudinem posse etiam consistere cum frigiditate; aliquando & sæpenumero cum caliditate; cùm videamus acerba quedã amara, quæ cùm amara sint, frigidiora sunt,

matu-

maturata verò dulcedinem acquirunt & calidiora redduntur: indiciū est etiam opium maximè frigidum, in quo non possunt dari partes calidæ, quarum gustus vincat saporem frigidarum. ab imperio namque & victoria affectionum tum indicatur tum iudicatur quātitas qualitatum: nulli est autem dubium, quin opium sit maximè amarum. Sed statim soluitur quæstio, cognitis iis quæ supra notauimus, sapores non ab elementis sed à formis originem ducere. Qui verò ab elementis sapores ducunt, ita statuunt vt gradus etiam qualitatum primarum illis tribuant; videlicet salsum quidem esse calidum & siccum in secūdo gradu; amarum in tertio; acrem in quarto: deinde acetosa frigida & sicca in secundo; styptica in principio tertij: ponticum in fine ipsius vel in principio quarti; vnctuosum & dulcē temperatos esse. præterea alia crassa, alia tenuia, alia media: acerbus autem sapor desiccat contrahit, in intimam profunditatem vsque exasperat; austerus verò ad exterius agit; acidus, mordicat sine vllo calore vehementi, vires fermentandi etiam obtinet: dulcis cum manifesta voluptate existit facultatem habet iungendi, implendi simul & in pristinum statum reducendi linguæ partes exasperatas; pinguia verò ferè idem efficiunt, sine tamen vehementi voluptate: salsus sapor abstergit, abluit, cum aliqua astrictione; non tamē cogit nec contrahit, nec densat, nec cōstipat, velut astringens: amarus abstergit magis, ita vt exasperet cū tristitia: acris mordet, erodit cum insigni calore. Permiscentur autem sapores & à natura & ab arte: à natura quidem, quemadmodum myrti fructus, qui dulcis & acerbus existit: austerus & dulcis est etiā palmæ fructus. Quæ sunt amara sola cibis sunt inutilia. Acida fiunt à calore quidem mutante, non tamē exuperante: ideo in fructibus acerbis aliquid aciditatis inest. Acida simul & dulcia tenuiora sunt quàm acerba; & ipsa etiam frigida sunt: acria potius pro cōdimentis vsurpantur quàm pro cibis. salsus etiam sapor minimè nutrit: incōmutabilis enim est nec affici potest, & natura sua ponderosus; ab ipso nihil gignitur, vt apparet in locis salsis vbi nihil prouenit. Præterea omnes sapores in fructibus reperiuntur præter salsum: nihilominus Theophr. asserit palmam delectari salsis; alga etiam prouenit tantùm in locis salsis: alio etiam loco videtur innuere, in aliquibus plantis sapiditatem inesse ratione salsuginis, vt in brassica. quænam autem sit ratio, cur aliquæ plantæ etiam in locis salsis oriuntur, nulla alia potest esse, nisi illa quæ possit adduci, cur aliqui pisces delectentur aquis dulcibus, alij salsis. inquit tamen Theoph. salsedinem quidem non reperiri in fructibus, videlicet intra fructum, sed in coriis atque putaminibus, tanquam à natura expulsam: non negat tamen, aliquibus plantis inesse adeò naturalem succum salsum, vt etiam arte quæratur. scribit enim de marinis plātis & de Rubri maris insulis, in quibus sata rigantur aquis marinis etiam post imbres.

per accidens etiam inquit refrigerare; absumit namque humidum, quo ablato deficit calor; seruat à putrefactione, absumpto superfluo humido. Salsus & acris sapor sunt potiùs condimenta, vt retrahant. etenim dulcia immodicè alunt. Mordicatio communis est tribus saporibus; acido vt frigido, & tenui; amaro & acri, vt calido. Acria non sumuntur pro obsoniis, nisi participent aliqua dulcedine, etsi obscura. Aliqui sapores in gustatu etiam odorem reddũt: amara vt plurimum sunt odorata; contrà dulcia; quia in his succus crassior est ac terrestris; in illis verò tenuior & siccior & magis ad difflandum aptus. Est autẽ odor, ex sententia Arist., quædam fumum imitans exhalatio: atque exhalatio quæ fumi specie efflatur ignea naturæ est; sub odoratus sensum cadit id quod perlucidum est, non quia perlucidum, sed quia cùm plenum sit siccitatis, quæ sicco prædita sit eam efflat. neque enim in aëre modò, verùm etiam in aqua odoratus versatur. olfaciunt enim pisces. Elementa odore carent, cùm, vt inquit Arist., saporis nullius sint nisi quid admixtum: à sapore enim, ex eius sententia, odor efflatur. Genera eorum quæ odoratus sensum mouent, duo sunt: alterum pro saporũ varietate alendi gratia: aliud per se, ac vi sua voluptate afficiunt, nec ad cibum inuitant, nec ciborum appetitum famemque adiuuant. Propriè autem odor homini voluptatem affert; Arist. inquit quòd cerebri frigus causa est. nam cùm ad cerebrum odores leuitate caloris qui in eis inest, feruntur; tum magis valent eæ partes quæ eo loco continentur. maior autem copia humoris & frigoris proportione cerebro hominis data est. Natura verò vsum respirationis duabus de causis tradidit: tum ad pectoris præsidium; tum ad odorem. transitu enim quodam per nares motum affert. Animalia quæ solummodo spirant, vt insecta, acriter ac longè odorem sensu percipiunt, propter genus odoris quod ad victum pertinet; vt apes mellis odorem sentiunt. odorata enim affectant apes, nõ odores, nisi quia sunt in pabulis. ita albedo in lacte non expetitur sed dulcedo. licet habeant sensum odoris, non tamen eodem modo: sed iis quæ respirant, spiritus cùm ducitur, id quod tegit quasi quoddã operculum adimit; ob eamq; causam nihil olfaciunt, nisi respirent: iis verò quæ tantùm spirant nihil requiritur, sed statim odorẽ percipiunt, cùm nec operculũ nec pinnulas narium habeant. etenim instrumẽta ad sentiendum sunt duo. spiritus propiore natura atque affini magis ipsi potestati: & membra propiora & similiora ipsi sensibili. habẽtur enim spiritus quasi pro immaterialibus, adeò tenues sunt: iý recipiunt impressas species: instrumenta verò spirituum vehicula. Licet odor sit in partibus tenuioribus (ideò vt plurimum in floribus odores:) quandoq; tamen in multis illæ partes paucæ sunt & crassioribus admistæ; vt in cinnamomo: in rosa plurimum est terra, plus in lilio. præterea matura sunt seipsis immaturis tenuiora; vt apparet in malis & piris, & cydo-

neis

neis & quàm plurimis aliis. in amygdalo & iuglande & tritico terreũ, quod in acerbo erat, attenuatum est; aqueum auctum, aëreum additum, igneum impositum. Et licet coctio fit à calore, non tamen exhalatio tenuiorum partium, vt dicunt; sed semper calor alimentum attrahit & conficit: ad odorem tamẽ requiritur tenuitas, siccitas, coctio, excreto eo per exhalationem quod inutile est. Dicũt etiam, quòd quibus remissi sunt odores aut sapores, iis mediocritas inesse videtur, secundùm mistionis modum: quæ verò inodora prorsus sunt & insipida, horum priuatio est in extremo mistionis; non enim sunt percocta, propter humorẽ nimiũ. vel subtiliùs dicamus, quòd partes illæ cibi coctæ sunt diuerso modo: quia diuersa materia, diuersa forma particularis, diuersi fines: mouet enim finis; ideo odor bonus & malus non differunt essentia prima, sed speciei constitutionibus secundis. nec fœtor semper à cruditate: fructus enim acerbi nihil, maturi benè, putridi malè olẽt; extincta enim aut superata mediocri coctione, vlteriori opera, calor intensus addidit id quod supra odorem illum erat. Est autem in homine potissimũ odoris oblectatio & voluptas; in aliis animalibus non similiter; quemadmodum & teter odor reliqua animalia non afficit, nisi sit mortis periculum. Ab his autem quæ vim interimendi habent, non secùs offenduntur atque hominibus caput carbonum vapore obtunditur, & læditur sæpenumero. sic sulphuris vi & aliarum rerum eiusdem generis interimũtur aliqua animalia, easq; fugiunt, propter malũ quod illis afferunt. Arist. easdem ferè posuit odorum species vti & saporum. Plato verò circa narium vim species non esse inquit, & duas tantùm varietates absque nomine esse, nec ex pluribus nec ex simplicibus speciebus: sed duo ibi tantùm nomina manifesta sunt, suaue scilicet & molestũ; hoc quidem disturbat violatq; omnem eam capacitatem quæ à summo vertice capitis ad vmbilicum protenditur: illud verò eam mulcet & amico quodam ingressu naturalem eius seruat habitum. inquit etiam quòd in madefactione quorundam vel putredine vel liquefactione vel euaporatione gignuntur odores. cùm enim in aërem aqua, vel aër in aquam transit; in medio istorum odores fiunt. Omnis odor aut fumus aut caligo: quod ex aëre mutatur in aquam caligo; quod ex aqua in aërem, fumus. ideò etiam Arist. dixit, odoratum subiectum esse quasi quoddam siccitatis in humore; & restuatem esse confusionem & colluuionem. Pythagorici tradunt, nonnulla animalia esse quæ odore victitent: quod negat Arist.: concretum enim esse oportere cibum inquit; simplicia enim non alunt; oportet enim corporeum esse quod coaugumẽtari & cogi debet. ita nec aqua sola, nisi sit admixta, alendi vim habet. Inquit etiam, quòd eam vim quam habet succus in eo quo vescimur, ad ea quæ aluntur; eandem etiam id quod odoratum mouet, ad

valetudinem obtinet. hoc autem videtur verum esse; cùm odor sit accidens; nullum autem accidens alit: contrà verò Gal. ex Apho. 2. inquit, celerrimè per odoratum refici qui citissimè adiectione indigent: & Hip. 6. epi. asserit, odores implere, delectare, & placare: Auicenna verò, in curatione animi deliquij, monet nutriendos in primis esse spiritus bonis odoribus. ferunt etiam, Democ. quatuor dies vixisse solo odore mellis; alij, panis in furno recenter cocti. Est quidem impossibile, compositũ nutriri ex simplici: tunc enim animal esset simplex, ex vno solo elemento: hoc quidem verum est; sed simplex elementum non est apud nos. Ergo ex aëre & aqua nutriuntur animalia: ex aëre quidem præcipuè spiritus. Ego quidem essem eius sententiæ, odorem, quatenus est odor, non alere, nisi à re alimentaria originem ducat. vires enim non reficiuntur ex præstantissimis odoribus musci & ambræ: reparantur verò citissimè ex odore vini generosi & odorati, & panis calidi, & similibus: subest enim alimentum; & odor ille meritò dici potest alimentarius, & sua tenuitate faciliùs penetrat & spiritus reficit; reliqui verò odores iure ab Arist. medicinales dici possunt. præterea cùm reperiatur odores qui statim inficiunt ac destruunt spiritus; verisimile est reperiri illis cõtrarios ad spirituum instaurationem. hoc autem verissimum est. solã substantiam alere; odores verò, sapores & colores accidentia esse.

2. Quandoquidem venenum interficit, non solum per os sumptũ sed interdum etiam extrinsecus applicatum; varijs ac diuersis rationibus: venenata enim animalia non morsu modò vel ictu necant, sed visu, sibilo, tactu et spiritus efflatione. Hæc quæ à facultate occulta venena sunt,

2 pharmacis, quæ tũ venenis, & venenatorum morsibus resistunt, nihil pręterea dicendum videtur. nisi sicuti venena hæc sui forma & occulta qualitate nobis & formæ nostræ seu substantię sunt inimica: ita quoque medicamenta, aut virtute sua specifica cor muniunt, aut venena eiiciunt, aut illis resistunt. & vt venena sunt varia; ita quoque horũ varietas est magna. hodie huiusmodi pręsidia bezoartica vocare consueuerunt; & est ex hoc genere antidoti magna illa ex viperis compositio quam theriacam vocant. Quæ verò à contraria qualitate venena obtundunt

Alexipharmaca.

tundunt, in iis methodus dicta obseruatur. quæ enim à tota specie resistũt, experientia cognoscuntur. Cæterùm & à vacuantibus calidis veneni vis attrahitur ac dispergitur, in quorum vsu methodo dicta vtimur. De facultate verò quæ inest medicamentis purgatoriis, nonnihil dubij hinc inde colligitur. Galenus in vniuersum affirmat, vim illam familiarium succorum tractione istis medicamentis inditã esse à totius substantiæ proprietate ac similitudine qua vehant succos; hoc choleram, illud phlegma. quare id quod purgat, cũ eo quod purgatur omnino simile affirmat; non tamen idem; neq; enim pituita & cnicus idem sunt, diuerso enim sunt temperamento; sed cnicus similitudinem quandã habet qua ipsam trahit; nec enim ferrum trahit ferrum, cùm idẽ sint, sed magnes trahit ferrum cui similis est. Tractrices itaque, vt purgatoriæ facultates, licet à qualitatibus manifestis ac temperamentum comitãtibus apertè nõ fiant; tamen nonnihil virtus illa tractrix iuuatur à calida temperatura. Quænam autem sit facultas illa abdita & proprietas occulta, cur reubarbarũ bilẽ, succi-

Quot modis venenis medicamenta resistãt.

Medicamenta purgantia.

propria antidota habent, qua etiam alexipharmaca dicuntur. Cantharides calefaciunt excessu quarto, & exsiccãt secũdo, erodũt, vlcerant; priuatim nõ solùm epota sed illita, vesica & vrina omnib⁹ inseruiẽtib⁹ mẽbris nocẽt; ita vt cũ lotio sanguinẽ extrahant: sequuntur & alia symptomata; vt dysenteria, oris fœtor. Pinorum erucæ aluum, linguã, ac stomachũ inflammant. Buprestes. nõ dissimile nitro virus sapiunt qui eas biberint. Salamãdra linguam inflammat, mentẽ & sermonem præpedit, tremorem cum horrore parit, partes putrescentes

ſuccinum paleam trahant;& quænam ſit illa ſimilitudo & familiaritas, ratione haudquaquam comprehēdi poteſt, ſaltem vſu & experientia hæc

defluunt, non ſolùm epotâ vel in puluerē redacta, verūetiam morſu ſuo. His omnibus medentur; vomitus, clyſteres, oleum amygdalarum dulcium, ius, omnia pinguia, & inter omnia præcipuè lac ipſum. Lepus marinus aſſumptus piſcium virus olere facit, aluus dolore afficitur, vrina ſiſtitur; corpus totum croceo colore inficit, maximè autem pulmonē lædit. huic prodeſt lac aſininum, mulſum, paſſum; eſt autem efficax cedria cum vino contrita. Rubeta & paluſtris rana tumores parit, corpus buxeum apparet, ſpirandi difficultas adeſt, genituræ profuſio ſequitur, faucium & gutturis inflammatio, cōuulſiones, dyſenteria. ſunt autem duplici differentia: aliæ terreſtres, aliæ paluſtres. hāc ranam aliqui bufonem appellāt. Huic medetur Theriaca, mithridatis antidotus tribus continuis diebus cum vino aſſumpta, teſtudinis marinæ ſanguis, additis cumino, coagulo leporis, & vino; quinta eſſentia Theriacalis, oleum ſcorpionum, ſmaragdi ſcrupulus cum vino ſumptus, ſi deinde intra mulum exenteratum concluſus maneat, donec ſudor effluat. Rabioſus canis dignoſcitur, quia potum & eſcam auerſatur, ſpumam naribus et ore proiicit, toruè intuetur, in omnes paſſim ſine latratu irruit, protinus nihil infeſtum infligit niſi dolorē. deinde morbus ille qui ab aqua metu hydrophobicus appellatur, contrahitur, cum diſtentione neruorum, ſudore & languore; auræ ſplendorem fugiunt: aliqui melancholici & furioſi pereunt. Qui cognouerit ſeipſum aquam timens in ſpeculo, huic ſalutis ſpes adeſt; cùm iam aquam timent, deſperata eſt ſalus. Huic prodeſt ignis vulneri admotus, decoctum etiā cancri fluuiatilis. vt plurimum morbus hic non ſe profert niſi quarto menſe. Veſpæ & apes, phalangia vero aculeo impacto, pars rubet non intumeſcens, ſequitur tremor, aliquid ſimile conuulſionibus, perpetua vrinæ & excrementorum deiiciendorum cupiditas. Ab Aëtio ſex numerantur genera phalangiorum. horum ictibus ficulneum cinerem, adiecto ſale & vino; aut ariſtolochiam, cum hordei farina & aceto ſubactā; abluenda ſunt vlcera aqua ſalſa. ſunt qui cancri fluuiatilis expreſſi ſuccum cum lacte & apij ſemine bibendum tradunt; præcipuè autem confert Theriaca & Mithridatium. A Scolopēdra locus morſus per ambitū liuore ſuggillatur & computreſcit. A Mure Araneo percuſſis inflammatio, puſtula nigra ſanie turgens exurens & liuida, deinde vlcus depaſcens, inteſtinorum tormina, difficultas vrinæ: frigida aſperginis offuſio his auxiliatur, præter communia remedia vino dulci in potu ſumpta. Mus diſſectus vlceri appoſitus, ictus ſui maleficia luit, ſinapi tritū & aceto

exceptum

exceptum: vbi adest vlcus, abluitur locus acida muria. In potu opem ferunt panax eruca, capparis cortex, gentianæ radix, recta verbenaca, omnia cum vino pota aut in cataplasmata conformata, & morsibus illita. A Scorpionis ictu inflammatur locus, rubet, dolet, modò æstuat, modò friget; labor fatigat, consequitur sudor, tremor, horror, frigus, inguina extolluntur, flatus exeunt per sedem, capilli rigent, fœdus color, dolor pungens in vniuersa cute. Scorpius ipse tritus & percusso loco impositus suæ plagæ remedium est, ob cæcam quandam naturarum, vt constat, discordiam quæ Antipathia appellatur; est etiam præsens auxilium lac ficulneum in vulnus instillatum, & semen trifolij herbæ, et galbanum, deinde Aristolochiæ corticis duæ drachmæ, gentiana, pulegium, cupressus cum vino & ruta in potu sumpta: ferunt polemoniæ radicem gestatam arcere à scorpionum ictibus. Pastinaca marina, scorpio, draco marinus, si morsu percusserint, molesti dolores adsunt, conuulsiones, mentis alienatio, obmutescunt, oculi caligant. his absynthij, saluiæ aut sulphuris ex aceto triti potio subuenit; ipsi etiã dissecti vulneribus impositi sui cuiusque ictus remedia sunt. si vipera momordit, corpus tumet, arescit, & pallescit, sanies profunditur; primò subpinguis, mox cruenta; pustulæ adustis similes, depascens vlcus, gingiuæ cruentæ, inflammatio circa iecur, biliosi vomitus, sopor, tremor, vrinæ difficultas, frigidus sudor. Cecilia & Amphisbæna eadem efficit quæ & vipera. A sepe serpente demorsorum membra omnia diffluunt atq; soluta dilabuntur, putriã Latinè ideo vocant. hæmorrhous et dipsas vehementer cruciatus efficiunt, copiosus sudor ex plaga effluit; si cicatrix fuerit, sanguine manat; excrementa cruenta per aluum eiiciuntur, à pulmone sanguinem reiiciunt, vomitus si adfuerint, commoriuntur: quos dipsas percussit, inexplebili siti adeò defatigantur vt sine remedio intereant. Ab hydro demorsis vlcus dilatatur & liuidum euadit, sanies ex eo multa & malè olens exit. A Dryino morsis pustulæ, molesti dolores sanies, erosio, tormina consequuntur. Cenchri morsus viperino ictui similis est, quemadmodum & Ammodita: Efficacissimum remedium est allij vsus, cepæ & porri recentes, salsamenta acria, & medicamentum quod constat ex myrrha, piperis, castorei, floris portulacæ, seminis dimidio acetabulo: hæc omnia teruntur in cretico passo; mirificè facit testudinis sanguis exsiccatus, & cum siluestri cumino potus; vtendum est maximè anchusæ radice; echij succus epotus, & herba ipsa vulneri imposita mirificè prosunt; ipsummet viperæ caput vulneri impositum venenum trahit, mirificè prodest Theriaca, & intus sumpta & exterius apposita. A Ceraste percussus locus attollitur cum duritia pustulosus; è plaga sanies profluit, modò atra modò pallida, genitale intenditur, mens labat, oculi caligant; à neruorum rigore distenti commoriuntur. Ab aspide ictis vulnus exiguum, sanguis exiguus sed ater,

 oculi

oculi caligant, multiplex labor omnino leuis non sine voluptate, mediocris stomachi dolor, frons perpetuò reuellitur, genæ contremiscunt, quasi sine sensu in somno vacillent. his demorsis confestim icta pars amputanda est, aut scalpro circumcidenda, vrentia insuper reliquiis admouenda; præstantissimum autẽ remedium est Theriaca & quinta essentia Theriacalis: ex Aspidis veneno celerrimè sanguis in arteriis cogitur. Cum basiliscus momorderit, vulnus ad auri colorẽ efflauescit. Quàm plurima fabulosa de hoc referuntur; ferunt enim oculorum intuitu, sibilo aut halitu hominem interficere; Erasistratus tamen de morsu tãtùm meminit, pro quo exhibet castorei dragmam vnam cum vino potam, & papaueris succũ. Præter hæc adsunt alia animalia venenata, vti Stellio, Salamandra, Tarantula. huius quàm plurima sunt noxarum species; nam alacriorem aliquem reddunt, aliqui sopore occupantur, non pauci perpetuis vigiliis distrahuntur, alij flent, alij risu diffunduntur, quidam currunt, nonnulli inertes sedent, sunt qui sudant, qui vomant, qui insaniant. ratio est eadem harum diuersitatum quæ & ebriorum. quemadmodum enim ebrietas non est vnius modi, sed sua cuique pro natura & instituto; flent, rident, blaterant, dormiunt, discurrunt, verberant: ita ex hoc morsu euenit. curantur musica præsertim & saltando; sedatur interea dolor, veneno, à corde reuulso atque aliorsum diffuso & amota mente à sensu mali sublata. à musica, non continuò sed pedetentim morbus redintegrascit, ab eadem denuò aboletur. interea curantur antidotis. inter reliqua hoc antidotum præcipuũ est, non solùm ad hæc, sed etiam ad omnia venena, præsertim Napelli sæuissimi veneni; continet autem Aristolochia rotunda, Theriacæ, Mitridatij, singulorum vncias duas, terræ sigillatæ vnciã vnam, Muscas quæ de Napelli frondibus victum capiunt viginti sex, succi citri quantum satis est. paratur etiam simile Antidotum ex carne muris aranei. Quam verò ob causam venena medicamẽtis misceantur, vt in Theriaca; hoc factum est, vt peculiari similitudine cognatum venenum appeterent, cumq́; eo sese inuoluerent atque ei afferrent id quod ipsum vel expelleret vel extingueret; id quod à natura quoque in smaragdo factum prædicant. Communia omnibus venenis sunt in iis quæ per os sumuntur, vomitus irritandi, clysteres iniiciendi; sudores euocandi. si venena sint acria, succurrendum est mollientibus, iure, pinguedine, butyro, lacte & similibus: in frigidioribus verò venenis, vino potenti, medicamentis calidis. In demorsis vstio, scarificatio, ligatura in parte superiore vulneris seu ictus, cucurbitula in loco affecto apposita, medicamenta caustica, et attrahẽtia, per os assumpta, & extrinsecus admota, Theriaca ipsa, Mithridatica confectio, & omnia bezoartica, vt terra lemnia, bolus armenus, & lapis bezoar & præter hæc quàm plurima simplicia quæ venenis facultate sua resistunt.

compro-

Ratio cur medicamentum purget.

comprobantur: [3] medicamentũ enim non trahit humores consequutione quadam, vt quidam arbitrantur, tenuiores enim semper educerentur priùs; sed, vt diximus secundùm Hippocratem & Galenum, substantiæ similitudine & insita proprietate trahit quod sibi natura est magis simile, inde reliquos; non tamen vi caloris nec vacui, sed quia præter peculiaré alicuius humoris purgandi vim, generalem etiam, omnia medicamenta omnium humorum purgãdorum vim & facultatem habent; vt in medicamẽtorum compositione; & ita educto proprio humore, reliqui deinde similiter educuntur. hæc tamen proprietas medicamento non inest actu sed potestate: excitatur tamen & ducitur ad actum à calore innato vẽtriculi; & ita, vt eius facultas, non substãtia per cęcos meatus ad humorem noxium transmittatur; eum autem vt mouet, ita ad vias cõmunes deducit. Tres autẽ sunt medicamentorum purgantium ordines: vnus malignorum, vt scãmoniũ; alter benignorum, vt manna. horum etiam aliquid substantiæ deferri per corpus, & in nutrimentum conuerti potest;

Facultas purgãdi nõ inest actu medicamẽto, sed potestate.

Tres purgantium medicamẽtorũ ordines.

3. Arist. prima problematũ, 41. videtur asserere quòd medicamenta deferãtur in venas per eosdẽ meatus, per quos defertur nutrimentum. ratio etiã ita suadet. nam si medicamentũ non trãsit ad humorem, necesse est vt transeat virtus solũmodo absq; substãtia; tunc accidens erit sine subiecto, & de subiecto migrabit in subiectum: est autem virtus accidens in genere qualitatis. hoc autem est cõtra Philosophum pluribus in locis. deinde primo de generatione & corruptione inquit, quod omnis actio fit per contactũ: ergo necesse est vt

 parum

parum enim distat ab alimẽti natura: tertius est mediocrium. horum aliqua pars tenuior ad peculiarẽ humorem in internas corporis partes permeare potest. medicamenta verò maligna non solùm violenter, sed ad propria loca trahunt; vt cãtharides etiam cuicũque parti corporis admotæ vrinam prouocant. hæc enim medicamenta, facultate sua in vniuersum corp⁹ subeunt, vt humorem sibi familiarem attrahant (si coërcitus non sit) nõ solùm patentibus viis, verumetiam sensibus occultis. Sed hæc de medicamentorũ facultatibus, qua methodo sint cognoscendæ, dicta sufficiant. abundè enim omnes operationes particulares tum simplicium tum mistorũ facultatũ comprehendere ex dictis licebit. Præterea qualitates quas vocant secundas & tertias pro varietate temperamenti diuersas esse oportet. alia enim habent facultatem rarefaciendi, condensandi, emolliendi, indurandi, illinendi, laxandi, extergendi, attrahendi, repellendi, incrassandi, extenuandi, ora reserandi, dolores sedandi, concoquendi, pus mouendi, digerẽdi per habitũ; sudores, vrinã prouocandi, stuporis

medicamenti substãtia perueniat ad humorem. cõtrarium tamen videmus; nã sæpenumero permanente adhuc pharmaco in ventriculo fit purgatio; quod cognoscimus cùm post peractam purgationem sæpenumero reiicitur pharmacum prout fuit assumptum; ex quo apparet quòd sufficit sola virtus medicamenti. Est autem sciendũ quòd quædam medicamẽta soluunt à tota substãtia; qualia sũt attractiua & solutiua, quæ vt plurimum sunt calida & sicca: alia cõprimẽdo quasi suo põdere & vi astringẽte; alia verò leniẽdo, vt cassia. Licet autẽ

Qualitates secũdæ.

ſtuporis ac ſomni conciliandi,& huius generis infinita. atque hanc medicamentorum diſtinctionem in iſtis operationibus empiricis propriá eſſe contendit. itaque præclarius ac rationali Medico dignius cenſet, alioqui aut ſimplicis aut compoſiti medicamenti temperaturam tenere ac certo gradu diſcernere. ex hac enim particulares operationes facilè intelliget vir in rationali methodo exercitatus. eſtque profectò talis cognitio Medico nõ minus vtilis & iucunda quàm ſummè neceſſaria. nam vbicunque gentium ac locorum extiterit, nuſquam deerit materia & inſtrumentum ad morbos curandos. vbique enim parens natura quæ vſui noſtro conferunt, clementer effundit, abſque omni cultu ac opera noſtra; pleraſque etiam inſpiciemus ita viles & abiectas, vel circa vias enatas, vel in ſaxoſis productas, vt humilem iſtam creaturam nullá Creatoris potentiam referre exiſtimares; cuius herbulæ virturem & potentiam arcanam ſi cognoſceremus, nihil in rerum natura exiſtimaremus fortaſſè illuſtrius. Conqueritur Heſiodus, hominum inertiam vulgariũ herbarum

medicamentũ virtute ſua attrahit, non tamen ideo habet vim ſoluẽdi; per accidẽs enim ſoluit. nam aduerſus humores ad ventrem aut inteſtina à pharmaco attractos natura irritata ab eodẽ pharmaco, ac ab horrore humorũ prauorum inſurgẽs, expellit: ſi ad ventriculum, ut plurimum per vomitum; ſi ad inteſtina, per ventrẽ inferiorẽ. Medicamẽti verò ceſſat actio humoribus iam attractis; cùm iam attrahẽs ſimul cum attracto factum ſit idem: & hac ratione medicamentũ peruenire non poteſt ad humorem; nam tunc ceſſaret attractio, eſſet

L 5 nempe

BIBLIOTECA

nempe betæ, & maluę vſum ignorare. Sed de abdita & abſtruſa vi, quam hodie ſpecificam vocant, non erat huius negotij mentionem facere; quas videlicet nulla induſtria, nulla ratione addiſcere poſſumus. Conſtat tamen, has abſtruſas vires animalibus ſecundùm ſpeciem, ſingulis herbis ac arboribus inditas eſſe; multo magis tamẽ expri-

enim tunc ſecũ forma impreſſa, & habitus; & ita motus ceſſaret attractionis: quemadmodũ quieſcit attractio, cùm ferrum fuerit magneti coniunctum. idẽ etiam contingeret, ſi vapor aut fumus medicamenti ad humores perueniret: pharmacum enim in ventre aut inteſtinis exiſtens, medium & proximum illi magis alterat & tranſmutat, virtutem imprimens: demum hoc medium ſic affectum conſequenter prouehitur, donec vſque ad humorẽ attrahendum peruenerit; quemadmodum ignis aërem calefacit, & aër corpora. & ita non fit tranſmutatio de ſubiecto in ſubiectũ, ſed potiùs noua generatio: vel quia virtus huiuſmodi non eſt realis vera, ſed, vt dicunt, intentionalis; ſimilitudinis cuiuſdam gratia. plures enim poſſũt eſſe ſpecies ſeu intentiones colorum in aëre & pupilla. Tametſi medicamentum facultatem habeat attrahendi, nihilominus non eſt illi facultas actu, ſed poteſtate. non enim propria virtute actuali, vt ita loquar, attrahit ad ſe; ſed acquiritur à calore quo afficitur, natura. indicium eſt, quòd in mortuis vel morti proximis vel extrema imbecillitatis nulla fit attractio à medicamento. non enim ſimilis eſt attractio medicamenti & magnetis, qui videtur quòd propria virtute attrahit: ſed fortaſſe ferrum mouetur potiùs ad magnetem tanquam ad matricem ſuam, cuius abditis principiis perficiatur, quemadmodum ad centrum terræ; eſt enim magis veritati conſonum, vt ab interna virtute potiùs quàm ab externa à qua nõ tangitur moueatur: in pharmaco verò non ita contingit: eſt enim virtus attractiua in eo non ita ſoluta nec libera vt in magnete: indiget enim calore, vt diximus, naturali: hunc autem oportet eſſe determinatum, & in debita proportione quãtitatis & qualitatis medicamenti; ſi enim exſuperet medicamenti quantitas, alium præter familiarem etiam euacuabit humorem. Medicamentum attrahens differt ab alterante, hac etiam ratione: attrahens enim ex longinquo mouet, alterans verò vt plurimum per contactum. Differt attrahens à veneno. nam etſi ferunt aliqui quòd calida medicamenta à frigidis membris, frigida à calidis attrahuntur: contrà tamẽ apparet ab omnibus membris omnia indifferẽter trahi; quemadmodum manifeſtũ

est

est ex venenis. nõ enim cognoscit attractiua: si enim cognosceret, noxia non attraheret: attrahit tamẽ: ideò addita sunt secretrix & expultrix, quæ seligant & expellant. non enim semper pondere aut distẽtione aut acrimonia aut acore, aut salsedine instigatur & excitatur natura ad expulsionem: venena enim reperiuntur quæ nullam harum qualitatũ habent; & tamen tanquam aduersa natura tentat eorũ expulsionem. Hinc patet manifesta differentia inter medicamenta simpliciter attrahentia, & ea quæ venenata qualitate prædita sunt. superant enim venena has facultates, secretricem videlicet & expultricem; formam enim destruunt; & per consequens, formæ instrumenta. Ideo venenum, si in minima quantitate sumptum fuerit, superatur quidẽ à secretrice & expultrice, non tamen ita (vt aliqui asserunt) vt in nutrimentũ seu in humores vertatur: sed potiùs superatum expellitur. sola enim quæ genere conueniunt, licet specie differant, ad inuicem transmutantur, vt inquit Arist. 1. De generatione; ex quo medicamentum quandoque in humorem potest conuerti, licet specificis differentiis differant; dummodo non ita contrariis, vt elementorum illa mixtio non possit à contrarietatibus expoliari, vt reperiri potest in pharmaco non venenoso, cùm ab eo valeat natura corporis, contrarietates impedientes nutritionem remouere. Atqui nutritio similitudine perficitur; cùm nutritio sit quædam cõuersio alterius in alterum: quæ autem similia sunt, faciliùs ad inuicem transmutantur; in habentibus enim symbolum facilior est transitus: cùm igitur inter medicamentum attrahens & humorem sit similitudo, poterit etiam esse transmutatio. si enim similia secundùm qualitatem conuertuntur ad inuicem; tanto magis secũdùm substantiam. talia enim maiorem habent similitudinem. ideò Asclepiades, nulla habita differentia, ponit quodlibet medicamẽtum attrahens, cùm non euacuauerit, in id quod attrahere deberet, conuerti: Galenus verò tres addit cõditiones; prima, vt pharmacum non sit venenosum; secunda vt non euacuet; tertia vt concoquatur & transmutetur. ergo tale medicamentum, ratione similitudinis substantiæ, sapit naturam cibi. & similitudo etiam quæ intercedit inter medicamentum attrahens & humorem, non est qualitatum; nam Cartamus & Agaricum, non sunt frigida & humida, quemadmodum pituita. Sed cùm similitudo substãtiæ habeat ordinem ad actum; forma enim est quæ dat esse, & per consequens operari; actio verò fieri non potest nisi appositis instrumentis; instrumenta verò actus sunt qualitates; & magis apta instrumenta pharmaco attrahenti sunt caliditas & siccitas; est enim caliditatis (licet non solius) attrahere; siccitatis verò eius motum sustinere. & licet nobis videantur contraria instrumenta propria ex substantia prodeuntia; non est ita tamen; quemadmodum motus animalis, qui calore fit, neruis tamen & tendonibus natura frigidis: veritas

autem ita se habet, quòd medicamētum, nisi attrahatur & vincatur, non potest verti nec in alimentum nec in humorem sibi familiarem; & hoc pacto erit necesse vt aliquid alimenti in se contineat. quatenus enim medicamentum, non transmutatur. decipitur tamen quandoque vis naturalis attractiua, aliqua dulcedine vel odore; vt etiam contingere potest in venenis in potu vel cibo assumptis. Quomodo autem ducantur de potentia in actum medicamenta, non ita constat. nihilominus si naturam rerum rectè contēplemur, rationes etiam inueniemus: omnis enim actio fit ab ente actu. & quia, vt habetur 3. Metaph., in eodem numero potentia actum semper pracedit; ideò ex potentia perueniunt in actum. est enim potentia res imperfecta, apta tamen actū eum suscipere cum quo oritur; actus verò res perfecta. Pluribus autem modis dicitur potentia, per se & per accidens; alia propinqua alia remota: prima quidem & remota, qualis est cùm de non esse progreditur ad esse; altera verò qua forma rei existit qua esse habet & actionem: alia remota non tamen prima; & hac perpenditur iuxta operationem quam nostra corpora in eius efficiunt substantiam. est & potentia habitus propinqua, qualis est napelli & veneni viperarum in corpora nostra: alia est media; quarum altera est magis proxima bonitati, altera verò malitiei, vt opij & euphorbij. Deducere verò formam de potentia in actum, duobus modis contingere potest: vel ratione identitatis & similitudinis generalis, vel materia; vel dissimilitudinis, & alterius existētis, specialis videlicet. etenim agens & patiens omnino contraria, genere quidem sunt eadem & similia; specie autem altera & dissimilia. actiua enim & passiua, ad inuicem sunt contraria & media, primo De gener. cùm enim calidum corporis agat in frigidum tale potentia, cùm eius potentia non multum distet ab actu; cùm sit forma eius; suscitatur ex suo contrario, & in actum deducitur. actiuis enim & passiuis contrariis existentibus simul, si fortes sint ad inuicem, fieri non potest vt non agant. & quemadmodum in calce calidum excitatur ab aqua frigiditate; meatus enim clauduntur, ex quo calidum in seipsum collectum excitatur, & aqua frigiditatem actualem superat: ita medicamentum frigidum ducitur de potentia ad actum à calore: calida verò alia ratione. nam medicamenta calida non sunt eiusdem caloris nec eiusdem caliditatis gradus cum calore corporis nostri. nam si non differrent, inter ipsos nulla fieret actio. & quia deductio de potentia in actum nihil aliud est quàm generatio quadam, qua respicit similitudinem formam speciei, & ab actu ente fieri, & habente similitudinē vniuocam cum generato; & ratione huius similitudinis saltem virtutis deducitur calidum de potētia ad actum. ab iisdem etiam qualitatibus internis, pracipuè à calore excitatur virtus specifica in pharmacis, &

mitur

deducitur de potentia ad actum. commouetur enim & irritatur natura seu calor internus à pharmaco: est enim, vt inquit Plato in Timæo, purgatio quæ à pharmacis fit, commotionis species. Quas nos qualitates secundas, alij materiales appellant. atqui raritas & densitas nō fit ex multitudine aut paucitate materiæ; quia corpus idem, etiā quòd nulla facta sit materiæ accessio vel eadem decedat, non ideò fit rarum aut densum; densatio namque & rarefactio est in genere motus secundùm locum, vt Arist 8. Physi., fit enim ex partium dispositione, sequitur vel caloris vel frigoris vim, vt inquit Auerroës 7. Physi.: ergo non rectè censet qui has ad materiam deduxit, & non ad qualitatē. nihilominus cùm & rarum quandoque inueniatur frigidum & quandoq; calidum, ita & densum: videtur quòd potiùs respiciant materiā quàm qualitatem. dicitur enim rarum dupliciter: vel quia transclucidum, tametsi partium cohæsione multa præditum sit, vt aqua: aut cùm inter aliquas partes alterius generis aliquid minùs solidum intersit, quemadmodum contingit in spongia & pumice. aliqua etiam densa sunt admodum calida, vt gummi thapsiæ, & euphorbij. Cicuta etiam leuissima & frigidissima. item mollia videntur ab humore ita dici; ita & dura à siccitate. nihilominus tametsi videantur respicere materiam, res tamen secus se habet. nam etsi originem non trahant à primis qualitatibus, non ideò ad materiam referuntur, sed potiùs ad quantitatem aliqua illorum. scimus enim materiam sine quantitate nihil esse nisi in abstracto. præterea rarefacere, densare, sunt actiones; ergo non materiales, cùm materia sit tantùm pati: sed potiùs vel à qualitate vel à forma oriuntur. Nec obstat quod posset adduci, aliud esse, rarum fieri seu esse vel rarefacere, vnum enim est pati, aliud agere: nam idē etiam posset dici in his quæ ad primas qualitates attinent, vti calefacere & calidum esse. ergo potiùs ratio raritatis & dēsitatis & aliarum deducenda est vel à qualitatibus primis, vt in aliquibus patet; in aliis verò in quibus non adeò manifestum est, ab ipsis formis. & ideò iure dicuntur qualitates secundæ & tertiæ & quartæ, vt suprà notauimus, & non materiales.

Gemmę. mitur vis illa in admirabili [4] gemmarū ornatu, quibus nihil videtur ipsa natura finxisse illustrius; in quibus in primis hoc ipsum admiratione dignū expressit, quòd omnium mētes cæco quodā ardore excitant ac in sui amorē rapiunt;

4. Aliqui dicunt reperiri gemmas mirabili virtute præditas; alias vitæ longitudini, alias incolumitati, quasdam sa-

rapiunt; nec immeritò. sunt enim lapides isti pretiosi quasi stellæ, ac terræ singulare ornamentum. Ij cælestium namque hîc in centro concursu conflari ac elaborari videntur; quo fit vt cælestium vires aliquo modo referant euidentiùs. sed, vt iustum est, quantum in ipsa essentia terrestria à cælestibus, tantùm etiam in virtutibus superantur.

pientia quasdam diuitiis, alias amori, alias diuinationi, alias robori, alias bonæ fortunæ fauere; ferunt etiam hyacintum à fulmine arcere, & quàm plurima alia gemmas præstare; alios enim pigros, alios lætos, quosdam timidos facere. horum nulla prorsus ratio adhiberi potest. Vniones etiam seu Margaritæ ad cordis affectus, vt inquit Auicenna & Serapio, plurimum valēt, & collyriis admistæ oculorum nubeculas tollunt & aquam eò defluentem absumunt. Smaragdus veneno & malignitati internæ opitulatur. Lapides non suscipiunt augumentum intrinsecus, sed per additamenta augentur: vel potiùs materia illa eius quantitatis cuius est futura, per initia statim quandam quasi in glaciē concrescit, mox aliis perficitur qualitatibus ad formam suscipiendam. non ideò reperitur matrix lapillorum, sed potiùs fex quadam à qua lapis egreditur; quēadmodum ex nigro lapide Turchesia. Eorum autem generatio fit ex aquæ & terræ mixtione: longè tamen aqua superat terram. Vbi enim plus terræ quàm aquæ confluxit, lutum dicitur: vbi plus aquæ, succus. calor verò si in lutum agat; vel in puluerē redigit, si maxima est terræ portio: sin verò non tanta, in lapidem cogitur. Succus etiam à calore cōcrescit; & quāto maior portio aquæ fuerit, tanto maiorem splendorem acquirit. Colorum autem discrimina quæ in lapidibus conspiciuntur, materiæ ex qua gignuntur diuersitatē indicant: cùm verò calor sit lapidum opifex, coloribus materiam inficit. Color est qualitas realis à forma constituta secundùm mistorum rationē: lumē verò est actus coloris; non vt sit, sed vt videatur; & est actus diaphani: lux verò est qualitas corporis lucidi. Aristoteles hoc pacto distinxit lapides à metallis. inquit enim, lapides non liquescētes fieri ex calido & sicco vapore; liquescentes verò, sicuti sunt metalla, ex humido vapore fieri. Sed videtur tamen, cùm lapides in puluerem non ita facilè redigantur, quòd necesse est vt aliquo humore repleantur, qui quidem dicitur succus vel potiùs liquor crassus & densus: ideo non ex aqua tantùm fiunt; non enim fundum aquæ peterent, vt videtur in glacie. constant autem ex

puro & liquido liquore qui aqua plurimum, terra verò tantillum, vt diximus, obtinet: ideò lucet, & à calore exsiccatur & dura redduntur; vnde ex lucido & claro liquore fiunt gemmæ. Medicinæ inseruiunt Amethystus, hyacinthus, iaspis, granata, carbunculi, rubinus, sapphyrus, smaragdus.

Mineralia & semiminetalia.

perantur. [5] Secundum locum obtinent mineralia & semimineralia quæ vocant; inter quæ principatum obtinet aurum. quorũ cognitio ac virtus partim ratione, partim experientia paratur, & nec non aliqua alia, sed eadem methodo qua simplicium. alia enim calidiora, alia frigidiora; alia deleteria, alia alexipharmaca. horum omnium notitia Medico expedit.

5. Metallorũ materia est substãtia elemẽtaria, quæ tanto perfectius metallũ efficit, quanto magis in æquali proportione tũ qualitatis tum quantitatis depurata cõstat. Liquor igitur ex quo formatur metallum, quem pariunt varij motus; quorum proximi sunt, aquæ defluxus terram mollientis, aut secum rapientis, terræ cum aqua permistio, & vis caloris agens in misturas, vt id genus liquoris gignat. Causa autem efficiens est calor & frigus. calor quidem humoris metallici mistionem coquit ac purificat: frigus verò densat & durã efficit; vt apparet ex eorum liquefactione ab igne. Quæ autẽ perfectionẽ adepta non sunt, semimetalla dicuntur; quorum tres sunt species: vnum lapidi similius veluti cæruleum; alterum eorum quæ liquantur igni, vt stimmi; tertium genus in liquore sine igne deducitur, vt chalcanthum. fex verò quæ metallis subsidet, metallina dicitur: quæ verò spuma supernatat aut expuitur à metallis, scoria appellatur. Metalla autem gignuntur, vt diximus, & vnà cum propria forma acquirunt colorem. Aurum siquidem ideo fului coloris est, quòd calor vel terram vel liquorem antequam cum aqua misceretur in flauitiẽ quãdam sinceram verterit. Æs verò coloris subrubri, quòd terram nonnihil impuram adusserit calor: ferrum subnigrum propter terrã valde impuram & adustam: Argentum propter terræ albedinem & sic de reliquis. Quatenus verò humor fuerit tenuior, densior & purior; tanto maiorem luciditatem habebit. Habent etiam metalla odorem & saporem. quanto maior fumi copia egreditur in liquefactione, tanto magis fœdus egreditur odor; quemadmodum ex ferro & ære: ex auro ferè nullus egreditur fumus; ideo suauis potius est odor. Sunt etiam metalla

CAP.

BIBLIOTECA

grauissima, ob eorum densitatem quæ sequitur bonam terræ cum aqua permistionẽ. Aliqui Soli attribuunt aurũ, Lunæ argẽtum, Marti ferrum, Mercurio argentum viuum, Ioui stannum, æs Veneri, Saturno plumbum. licet aurum sit perfectius reliquis, non est tamẽ metallorum finis. essent enim metalla imperfecta. quod autem imperfectum est, in nulla specie vel reponitur vel existit. etenim cuiusque rei essentia est indiuisibilis. eßentia verò sola perfectio est. qua de re si ferrum est imperfectum, aliud est quàm ferrum: si autem detur impurum, fit ex alterius rei admixtione, non ex sui natura. ideo ex coctione, non perfectiora, sed puriora redduntur: quẽadmodum ferrum redditur durius, cùm ignis amoueat lẽtorem. Medicinæ apta sunt aurum; hoc præcipuè reficit spiritus splendore suo, & cordi amicissimum ferunt: argentum, auripigmentum, arsenicum, æs vstum, ærugo, viride æris, alumẽ sincerum, factitium, zucharinum, scissile, plumosum, liquidum, rocha, rotũdum: cerussa, cadmia, climia cinnabari, cinobriũ, calx, chalcanthos, vitriolum, chrysocolla, borax, chalcitis, colcothar, vitriolum vstum, flos æris, gypsum, hydrargyrus argẽtum viuum, lithargyros lithargyrium, mysi, vitriolum romanum, nitrum, minium, plumbum, pompholyx, tutia, sal, sal gemmæ, sal ammoniacus, sal Indus, Aphronitrum, baurach, spuma nitri, spodium, tutia præparata, nil, scoria, stimmi, antimonium, sandaracha, squamma æris, ferri; sulphur.

CAP. VII.

Methodi Therapeuticæ inuestigatio.

ABSOLVTIS omnibus quæ ex resolutiua methodo pro curãdis morbis scitu necessaria inuenimus, iam demum ad Therapeuticam accedemus. in hac enim parte omnis se Medici industria, ingenium totum, postremò vniuersæ vires necesse est se ostendant: denique Medicus, quantus quãtus est, quidquid honoris ac dignitatis, opum ac facultatum consequi

potest,

poteſt, id totum huic curandi negotio referre debet: nam huc omnia ſua ſtudia, omnem operam ac laborem tanquam ad portum dirigere debet. Medendi itaq; ratio quibus fontibus manat, in ſuperioribus indicauimus. non enim ſophiſtico ac cauillatorio diſputandi exercitio paratur; nec enim qui acutiùs colligit, aut ornatiùs loquitur, continuò quoque præſtantior eſt Medicus, licet multi viri ingenio & eruditione præſtantes ex immodicis altercationibus laudem aucupari conẽtur, & dubia quædam ac etiam theoremata medicinalia ſpinoſis & cauilloſis Sophiſticis argumentis tractant, ac ſurſum & deorſum omnia miſcẽt: quibus etiam illud accidere videmus, vt diſputationibus potiùs quàm ipſis operibus Medicos referãt. tota ſiquidem ars, vt Galenus teſtatur, factiua eſt. hinc, vt illũ ſcopum attingat, contendere omni ſtudio debet. Nec arbitretur quiſpiam nos hoc conſilio hæc dicere, [1] ac ſi nihil in liberales ac naturales diſciplinas operæ debeat impẽdere. quatenus enim iis opus habet neç abſque earum mediocri omnium cognitione medicam artem conſequi

1. *Oportet enim vnũquẽque artificẽ ſapientẽ eſſe, atqui, vt inquit Plato. Sapiẽtia duplex:*

vna absoluta, qua simpliciter absque aliqua conditione sapiētia nominatur, qua est earū rerum cognitio quarū haberi scientia potest; sunt autē qua semper & eodem modo sunt, uti sunt summa rerum principia, aeterna rerum omnium rationes. ideo sapiētia dicitur rerū diuinarum scientia: altera cōditionalis, omnibus artibus & facultatibus est cōmunis. nam summitas seu excellentia cuiusque artis sapiētia quadā vocatur. Artem enim non appellamus qua careat ratione, &, ut idem inquit, si animus corpori non praeesset, sed ipsum sibi, neque ab eo perspiceretur, discerneretur q; coquinaria & medici-

potest satis, ostendimus: sed ne in præcipitia ruat, & in Sophistico disputādi genere consenescat, monemus, vt finē artis cum dignitate exercere possit; exercebit verò, si methodum formauerit; hanc verò consequi non poterit, nisi omnium disciplinarū liberalium cognitionem quandā habuerit. quare in practicis illis titubans ac perplexus torquebitur. medendi namque methodus, amussis ac regula est, cuius beneficio practicorū scripta sunt formata. Quare infeliciter sanè, & illotis, vt aiunt, pedibus in sacram Medicinæ practicam irruāt, quorum intellectus tenebris illis detentus, hanc medendi lucem nondum attigerit. Nos quàm breuissimè quæ reliqua sunt in quibus medēdi ratio consistat, adūbrabimus, cuius ductu, quidquid obscuri, quidquid abditi inciderit, facilè explicabitur. Sanè quàm vtilis sit doctrna in artibus, quā elementarē vocant, nō est huius loci differere. est enim cæteris omnibus præstātior. sub compendium enim rem omnē cogit, fontes ostēdit, memoriæ affigit, ac reminiscentiæ facilè suggerit, rectum vsum promptè suppeditat, ceu ad certa & pauca ele-

medicina, sed corpus ipsum gratia voluptateq; sua hæc perpenderet: illud Anaxagoræ prorsus accideret; omnia videlicet in eodem indiscreta commiscerentur, & quæ ad medicinam & salutē, & ad coquinariam: quemadmodum ad ea quæ pertinent ad Rethoricam & Iudiciariam. Deinde inquit idem Plato Dialogo de iusto 7. omnes artes & facultates cæcas esse sine dialectica. Ad hæc nonnulla sunt artes quarum probabilē vel exquisitam rationem aut puritatē amplectuntur homines, easq; discunt ac excolunt, vt Arithmeticam, Geometriam, Canonicam omnem & Astrologiam; quas Plato ait, quamuis neglectas vel inuitis nobis per propriam sibi gratiam augeri. Sunt autē aliæ artes quas necessitas docuit, vt artē texēdi, ædificandi, Medicinam, Agriculturam: alias verò voluptas quædam, vt omnes artes quæ voluptati & ornatui studēt. Oportet autē artificem peritum esse, vt omnia quæ eidē arti subiecta sunt, æquè iudicet. Artes verò sumunt principia ex scientiis. intellectus enim speculatiuus, actiuus, factiuus, habent principia vniuersalia communia. nam exempli gratia, cùm inueni viam ad beatitudinem, & virtutes eius conseruatrices; ex speculatiuo actiuus fio, & ago quæ ad virtutes pertinent. ex quo manifestè apparet, quòd ars non constituitur ex opinione, sed ex scientia; quæ differunt ratione conclusionis. scientia enim dicitur habitus conclusionis necessariæ, quàm impossibile est aliter se habere: opinio verò est proportionalis habitus conclusionis contingentis realiter, vel quæ ita existimatur, & possibilis est aliter se habere. ex quo fieri non potest, vt homo simul opinionē & sciētiam habeat de eadem conclusione; nec secundùm actum, nec secundùm habitum; existimare enim contradictoria simul esse vera, non potest esse in mente hominis, etsi voce proferatur, vt habetur 4. Metaph. sed eandem conclusionem necessariam esse, & contingentem includit contradictionem, videlicet posse aliter se habere & non posse; quorū alterū est scire, alterum opinari. ergo scire & opinari differunt, quia sunt etiā habitus incompossibiles. Differt etiam scientia à fide; cùm fides sit opinio voluntaria, ex incertis certa promittens: differunt etiam à sapientia & intellectu. nam scientia pertinet ad rerum humanarum cognitionem, & temporalium administrationem: Intellectus verò ad Creatoris & creaturarum inuisibilium cognitionem: sapiētia verò ad Dei cognitionem, & eius dilectionem. Scientia acquiri non potest nisi ex cognitione earum rerum quæ veram essentiam habent. huc attinet Quadriuium illud Pythagoræ, quantitas videlicet, quæ verè existit cōtinua & discreta: continua mobilis, & est Astronomia; immobilis, quæ est Geometria: discreta verò, quæ per se subsistit, & est Arithmetica; altera verò quæ alio indiget vt sit, quæ est Musica. Hæc quidem sunt omnium scientiarum principia & elementa. Geometria subiectum prius

est tempore; quia prius cognosco vnum per quantum quàm duo: & natura; nam ex quanti diuisione fit numerus. Arithmetica verò prior est cognitio. nam omnia Geometria per diuisiones & cōpositiones fieri possunt: hoc autem est numerus vel cum aliquo numero. vt Pythag. asserebat, omnium rerum principium esse numerum; si non principium, saltem est comes & mensura. Perspectiua, Musica & Astrologia, quia habent simul pro subiecto quantitates, numeros & materiam, ideo sunt cōposita ex Mathematicis & naturalibus: Perspectiua enim oculum, vmbram, radium: Musica sonum: Astrologia motum, qui aliis est communis. nam supranaturalis, carentes omni materia & motu formas contemplatur, vt inquit Arist. 6. Met. naturalis materialia & mobilia, quatenus talia sunt; Mathematicus immaterialia quatenus abstracta. hæc omnia ordine se habent; vt optimus Medicus sit optimus Philosophus; hic autem optimus Mathematicus. Dialectica verò est omnium scientiarum instrumentum: Rethorica plurimum confert vt persuadeat tum vtilia tū necessaria. hæc omnia Medico conducūt: memoria tamen teneat illud Hermodoti, qui inquit, Artem non auget oratio superflua, sed ipsa opera exornant artem.

2. Methodi ab omnibus celebrata duæ sunt: diuidēdi ac componēdi; vna similium altera dissimilium. Harum ignorantia omnes tū Medicorum tum Philosophorū dissensiones peperit.

menta referens. [2] Medendi methodū tribus sumus cōplexi partibus. Therapeutica, Agnitione morborum, & Præsagiis. Methodus curatiua in qua nunc versamur, via quædam est vniuersalis curandi, quæ omnibus particularibus morbis est communis. ex ea enim ita instruitur intellectus, vt Medicū nihil faciēdorum fugere possit,

Methodus medēdi, tribus cōplectitur

Quid sit methodus.

habent enim singula artes, rationem cōmunem quādam qua munia quæq; sua exercere valeāt, & à qua agendorū vt à fonte quodā rationes & scopos capiāt. ea autem communis ratio in singulis artibus Methodus nuncupatur. In Medicina verò Methodus est: ea curandi ratio ac via ab ægrotantium corporum dispositione auspicatur, & per contraria in vniuersum perficitur. Vera Medendi Methodus nō constituitur sine causæ continentis actionum cognitione. est autem Methodi Medendi principium & radix, affectuum corporum curatio: hanc autem præcedit morbi cognitio, qualis scilicet is natura sit: postmodum finis est, inuenire cuiusque morbi remedia. Et quia Methodi

&

vniuersales non satis faciunt ad exactam cognitionem, ideo in exemplis exercitari quiduis discentes expedit. est enim vnicuique morborũ speciei sua Methodus curatiua, & in omnibus morbis idem habet principium, & viam qua ab eo principio ad finem vsque ducit, in omnibus particularibus similem. est enim commune genus in omnibus vnũ, licet priuata sit Methodus sanandi in singulis morbis. auspicari nãque perpetuò oportet ab indicatione qua ab affectu cui mederi paramus accipitur. à prima enim morbi indicatione suggeritur quod agendum est inuenire. Æstimare verò ac discernere oportet, an causa qua affectum excitauit iam desiit, an nunc quoque ipsum tum augeat, tum faciat. sunt enim methodi medẽdi principia quatuor; videlicet causa, affectio, actio, symptoma: ex horum praenotione, ad ipsam Methodum rectè accedere contingit.

& quidquid [3] morborũ inciderit, eius beneficio cognoscet feliciter, & curabit rectè, & præsagiet verè. Nec enim temerè methodus est inuenta. cùm enim vnus in corpore affectus est præter naturam, fieri potest aliquo modo vt experiẽtia & agnoscatur & curetur: at vbi plures complicati sunt, & in iis, qui rarò incidunt; nihil est quod experimentum cum laude præstare possit; imò & rationi ipsi magno sudore vera ratio inuenitur. siquidem & substantiam cuiusq; affectus nouisse oportet, & propriam curationis intentionem, à quoque affectu cepisse; præterea qui primus omnium, qui secundo aut tertio loco sit curãdus, scire oportet. Hãc itaque Methodum primus omnium Hippocrates nouit; sed ceu primus inuentor nec debitum omnibus ordinẽ dedit,

3. Vnum quidẽ, vt inquit Plato, est cõmuniter morborum genus. differre autẽ Medici dicũt illorum curationem. non enim omnes aut similes sunt, aut similiter pertractantur: verũ secũdum vim propriam singuli morbi tamen omnes sunt morborũ verò differentias posuit in excedente vel cessante calido, frigido humido, & sicco. ad morbi naturam, inquit Euripides, Medicũ oportet respicientẽ

mederi, non imparata pharmaca exhibendo, nisi morbo conueniant. Morbi mortaliũ, alij sponte & nostra culpa fiũt, alij diuinitus immittũtur, quibus lege medemur. oportet enim Medicum quæ præter naturã sunt diligenter cognoscere, videlicet morborum status & naturam, eorum causas, accidentium concursus. cognita enim specie ac morborũ natura, affectuũ origines tollere poterit. est enim Medici officium apposite curare ad sanandum. hoc autẽ præstabit, vt inquit Galenus 14. Meth., si citò, tutè & sine molestia remedia cõfe-

dedit, nec cuiusque indicationis dignitatem definiuit. Quæ omnia Galenus omnibus suis numeris ornatissimè absoluit; ex cuius therapeutica methodo succinctim quæ ad præsens institutũ faciunt adducimus. Primum itaque omnium necessum est iis qui methodo morborum curationem inuestigant, vt ordinem ac viam quandã obseruẽt quæ à certo principio auspicetur, & ita ad singula consequentia, quousque ad finem sit peruentũ, procedat. nos id hoc loco obseruabimus.

Quid primum in Methodo.

Est ergo principium vnde methodus incipit morbi cognitio; finis verò morborum curatio. Quare quid morbus sit, exactissimè sciat oportet; nõ solùm in genere, sed omnes in vniuersum morbi differentias, vsque ad vltimas species; & quomodo corpori ac singulis particulis accidant, & quibus notis discernantur ac indicentur. Iam quãtum corporis notitia luminis ad medendum afferat, apparebit; nec frustra in eius naturæ inuestigatione insudauimus. Sani hominis secundum sensibiles differẽtias octo inuenimus dispositiones. pendẽt verò istæ sanorum differentiæ à corporum diuersa constitutione.

Principium & finis Methodi.

Sanitas quid.

ſtitutione.[4] Eſt itaq; ſanitas in genere ſymmetria ſiue affectus ac cõſtitutio naturalis, quæ bonarum operationum eſt productiua.[5] Morbus verò contrà à iuſto modo declinatio. quicquid enim moderatum eſt, naturale exiſtit, & immoderatio omnis à natura receſſit. ſunt itaque ſanitas ac morbus contraria ac eiuſdem generis. Sanitas ergo in cõſtitutione corporis naturali conſiſtit. hoc, vt in ſuperiorib⁹ habuimus, binario numero comprehẽditur. Primò enim conſiſtit hæc corporis cõſtitutio

Morbus quid.

rat; hæc ita agat ne idẽ affectus facilè reuertatur. hæc autem præſtat vel vt primarius artifex, vel vt natura miniſter vel adiutor. Simplex enim affectus & ſolitarius ſimplici remedio tollendus: qualis enim morbi, talis eſt contrarij remedij conditio. conſiſtit enim curatio in recta remediorum vſurpatione: hæc autem in remedij genere, quantitate & vtendi ratione.

4. Eſſe ſanitatis eſt ipſe concurſus, atque catus qualitatum: eſſẽtia eſt ipſa qualitas quæ creatur ex concurſu illo. ab ipſo deinde eſſe, & ab ipſa eſſentia fit conſtans & conflata certa qualitas & partium ſymmetria; ex ſymmetria namque habitus qualitatis qui dicitur ſanitas, vt ſuperius notauimus. Sanitas eſt humorum primorum qui ſecundùm naturam in nobis ſunt, proba tẽperies, aut naturalium virium actio minimè impedita, vel commoda quatuor elementorum temperatura, vt inquit Galenus in Definitionibus Medicis: alio loco de morborum differentiis ſanitatem inquit eſſe affectum ſecundùm naturam, ad faciendã actionem idoneum: primo verò De ſanitate tuenda, dixit ſanitatẽ eſſe ſimilarium partium calidi, frigidi, humidi & ſicci ſymmetriam, id eſt, conuenientiam quandam inter ſe; inſtrumentalium verò ex ſimilariũ ipſarum compoſitione, numero, magnitudine & figura conſtitutam. Symmetriam autem duplicem ſtatuit; vnam exactam, optimam abſolutam & ſummam; alteram deficientem ab hac, non tamen eatenus, vt animali ſit grauis; quam ſanitatis latitudinem appellat. habitus autẽ athletarũ ſanus nõ eſt, cùm non ſit moderatus, ſed nimis intẽſus.

5. Morbus eſt habitus ægritudinarius, totius vel partis, vt inquit Galenus; vel potiùs eſt cõſtitutio præter naturam, vel vitiata actionis cauſa: vel Morbus eſt immoderatio quædam. Diſ-

tutio in partibus ſimilaribus, quarum ſanitas ipſarum temperies natiua: in hac enim cùm ſecundùm naturã fuerit affecta, operationes bonas pro quibus creatæ ſunt producunt: ſecundò conſtituitur corpus ex membris organicis, quæ cùm ex ſimilaribus ſint cõpoſita, ipſa ſecundùm naturam erunt affecta, ſi ſimilares illæ ſuam temperaturam habebunt naturalẽ, & ſi deinde in inſtrumenti compoſitione nullus error ſit commiſſus, in formatione, numero, ac poſitu: tertiò vt ſit omniũ partium tum ſimilarium tum organicarum naturalis vnio. & cùm in iis tribus corpus ſe habet mediocriter, ſanum erit & bonas edet operationes. ſed cùm in iis non omnes æqualiter afficimur in bonitate & malitia, hinc latitudo ſanitatis concluditur. ita modis omnibus, cùm in horum aliquo à natura & mediocritate corpus receſſerit, affectum erit præter naturam, & morbo laborabit. non enim omnis affectus præter naturam eſt morbus niſi lædat actiones. hũc aliqui cõtra naturã affectũ appellant: cùm verò non læduntur actiones, appellant præter naturam. [6] Morbi ergo indices ſunt; læſa aliqua

In quib' cõſiſtat ſanitas.

Morbi indices.

ferunt, eodem authore, morbus & pathos; quòd pathos eſt dum quidpiam conuertitur, alteratur, mutatur: morb⁹ in ſubiecto corpore & permanet & ſeruatur. morbus etiam dum fit, etſi nondũ factus eſt, ſuam naturã retinet: nam vbi primùm limites temperatura corpus exceſſit, protinus ab initio eandem ſibi ipſi naturã morbus habet. eſt enim affectus morbus cẽſendus, cùm actiones lædit, aliòqui accidens eſt. nãq; proprium eſt morbi actioni incõmodare.

6. Quidquid ſenſibus noſtris patens, aliud quidpiã latens & oc-

aliqua operatio, qualitas mutata, exiẽs retentum, aut excretum præter naturam, aut modus excretionis. Quo fit, vt tria prima morborũ genera includantur. Primum quidem genus est in partibus similaribus, quarum sanitas temperatura propria cuiusque partis ostensa est, in qua si à mediocritate recesserit, morbo erit affecta. hinc simplices morbi, iuxta elementorum numerum ex quibus partes illæ cõstant, quatuor numerãtur; calidus, frigidus, humidus & siccus; & secundùm combinationẽ quatuor compositi; calidus & humidus, calidus & siccus, frigidus & humidus, frigidus & siccus. Qui omnes, humido excepto, & secũdùm qualitates, & cum aliquo humore accidere possunt. hinc particulares morborum differentiæ, secundùm diuersitatem particularum colliguntur; iam enim hæc, iam alia efficitur. Ad partes similares pertinent & morbi totius

cultum comitatur, id illius est signum. duplex est autẽ, demonstratiuum & prognosticũ. demonstratiua alia morbi speciem, alia sedẽ affectam, alia morbi causam: & in vnoquoque genere, alia sunt propria, & inseparabilia, alia sunt assidentia, quæ modò cũ morbo inuadunt, modò superueniunt, quãdoque neque omnino adsunt sed multorum sunt communia. actio læsa partem è qua edi solet affici ostendit. sunt autẽ actiones, ij facultatum motus quibus ipsa ad opus peragendum mouẽtur. actionis enim causa facultas est. actio verò lædi non potest nisi læsa in aliquo cuiusque substantia; ideò nisi pars quæ ipsam facit, afficiatur, lædi non potest actio. Sunt autem actionum duæ primæ differentiæ: altera animæ, altera naturæ. animales, in sensibiles motiuas, naturales. Democritus, Epicurus, Empedocles, & Asclepiades ponentes principia materialia quæ nec pati nec alterari, vt atomi, possunt, & quatuor elementa; ideò nullum posuerunt morbum in intemperie, seu in natura

consimili, cùm consistat in alteratione, & inde oriatur: sed tantùm in compositione; videlicet meatuum dilatatione & angustia cõgregatione vel disgregatione elementorum. & quia consimilibus partium inest compositio, ideò morbum posuere in compositis: quos & arguit Hippoc. Arist. & Galenus. alij verò negant dari quatuor simplices in intemperie; cùm necesse sit vt simplex intendatur; & in eo excessu necesse est vt alteram sibi adsciscat. caliditas enim maior tandem corpus siccius reddit. sed ad hoc dicere possumus, quod verum est tractu temporis hoc fieri; nihilominus à principio potest esse simplex intemperies; & rariùs quidem contingunt, nec adeò facilè dignoscuntur. aliqui autẽ hoc pacto enumerant sexdecim: Morbum quidem calidum simplicem, vt febris ethica; & cum humore, vt febris putrida: frigidus simplex, vt spasmus ex frigore; frigidus cum humore, vt paralysis; siccus sine humore, vt cõuulsio ex inanitione, marasmus senectutis; cum materia sicut cancer & elephantia; humidus simplex, si datur, vt inflata hydropicorũ caro in hyposarca; humidus cum materia, vt ascites. vel sic; calidus & siccus, vt hectica, tabes: siccus & frigidus, vt cõuulsio ex inanitione; calidam verò & humidam ægritudinem, ac frigidam & humidam, nõ solùm difficile est reperire; verùm etiam ex sententia Auerro. eam assequi mente non possumus. Præter hos morbos qui in intẽperie habẽtur iuxta primarum qualitatum combinationem, sicut & alij qui & similares sunt, qui à secundis qualitatibus oriuntur, quas aliqui ad materiam immoderatam reducunt; & consistunt in mollitie aut duritie, laxitate aut adstrictione, tenuitate aut crassitie, raritate aut densitate. quorum meminit Galenus pluribus in locis, præcipuè secundo De sanitate tuenda & sexto.

7. Forma seu totius substãtia est perfectio; quæ continet spiritum insitũ, calorẽ innatũ & facultates. hui⁹ etiã meminit Galenus pluribus in locis, præcipuè nono & vndecimo Metho.

7 substãtiæ & formæ. qui quidem toto genere naturæ nostræ aduersantur, & calorem nostrum insitum lædunt. Hi autem vel sunt manifesti vel occulti. hinc venena vel assumpta vel intus genita, pestis, febris maligna, vlcera maligna, & quicunque sæpenumero ex aëre inquinato, & ex aliquo siderum concursu fiunt. Morbus in forma.

CAP.

CAP. VIII.

De febribus.

Calida & ficca intemperies.

CALIDA verò & [1] ficca intemperies fi vniuerfum corpus inuaferit, febris nominatur; cuius fpecies, non quidem vltimas, breuiffimè colligamus. Cùm febris ipfa fit calor præter naturam, prima differẽtia à caloris intenfione & remiffione colligitur; fecundùm quam differentiá dicimus febrem intenfam aut remiffam. calor verò qualitas; accidentia verò abfque fubiecto quo fulciantur effe non poffunt: hinc à fubiecto iftius caloris præter naturam proprias febrium differẽtias Galenus colligit. corpora enim noftra conftituuntur ex fpiritibus, humoribus, & partibus folidis. cùm verò nulla febris dicatur, nifi cor calore illo præter naturam incaluerit, ac deinde calorem illum vniuerfo corpori per arterias ac venas (confpirāt enim inter fe) tranfmiferint: tres primas febrium differentias colligunt. fi enim fpiritus cordis calefactus fuerit, ephemeram nominant, quòd videlicet ex fua natura diem non tranfcendit: fi verò humores in corde calefacti erũt, humoralem

Febris quid.

Febrium differentiæ.

1. Hic oritur maxima difficultas, quifnam fit calor qui in febre augeatur. negant enim aliqui naturalem augeri poffe; naturalem vocamus vitæ inftrumentũ. negãt enim pabulũ vel augeri, vel fi minuatur, reponi poffe; fi enim reficeretur, immortalitatem poffet adipifci. fed videtur res alio modo fe habere: etenim in pueris fi humidũ radicale eft caloris pabulũ; vel eius permanebit quantitas, & augebitur; vel fi ipfum depafcitur calor, non augebitur corpus: at augetur.

ralem febrem gigni est necesse: si verò solida ipsius cordis substantia, ac deinde vniuersum corpus calorem illum febrilem acceperit, hecticam hanc febrem, tanquam habitum firmum & qui cum difficultate amouetur, nominant. Hanc secundùm intensionem & remissionem, recentiores in tres species vel potiùs gradus diuidunt, quos Galenus sub principio, medio & fine comprehendit. Ephemeram quoque, secundùm triplicem spiritum, in tres species distinguunt. At humores cùm sint tum naturales tum præter naturã; ac varij sunt humores naturales & præter naturam: insuper cùm diuersimodè naturales cum naturalibus, & naturales cum vitiosis, & vitiosi cum malis commiscentur: præterea cùm iam intra venas, iam extra; partim intra, partim extra incendantur & putrescant: diuersæ ac variæ secundùm speciem colliguntur humoralium febrium tum simplicium tum compositarum differentiæ.

præterea si reponitur in augmento; aut inter alendũ pars, eius partis loco quæ à calore cõsumpta est, eaq; est cum cæteris vniuoca partibus, erit etiã vniuoca forma: quare etiam accidẽtia; calor igitur augebitur ipse quoque. deinde in alimenti accessione redintegrascit calor; quærendũ est an qui creuit calor, sit eiusdem speciei, atque is cui hic adiunctus est. si sit idem specie, augebitur ergo radicalis calor; si non idem, non vnus igitur: erunt itaque duo separati calores actu; quare duo habeant subiecta oportet, quocirca & formas duas: nam diuersorum subiectorum non vna potest esse forma, sed vnius: igitur duo erunt animalia, non vnum; vel aliquid erit animal, aliquid non. Sed posset aliquis respondere hoc pacto, quod laborat agens naturalis, & in agendo patitur: tametsi anima vis est eadem, tamen instrumẽtum (id est calor ipse) debilitatum & detritum ab vsu multo, non potest quod

ab eo

ab eo iure naturæ exigitur, perficere: quo fit vt prima ætate vegetior, tũ quotidiano agitatus opere calor senescat, flaccescat, & tandẽ aboleatur. Sed ex his doctissimi viri et si subtilissimis argumẽtis, non tamen nobis cõstat quisnam sit calor qui in febre augeatur supra modum: nã iuxta mentem celeberrimi Medici, calor innatus supra modum augeri non potest, & licet augeretur, nullo pacto animanti posset officere. sed nescio qua ratione suscipiat minus. si magis suscipere non potest: præterea si augetur, quo modo non obest, cùm omnis immoderatio valetudini sit contraria. Nec etiam alia ratio alterius consona videtur, quæ inquit, quòd si duo essent calores, essent etiam duo subiecta & duæ formæ. nam tametsi quatuor sint elementa in mixto, vnica tamen est forma. idem possumus dicere de calore innato, quem aliqui cælestem appellant, & de elementari qui in corpore viuente adeò sunt permixti, quemadmodũ & elementa, vt sub vna forma contineantur: vbi moderatus existit, naturalis nomen sumit; naturæ modum excedens præternaturalis nũcupatur. nam & elementaris naturalis dicitur, dum intra naturæ limites continetur. si verò augeatur supra modum, præternaturalis dicitur: cum moderationem excedens, innatum etiam extra proprios limites recedere cogit: ideò in febre necesse est vt vterque afficiatur; qui tandem calores in idem incidunt: cuius rei indicium est quòd calor innatus ita destruitur ab immoderato frigore vt elementaris, tanquam à suo contrario; quemadmodum & ab immoderato calore: excessus enim & defectus sunt mediocritati contraria. augetur autem præter modum tametsi cælestis sit: calor enim res realis est. generatur autem ignis à radiis cælestibus, vt à Sole, vt apparet in cauo speculo si ignem generat calor ille: aut est cum igne vniuocus aut potioris vel valentioris naturæ; cùm tamen in sole, nec in corporibus cælestibus adsit aliquis calor nisi secundùm ipsam effectionem. corpora ergo cælestia efficiunt qualitates sine qualitate, sicut sine corruptione corruptionem. & quẽadmodum calor, etiam putridus, fit naturalis à cælesti; ita etiam naturalis augetur ab igne. etenim quo ad effectum, idem sunt; differunt tantùm secundum magis & minus; naturalis enim in moderatione consistit semper. tripliciter autem augetur, vel simpliciter ex qualitate; vel ex putrescente; vel ex maligna & venenata materia. Ignis autẽ qui in febrili calore dicitur, metaphora est. nullus enim ignis ibi, sed præter naturam calor: neq; potiùs exempto fit humido, quàm corrupto. Augetur autem calor in corpore sano à motu propter quem attenuantur crassa. Est autem febris calor præter naturam è corde in omne corpus effusus; & est permanens, non vt in æstu & balneo & motu. & licet non semper accẽdatur in corde, necesse est tamen vt aliunde sublatus cor petat & ipsum afficiat, ac inde in vniuersum corpus diffundatur. & quia diximus, calorem; videtur apud aliquos, rigorem, horrorem & frigus,

quæ sæpenumero contingunt in febribus, non esse febris partes, sed eius initia: quemadmodum punctum non est pars lineæ; nec instans pars temporis, cùm tamẽ sint eorum principia & termini. sed de his ita dici potest, & sic se habet veritas, cùm sint indiuisibilia, saltem figuratiuè, non tamen ita contingit in illis, cùm diuisibilia sint; & sæpenumero cõtingit in occultis febribus nullo pacto calorem per vniuersum corpus, præcipuè ad partes externas diffundi; vt apparet etiam in inflammationibus magnis internis, contracto à caloris vehemẽtia externo calore, tanquã à cucurbitula in partes internas. illud etiam Hippocratis satis idem indicat, vbi inquit: cùm externa frigescunt, interiora vruntur. Tres sunt febris differentiæ ratione caloris: simplex, putrida & hectica. simplex, cùm cordis spiritus incaluit, humor calet; putrida, cùm humor incaluit, substantia calet; hectica cùm iam substantia calet. hæc duplex est; vna primaria, altera alicuius partis vitio. putrida duplex, cõtinua & intermittens: cõtinua duplex, vna primaria, cùm humor putrescit inter alas & inguina; hæc etiam est duplex, vel in venis magnis propè cor, vel in venis paruis, longè à corde: vel affatim putrescit, & est acuta; si sensim, continua simpliciter: altera symptomatica quæ alicuius visceris putredinem sequitur. Febris intermittens, cùm humor extra venas putrescit: triplex est; simplex, confusa, & composita. simplex triplex tertiana, quotidiana, quartana. confusa, cùm diuersi humores eodem loco putrescunt. composita, ex mistis intermittentibus. Componuntur etiam & confunduntur continuæ cum continuis: & cõtinuæ cum intermittentibus; vt apparet in vario hemitritei genere. Sumuntur autem differentiæ febrium, non solùm à subiecto, sed etiam ab ipsis causis. causæ enim calefacientes quæ febrem efficiunt, vel non est motus, vel est motus animi vel corporis: animi, vt tristitia & alij affectus superiùs numerati; vel corporis, vt labor. sine motu, vel per se, vel per accidens; per se, vel actu vel potentia: actu vel intrinsecus, vel extrinsecus. intrinsecus calor partium internarum; vt spiritus & humores vel calefacti vel putredine febrili detenti: extrinsecus actu, vt ignis & ambiens; quod autẽ per se est in potentia, necesse est vt ad actum deducatur, vt cibaria & medicamenta. causa verò per accidens, quæ calefacit, cùm tamen suapte natura sit frigida, vt omnes infrigidantes causæ, venarum & arteriarum obstructiones, cutis stipatio. nã propter obstructionem continuata generatione calor auctus, neque ventilatus, neque liberatus fumis acribus, turget intus. atque hæ vltimæ causæ dicuntur esse corporeæ seu humores; & quocunque calore fuerint affecti, seu putrido seu adurẽti, simili etiã calorẽ cordis inficiũt: & sicuti varij sunt humores, ita varij etiã erũt calores; prout materia quæ supercalefit, maiorẽ vel minorem igneitatẽ, vt ita loquar, suscipere valet. ex assiduo enim igne assiduè etiã incalescit; si intermittat ignis, intermittit & calor in corde.

Videtur

Videtur quòd febris non sit calor: nam vel esset corpus, vel accidens. non corpus, quia tunc duo corpora essent in eodem; vbi quod negat Aristot. 4. Physic. & 2. De anima; essent enim simul calor innatus & præternaturalis. si non essent simul, sed distincta; non essent agentia ad inuicem. Deinde febris dicitur habitus; calor verò passio & qualitas: hæc autē non sunt eiusdē prædicamēti. Deinde febris aut est calor naturalis, aut præter naturam. non naturalis, actiones enim non læderet: nec præter naturam; nam occurrens naturali, duo contraria essent simul. Sed si quis tradat definitionē febris, secundùm Auerr., videtur argumentis istis satisfactum esse. Febris enim est calor naturalis, secundùm Auerr., mixtus cū aliqua qualitate putridi caloris; & sic calor extraneus calorem afficit naturalē. Eadē etiam definitio est Aphorismorum prima: Febris est conuersio caloris innati ad igneum. Ex quo videtur, febrem esse calorem quendam compositum ex calore naturali & extraneo, petētē cor; & ab eo, medio spiritu per vasa in totius corporis actuū læsiones deferri. Nec calor dicitur corpus, nisi impropriè: deinde propria sedes caloris innati est in corde: accidentaliter autē adest præternaturalis. Et quia actio perducit in cognitionē essentiæ, velut signum, & effectus in significatum & causam; actio verò febris est, supra modū vel præter naturam calefacere, ita vt & actus omnes lædantur & passiones; propter quod febris essentialiter erit calor & præter naturam: ideò definitio febris sumitur ex eius substantia, non ex accidentibus sequētibus. quod ostenditur, quia id est forma alicuius, quod in ipsius ratione ponitur; definitio enim datur per essētialia: hic autē calor existit præter naturā vel extraneus, qui calorē afficit naturalē, vt diximus. Si spiritū afficiat, generatur ephemera; si humores, putrida; si mēbra, hectica.

Febris ephemera est calor præter naturam in spiritu considens. Spiritus hic non est membrorum solidorum; sed in arteriis continetur. & quia leuissimus, ideò facilè dissipatur. Febres hæ vt plurimum originem habent à causis euidentibus. Pulsus maior diastole, & velocior quàm systole; sic etiam inspiratio: calor mitis, vrina à naturali non discedēs. Tres sunt grauissimæ ephemeræ; ex cruditate, ex suppressa excrementorum naturalium vacuatione, ex adenum inflammatione. si diem pertranseunt, metuenda est synocha, vel putrida.

Synocha seu continens sine putredine, est sanguinis inflammatio; non illius simplicis, sed æqualiter permixti ex quatuor humoribus. trifariā fit: vel sui semper similis, cùm tantum dissipatur, quantum recens inflammatur, homotonos dicitur; vel magis inflammatur, quàm dissipatur, epacmastica seu increscēs dicitur; huic contraria est paracmastica seu decrescens. Synocha communes habet causas cum diaria, sed vehemētiores. temperati intemperanter viuentes vsu euchymorum, proni sunt vt his inflāmentur spiritus; inde sanguis incalescit. Signa eadē &

diaria, sed manifestiora. In corpore bilioso quandoq; causa externa acres humores exagitãt, & febris sine putredine fit, nec est tamẽ Synocha.

Febres verò quæ ex putredine humorum oriuntur, hæ sunt, & hoc pacto fiunt. est enim putrefactio, teste Arist. 4. Mete. corruptio innati caloris in vnoquoque humido ab aliena caliditate contracta: & vt generatio habet rationẽ habitus, ita putrefactio priuationis. quod etiam asseruit Gal. 11. Met. cùm dicat esse mutationẽ totius naturæ putrescentis ab externo calore ad corruptionem: euicto enim calore naturali, aqueus humor qui ab eo cõtinebatur vnà cum sicco, diffluit. deficit autẽ siue ab ambiente dissipatus, siue à frigore, siue alienis qualitatibus extinctus. & sicuti corruptio est contraria generationi; ita putrefactio concoctioni. corruptio enim est momentanea; putrefactio verò temporanea. & vti concoctio est veluti via ad vnionem eorum quæ miscentur; ita putrefactio est transmutatio eorum quæ dissoluuntur, & separantur; & sunt ea quæ per concoctionem in mixtione ad vnitatẽ perducta sunt. & sicuti concoctio fit ex calore naturali præpotente, ita putrefactio ex eius imbecillitate, cùm nequit amplius continere ea quæ mixta erant; vnde necesse est vt diffluant, & dissoluantur superueniente extraneo calore. hic enim dissipat, & euocat natiuum. & hoc pacto, vt inquit Galenus 2. De differentiis febriũ c. 8. natiuus habet vim concoquẽdi; extraneus verò putrefaciendi. & quia calor iste innatus, eget ventilatione & euentatione ad contemperandum calorem proprium; ex hac prohibita ex obstructionibus, constipationibus & condẽsationibus, quæ in animantibus fiunt, prohibetur difflatio; & per consequens, ex sententia tamen Galeni, transmutatur natiuus in externum, excrescens videlicet, & proprios limites excedens: ex quo humores proprio calore destituti putrescunt. causam autem semper refert Gal. præsertim 11. Metaph. cap. 4. in prohibitam transpirationem: refrigerio enim destitutus hebetescit, & extinguitur: quæ autem putrescunt, tandẽ corrumpuntur; sed non è conuerso. Putredo itaque in corporibus fit, cùm insitus calor quauis ex causa imminutus humorem detinere non potest. qui effrenatus putrescit; aliàs in venis omnibus, vel maioribus, aliàs in vnaqualibet parte; vel, cum phlegmone vel citra phlegmonem. perdurat verò donec humores vel dissipati vel edomiti fuerint. putredo in venis duplex: vel vna vice in omnes, vel in maximas inuadit; & non vniuersum sanguinem, sed eius partem magis putredini obnoxiam, & inde alias: vt in phlegmone, non affatim putrescit, sed vna pars prius altera; & quæ minus est apta putredini, inuiolata permanet. & si ita non esset, confunderẽtur omnia febrium genera. Altera putredinis ratio, cùm putrefaciens causa vni, quàm alteri venæ est propinquior; vt cùm sanguis non in omnibus æquè venis sui similis existit: nec antè putredo desinit, quàm omnes humores peruagata fuerit. hinc sanguinis

varietas,

varietas, vena secta, & symptomatum dissimilium origo; aliis lumbi, aliis caput dolent: & inordinatæ febres, & illarum implexus & falsæ prædictiones; nam uno edomito, alter putrescere incipit. Putredinis duplex est causa, una intima, quæ ut plurimum à cibis fit, vel à membrorum mala affectione: altera externa, obstructio & putridorum occursus. obstructio perspirationem impedit: nam cùm non perflantur nec refrigerantur humores; et si boni sint putrescunt. huc pertinet plenitudo illa quæ ad vires, quia regi ab imbecillis viribus non potest. putridorum occursu primò spiritus, mox humores inficiuntur; ut aëris halitu, & vaporis putridi; ut in lue venerea.

Synocha putrida est febris continua, ex putrescente sanguine prognata. Oritur quæstio, An sanguis putridus generet febrẽ sanguineã, an biliosam vel aliam. Videtur quòd sic; nam nullus apparet typus nec motus aliorum humorum in synocha. deinde sanguis putrescens vel generat febrem sanguineam, vel aliam. non phlegmaticam; cùm quod coctum est recrudescere non possit; nec melancholicam seu quartanã: nam post putredinẽ relinquitur incineratio, ex qua fit quartana: nec biliosam seu tertianam; hæc enim fit aut ratione superfluæ decoctionis sanguinis in iecore (hac de causa non gignitur febris) aut ob putrefactionẽ sanguinis: & ita necesse est ut præcedat putredo quæ erit causa coniuncta febris, & immediata; & ita erit febris sanguinis antequam vertatur in bilem. etenim putredo non habet tẽpus; conversio verò sanguinis in bilem, nõ fit nisi tempore. & quàm plurima alia adducuntur rationes. Contra verò inquiunt, sanguinẽ præ cæteris humoribus permutari posse; ideò putrescentẽ in suis terminis non permanere, sed in alios potiùs verti humores. Gal. tamen tradit exẽpla febris ex sanguine corrupto. Est itaque sciendum quòd sanguis duplici de causa corrũpitur: vel quia non transpirat, vel quia nõ detinetur à natura, hoc est, in proprio loco. quia sicut locus est, ita & natura operatur; &, ut inquit Hip. 6. Aphoris., si sanguis in ventrem, id est, in concauitatẽ præter naturã effundatur, necesse est putrefieri. Videntur tamen verba Galeni varia, ut plurimum ex eius verbis colligatur, febrẽ sanguineam fieri, dũ sanguis non est admodum mutatus nec putrefactus; tandem enim desinere in febrẽ biliosam. Dicunt itaque febrem ex sanguine duplicẽ esse: alterã quidẽ ex ipsius inflammatione; quæ febris ebullitionis seu synocha appellatur, genita præcipuè ex eius nimia quantitate, sine tamen putredine: altera verò ex sanguine qualitate & quantitate ita peccante ut putredinem acquirat. hic autem aut continetur in locis propriis, ut in venis & arteriis: vel præter naturam extra locum suum in ventrem effusus. prior quidem non fit nisi ex prohibita transpiratione; ita potest putrescere modicè & sanguineam febrem generare, etsi in bilem non transmutetur. humores enim qui sunt in venis & arteriis magnis,

propter putredinē ebulliunt, & accēdunt febrem synocham indeficiētem à principio vsque ad finem, donec humores absumantur aut cōcoquantur vel vtrumq; patiantur. & si permanet febris sanguinea antequam in bilē vertatur, si non appareant signa putredinis vsque in quartum, vt plurimum in eo terminabitur; in reliquis verò diebus magis supercalefactus & putrescens, in bilem paulatim vertetur, & febrē gignet biliosam: & tametsi motus tertiani non percipiantur, hoc contingit ob materiam in locis propinquis cordi existentē. Sed potior mihi ratio videtur, si dicamus differre putrefactionē à corruptione & alteratione: nam potest quidē tota sanguinis massa putrescere, tametsi in aliū humorem non degeneret. & ita sanguis bifariam putrescit: cùm vi caloris partes substantiæ segregantur, vt flaua bilis, pituita; & febris dicitur, vel biliosa, vel melācholica; & hæc potiùs est corruptio, quàm putredo: alio modo putrescit, cùm totus corrumpitur magno fætore aut graueolentia; vt talis quandoque detractus apparet. Triplex est etiā synochus putrida; homotonos, paracmastica, & epacmastica; easdē causas habēt quas & simplex, sed valētiores; sic etiam & notas: calor est acrior, pulsus inæqualis, vrina rufa, crassa, turbida, rubra, & nullo sedimento. Continuæ febris substantia, materia est in venis maioribus, quæ illic putrescens, aut ipsam de se putredinem, aut putridum vaporē in cor infert. ex inguine non vapor sed calor partium continuatione in cor ascēdit. Venarum materia sanguis est: si æquabili permistione, fit synochus: si inæquabilis sit permixtio succorum, vel tertiana continua vel quotidiana vel quartana continua. Est autem continuarum duplex genus: alterum sine aliqua excandescentia; & tunc humores putrescunt prope cor; vt synochus & causus: vel cum aliqua excrescentia; & tunc putrescunt longiùs à corde; & hîc sine horrore & frigore. Continuarū frequentior est tertiana; & ea crebrior continua inordinata; difficilius enim putrescunt succi frigidi. Continua discernitur ab ephemera: nam illam quædam inæqualitas & lassitudo præcessit; pulsus velocior est systole, quàm diastole, cùm plurima sint excremēta fuliginosa ab immēsa putredine quæ depressa arteria excludere festinat: vrina obscura, incocta, rubra, turbida, mordax, graueolens. ab intermittente differt, quia nullus rigor, aut frigus præcedit: quod si fit, noxij humoris quippiā circa præcordia inhærescit, potiùs qui horrore concutit, dum totus calor fit accensus; maior est pulsus inæqualitas. In causo omnes putredinis notæ apparent; ardor, iactatio, sitis, delirium, vigilia, lingua nigricans: quod si tanta sit malities, vt vrantur interiora & extrema frigescāt, fit lipiria, in qua ardoris vehemētia instar cucurbitulæ calorem ad se reuocat. Quartana & Quotidiana obscuriores sunt notæ. & vt plurimum, nisi sit tertiana cōtinua, est inordinata, quæ aut bis vel ter, quādoque nunquam excandescit: cuius generis sit, propriis vniuscuiusque

signis

signis deprehēditur. Febris symptomatica semper est continua: materia eius nō in venis maioribus, sed in parte aliqua. eius genera sunt multa: unum inflammationis: & hoc multiplex. nam si externa, ex calore solū fit ephemera; si interna, vel succus putridus vel vapor teter in cor remeant. si ex inflammatione febris fit, phlegmonodes; si ex erysipelate, typhodes: & eo grauior, quo cordi vicinior. internoscitur à primaria cōtinua; nam nullis status periodis exacuitur: urinae nullum putredinis indicium habent; si quid inest, tunc statim se prodit morbus: nam ex affecta sede putredo in venā irrepit. Alterum febris symptomaticae genus obscurius est, cùm ex latere, obstructione, & putredine quae visceri impacta tenaciter adhaeret, adeò ut ipsum labefactetur. putredinis portio quandoque sanguini permiscetur. haec reliquarum est mitissima, & saepè aeger se laborare non putat; corporis moles sensim liquescit, etiāsi alimentum sumitur: hanc plerique, rerum affinitate ducti, hecticā dixerunt. hoc genus febris phthisim comitatur, quae hectica non est, sed putrida, ex pulmone putrescente: non enim semper necesse est putridam omnem in humoribus constitui.

Veterum Medicorum est opinio, humorē, qui continēs & proxima est febris intermittentis materia, in solo corporis habitu & extra venas computrescere. hunc accessionis initio, è venis maioribus in quibus cōditus erat sanguini permixtus, in minores; ex hisq; in corporis habitum propelli; hoc impetu summas partes, quarum exquisitior est sensus, horrere vel rigere; tum demum incalescere & putrescere; ac tandē in halitus solui. Hāc opinionē esse falsam variis argumētis conatur Medicus celeberrimus demōstrare. nam, ut inquit, et in mesenterio & pancreate humores putrescunt; nec humor tā repēte è venis in extima euolare potest, praesertim si crassior est, non facilè fiet secretio. quaerit deinde quare in continuis aliquid foras non transmittitur. fortè dicent ob maiorem obstructionē venarum exilium. Sed cùm postea quandoque in principio fiunt urinae albae, tenues, potiùs intra quam extra humorem propelli demonstrāt; quae etiam, licet rarò, quandoque toto morbi decursu laudabiles sunt: & quomodo bilis causa est frigoris, & quomodo melancholiae tantum suppetit materia in venis ut tot periodis sufficiat: & rationē reddant compositarū, ut in tertiana duplici. Si eius copia id efficit, cur portio quaedam quotidie emittitur, & omnis simplex nō fit duplex, & triplex; postremò curandi lex cur in sola venae sectione non consistit? Materia igitur febris intermittentis continetur circa praecordia, vētriculum, pancreas, omētum aut mesenterium. calidus ac putris humor quamdiu conquiescit, corpus rarò exagitat; efferatus variè concutit, et affligit: si paucus sit, fit frigus; si copiosior vel acrior, vel concitatior, fit horror; si magis, fit et verus rigor. haec materia ex se tanquā è fomite in uniuersum corpus effunditur, quae altera rigoris potest esse causa prae-

ſertim ſi membranas feriat; & per cæcos meatus cor offundens pulſum obſcurat, & contrahit; cerebrum implẽs conſopit, & aggrauat; & omnes denique artus obtundit; poſtea tanquam aura in vniuerſum corpus diſiectus incaleſcit, & inflammatur, & tunc febris ardorẽ & eius ſymptomata mouet; tandem extenuatus diſſoluitur: nonnunquam inuaſionis impetu humoris vehementia in ventriculum irrumpit, & vomitum ſub rigoris initium excitat; alia portio tenuior per iecur & venas in vniuerſum corpus irrumpit; tũc ſub finem vrinæ flauæ & craſſæ redduntur, & multo grauior eſt acceſſio; hæc in corpore laborante diſſecto cõſpiciuntur. Hæ viri huius rationes de loco humoris putreſcentis in febribus intermittentibus, licet admodum ſint doctæ, nihilominus in quàm plurimis non conſtant: etſi cõcedatur in illis locis putreſcere, cùm ibi non gignantur, neceſſe eſt vt aliunde tranſmittantur, videlicet à vaſis vbi naturaliter continentur & gignuntur humores: præcipuè continentur vnà cum ſanguine in venis maioribus; ergo cauſa antecedens erit in his venis. præterea non fierent periodi, niſi materia aſſiduè flueret, vel ſaltem ſtatutis temporibus: materia enim contẽta diſſipata ſeu abſumpta non eſt amplius periodi cauſa: deinde rigoris & frigoris & horroris cauſa ſemper eſſent eadem, & ſimiles aliis cauſis horũ accidentiũ quæ tamen febris nõ comitatur: ſed in febre tertiana in rigoris principio adeſt affectio quædam ſimilis acus punctioni; in quotidiana percipitur frigus; in quartana etiã propria ſunt accidẽtia, dolor enim vſque ad oſſa peruenit. in parte extima huiuſmodi non perciperentur, niſi in illis partibus adeſſet cauſa continẽs: vbi enim dolor, ibi morbus. nec etiam ab internis partibus humor adeò attenuari poteſt vt ad vaſa maiora, deinde minora vſque ad partes cutaneas perueniat iam putrefactus humor, qui per ſudorem ſoluitur, vt indies videmus. Si quis verò dicat quòd etiam vomitu & deiectionibus expurgantur humores in acceſſionibus; hæc autem ſunt loca conuenientia per quæ natura expurgatur, in loco enim vbi putreſcunt, diſſipantur & euacuantur: nam ſi in pancreate vel omento putreſcerent, valida virtute ac humores regente, per loca magis apta & magis proxima euacuarentur faciliùs, & ita non per cutem, cùm longiùs diſtent, & per plures anfractus neceſſe eſt vt pertranſeant vt ad extremas partes perueniant, in quibus excitatur ſudor.

Periodorum rationis variæ adducuntur cauſæ. alij enim ad corpora cæleſtia; alij ad elementa; aliqui ad propriam eorum naturam referũt: eſt enim admodum difficilis inueſtigatio. cùm itaque omnis effectus fiat ab actione agente in materiam: eſt enim materia in ſe ſine agente inſufficiens, cùm materia ſeipſam non educat in actum; nec per ſe agẽs in ſemetipſam agat, cùm actio in materiam fiat extrinſecam, vt inquit Ariſt. 2. De anima; materia igitur in qua ſtatuuntur periodi, ſunt humores,

mores, iis proprietatibus insigniti; agens est corpus cæleste media elemẽtari natura: & queadmodum mare consequitur solis & lunæ motus; ita etiam & humores; &, vt inquit ille, simile est opus planetarum in hoc mundo magneti & ferro. deinde sciendum est, quòd humores sumunt etiam differentias, intrinsecus vel extrinsecus. intrinsecus quatuor modis hoc contingit: secundùm substantiam, quantitatem, qualitatem & locum. ex his namque oritur velocitas ad putredinem, vel tarditas; facilitas aut difficultas; euacuationis acceleratio aut mora. humor enim in mediocritate constitutus periodos non habet, vti sanguis, ratione substantiæ fluxilis, calidæ & humidæ & putredini paratæ & loci interni: mouetur enim continuè & vniformiter: ita in vasis contenta, continuas & sine periodis febres facit. Auerro. addit, quia id quod à membris dissoluitur sensibilibus non sentitur; cùm materia fuerit extra vasa non cõtinuatur motus, quod enim caliditas finit materiam ad putredinem motam, cùm in vasis non contineatur, difflari, quod tenue est, remanet verò incineratum & terreum, quod vehiculum non est caliditatis. causa verò antecedens, vt cibaria, ad mineram putredinis occurrens tãquam calx aquæ inspersa denuò inflammatur: quia verò pituita humida est & parum perfrigida, propter quantitatẽ & humiditatẽ faciliùs putrescit, ideo singulis diebus mouetur: desistit verò putrescere semper propter aliquam frigiditatem & locum extrinsecum: Melancholia verò cùm sit pauca, crassa, frigida & sicca, tardiùs reliquis humoribus mouetur; ideo etiam tardiùs putrefactioni subiicitur; mota etiam eius diutiùs perdurat exacerbatio, propter impressionẽ factam in subiecto magis terrestri: bilis verò cùm sit tenuis, inter hos media locatur; nec ita apta ad putredinem vt pituita, nec ita putredini inepta vt melancholia: est etiam minoris quantitatis quàm phlegma, & maioris quàm melancholia; quia sicca & amara, putredini faciliùs resistit; quia tenuis, celeriùs dissoluitur, nec diu eius accessio perdurat; est enim impressio facta in tenue subiectum. Colligitur etiam diuersitas circuituum ex robore virium, ex raritate & densitate, ex aptitudine partis mandantis & recipientis. sed si dicat aliquis ex Aristotele, quòd multum minùs putrescit pauco, & motum quiescente: hoc quidem verum est in his quæ difflãtur. dicunt etiam quòd circuitus fiunt vel ratione principalium agentium; & ita sunt corpora cælestia: vel ratione instrumentorum, & tunc sunt elementa. & id fit aut ratione substantiæ vel accidentis: & huius vel qualitatis vel quantitatis vel motus: & ita aër assimilatur sanguini; est enim in cõtinuo motu; ita in sanguine putrefacto non fit periodus: pituita verò aqua, quæ quidẽ habet motum suum totum accessionis & recessionis, seu fluxus & refluxus; in quibus media intercidit quies, vt primo Ph. Bilis igni, qui non totus mouetur, vt apparet in cineribus in quibus quiescit: Melãcholia terra,
 qua

quæ difficilius & secundùm partes non secundùm totum mouetur & magis quiescit: eadem ratio habetur & in quantitate & in substantia.

Ideo circuituũ causa non est excrementi multitudo, sed propria contractæ putredinis qualitatisve natura, quæ omnem corporis statũ naturalem immutat: nam humor cùm regi nõ potest putrescit; & aliam qualitatem, aliumq; motum, pituita, alium bilis flaua, alium melancholia putredine contrahit. hic humor excitatur & excandescit, diffunditur, donec dissipetur, vel absumatur. alia deinde recurrit accessio statis periodis, nisi quid ordinem interpellet. anticipant, cùm substantia, materia, augescit, vt ex cibo: vel nimis extenuatur, vt tenuantiũ vsu, vel motu, vt ira. cunctantur, dum materia minuitur, vel crassescit, vel pigrior redditur. varia mutatio in alterius naturam transit, vel ei miscetur, & confunditur, si præsertim nullo ordine procedant. Breuitatis accessionis causa sunt, humor paucus, tenuis, viarum amplitudo, virium robur: longæ verò, his contraria.

Quotidiana omnium febrium rarissima: nam quæ quotidie inuadit, vt plurimum à tertiana duplici oritur. Cùm pituitæ magna est copia, tunc putrescit, & accenditur febris; quæ accessio non repentè sed sensim fit, tantùm extrema refrigerat, raro horrore concutitur, adest corporis grauitas, somnus, syncope, calor minimè acer, nec sitis primis diebus, nullus sudor, tota accessio horarum xviij, rarò integrè intermittit; pulsus inæqualis rarus, languidus, minùs cæteris creber; vrina primò alba, tenuis, cruda; materia cocta, rubra, crassa, turbida; alui deiectio cruda. Epiala dicitur huius generis, in qua modò calor modò frigus percipitur. huius causam dicunt esse acidam, & vitream pituitam, cuius pars aliqua non putruit adhuc: sed alia est potiùs causa. materia febris præcordia feriens horrorem parit, modò calorem reuocat, modò non reuocat: & quandoque horroris materia acris, salsáue non paruã sitim infert. putrescit pituita in intestinis, mesenterio, circa ventriculum & viscerum caua, vel in ambitu. Satis est enim nobis vt putrescat extra venas maiores & quibus habitus & ætas, victus ratio, aër consentiũt.

Tertiana exquisita ex flaua fit bile putrescente vel in propria cysti, vel circa præcordia & caua viscerum: secundùm Galenum & alios in ambitu, & his quorum habitus, ætas, anni tempus, regio, vita anteacta ad calidum & siccum vergunt. repentè rigore corpus concutitur; sub cuius finem, bilis vomitus; inde calor breui accenditur, acer, pungens; sitis. spirandi difficultas, iactatio, vigiliæ, furor: longissima accessio est horarum xij: pulsus initio paruus, contractus; postea cæteris celerior, minimum inæqualis, cùm non minor sit necessitas in diastole quàm in systole: vrina flaua, flammea, substantia mediocris, odore grauis: septẽ periodis terminatur. Tertiana notha, aliàs ex vitellina bile in ventriculo putrescente, aliàs ex pituita & bilis permixtione. causas & signa

habet

habet permixta, & vt plurimum, mitiora symptomata: non dissimilis igni ex virentibus & siccis lignis excitato.

Quartanæ materia est melancholia putrescens: vt plurimũ in liene, quandoq; in mesenterio & circa hypochondria, vel in totius ambitu: & his quorum habitus, vitæ genus, regio, & cætera ad frigidum & siccum vergunt. est autem melancholia duplex; altera naturalis quæ sanguinis est fex vel limus; altera adusta, quæ alterius humoris est fex, rarius tamen pituitæ & sanguinis. hinc alia ex seipsa naturali putrescente nec ex alia febre oritur; &, vt plurimum, tumori lienis succedit: alia alterius febris est soboles, & vt dixit Hippo. erratica in quartanã desinit. accessio à frigore incipit, & vsque in rigorem inualescit contũdentem, non vt in tertiana pungẽtem. tremore concutitur, dentes strident, ossa conteruntur: calor minor tertiana, maior quotidiana; sic etiã reliqua symptomata: pulsus, quàm in cæteris febribus inæqualior; initio, naturali languidior, minor, rarior, & tardior; postea validus, magnus & frequens: vrina primis diebus tenuis, alba, aquosa; postea & substantia, & colore, & contentis mutabilis; quòd eius materia sit varia, & modò parum, modò multum in venas penetret. vix annum excedit, nisi ex errore: quæ excedunt, exquisitæ censeri non debent. Simplicium febrium formæ ferè tales sunt: at certè variant. Quintanas & sextanas negat Gal. ne quintum humorem addat; licet aliqui statuant harum materiam melancholiam admodum crassam.

Composita febris bifariam dicitur: vel quòd ex multis confusis, vel ex implicitis constet. confusæ fiunt ex diuersis humoribus eodẽ loco cõfusis permixtis putrescẽtibus. nulla seorsum internosci possunt, earum signa sunt confusa: illegitimæ dicuntur: nomen sumunt à prædominãte humore. Implicitæ diuersis horis & variis locis putrescunt. continua cũ continua dumtaxat confunditur; nam agitati in venis humores permiscentur. Intermittentes, & cum continuis, & intermittẽte implicari solent: vel eiusdem generis, vt duplex tertiana; vel alterius. implicitarum, vna prior terminari solet, manente altera. rarius implicantur febres diuersi generis; vt hemitriteus, qui ex tertiana intermittente, & quotidiana continua altero die vnicam, altero duas accessiones habet; vel econtra. Hectica febris est calor præter naturam in cordis substantia, primùm ac per se hærens, & infixus, elementaris non diuinus; qui tamen postea exhauritur. nam partis similaris triplex est substantia: solida, humida, & spirituosa: humida triplex: carnosa quæ est humor concretus alimentarius: primigenia, quæ propria est innati calidi substantia; aquea & elemẽtaris, & est gluten, quo solida substãtia cohæret, & persistit. Cùm calor febrilis carnosam substantiam inuadit, fit primus gradus hecticæ; cùm magis, secundus; cùm primigenium humidum, tertius siue marcor. & tunc omnes functiones intercidunt; in-

curabilis est: nam hoc humidum reparari non potest; & antequã maior portio disperdatur, necesse est hominem interire: at carnosa instaurari potest; ideo secundus gradus curam recipit, nisi admodum tertio propinquus. Hæc febris exquisitè hectica ab euidentibus caussis originẽ ducit: quæ si leues ephemeram; si vehementissima, hecticam gignunt. In primo gradu febriens se laborare non percipit; vires languent; tangenti calor primò mitis, mox acer & mordax; pulsus debilis, paruus & frequens; circumpositæ partes in diastole calidiores apparent; exacuitur hora atque altera post cibum; vt in calce, solidæ partes, dum cibi madore abluuntur, ampliorem calorem effundunt. In secundo gradu corpus iam manifestè liquescit, vrinæ pinguedo innatat; pulsus durus & tensus. In marasmo facies Hipprocratica, vẽter depressus, corpus vt scheleton, pulsus cæteris deterior: & hæc est simplex hectica. Est & alia quæ ardentem, & acutam febrem sequitur, cùm febris partes solidas inuadit, easq; populatur. hæc propriè ardens & colliquans est febris, id breui efficiens quod altera sensim. Tertia hecticæ species est ex inflammatione alicuius visceris, vt pulmonũ; quæ potiùs lenta & symptomatica dicitur: & hæ ambæ potius putridæ quàm hecticæ dicũtur, cùm eius naturam sapiant; vt apparet in vrinis, in excandescentia & inæqualitate. In omni febre hectica pulsus etiam est inæqualis: diastole enim est celerior, cùm egeat maiori euentatione & refrigerio, quàm fuliginum expulsione. Maligna febris est quæ non modò calore, sed qualitate venenata cor fatigat. hæc & pestilẽs totius substantiæ morbus est. è sublimi & cælitus venenata febris quæ fit, pestilẽs est: aliis ex caussis, simpliciter maligna. extrinsecis, vt ex aëre; intrinsecis, cùm humores praui diutius detenti, venenati fiunt; vel ex cibariis eiusdẽ naturæ. cùm simplex est & solitaria absque putrida, vires cõcidũt animi defectio, pulsus inæqualis, assiduus vomitus, nec cibus optimus cor recreat, vigiliæ molestæ, corporis iactatio, vrina nec cruda nec turbida (cùm enim humores in genere venoso non putrescunt, vrinæ vidẽtur similes sanis) nec sitis vehemẽs, nec appetẽtia deiecta, nec febris vehemẽs: inopinatò decedũt: cùm putrida verò, æstus interior, extremorũ frig⁹, spiratio difficilis, delirũ, vrina cruda, graueolẽs; vomitus biliosus; deiecta appetẽtia; & diuersi variè torquentur. Præsagia sunt tempus pluuiosum, australe; æstas feruida: nam putredo corporibus accersitur; cometa, hiatus; & animalia quàm plurima infecta signa sunt futuræ putredinis.

Pestilentium febrium aliæ incomitatæ sunt, aliæ malignitatis suæ atque veneni characterem quendam exhibent: hic autẽ vel carbunculus, vel bubo, vel exanthemata, quæ in mitioribus fiunt. carbunculus modò milij magnitudine, qui postea quasi candẽti ferro crustosum fit vlcus; modò à crustoso vlcere initium sumit. Continẽs caussa est sanguis crassus & retorridus, & quandoque venenati aëris constitutio. nam cùm veneno

veneno cor lacessitur, si robusta sint vires. veneni quiddam statim in aliquam corporis summam partem dissipatur, illicq; sensim incrementũ sumit, & partem contaminat; altera veneni portio intus hæret. cùm sensim incaluerit, febrẽ infert pestilentem. hinc fit, quòd quandoque febris præcedit, quãdoque subsequitur. Bubo solis adenibus insidet. exanthemata, ut exteriores partes, ita & interiora viscera obsident, è quibus originem ducunt: initium habent à febre, quæ synochi speciẽ refert: pulsus frequens celer ac vehemens; difficilis respiratio, mẽbra ingrauescunt, dolor capitis, somnus grauis, oculi tument, nares stillant; quarto aut quinto erumpunt exanthemata. nulla crisis, nec febris solutio, nisi vel ex aluo fœda proluuies fluat, vel absumatur tempore. Alij sunt morbi pestilentes, qui non nisi euentu dignosci possunt.

Febris ut plurimum symptomate est comitata. Symptoma grauius reddit, aut humoris situs, aut partis imbecillitas; nam pro illius conditione symptomata exurgunt & pars imbecillior prima omnium incõmoda sentit. Symptomata quæ in febribus fiunt, hæc sunt: sitis; vel arefacta ventriculi tunica, vel calidiore humore imbuta: quòd si sitis non adsit, ardoris causa longè est à ventriculo. ariditas ab æstu & calido vapore in palatum elato; si crassiusculus, quandoque difficultatem deglutiendi facit. deprauatur gustus, cùm lingua aut os, aut humore aut vapore inquinatur. cibi fastidium, aut corporis perturbatio, aut in vẽtriculo humor, aliena qualitas aut vapor, quæ consopiunt, euertunt, & saturant: ab iisdẽ etiam nausea & vomitus: emolliunt laxant vel stimulãt, vel sua pernicie robur dissoluũt; vt in febre maligna. Lyeteria, cùm ventriculus, vel copia, vel malignitate, vel acrimonia humorum & vaporum cibũ non cõficit. singultus in febribus fiunt acrimonia humoris corrupti, aut malitie. animi defectus, modò à venenata materia, modò à bile prasina, aut atra, quæ ventriculi os, aut præcordiorũ mẽbranas acriter ferit & vellicat si turgeat, in arcem cordis irrumpit, et fit syncope magna. resoluunt, vigiliæ, dolor, timor, vacuatio, victus tenuis. oppressio interdum ab humoris ardore circa cor, vt in causo; vel cùm impulsus ex præcordiis ventriculum & diaphragma premit, quod etiam fit in febre intermittente; grauissima est verò in inflammatione iecoris aut lienis. ex oppressione sequitur spirandi difficultas, pulmonum æstus, lumborum dolor. Grauitas fit, cùm materia pondus in venã cauam, aut in maiorem lumborum arteriam illabitur. si in corporis summa, membrorum dolores & lassitudines; ex his magna corporis iactatio: quòd si nihil horum adsit, vel materia turget, vel malignitas est in corde. Dolor capitis: vapor meninges vel calore vel acrimonia feriens, vel copia distrahens dolorẽ parit, vel sanguis tenuis & dolor ex febre est in priori parte capitis; qui est in occipitio nõ est symptoma febris, sed fortè excitatur à febre. Vigiliæ: cùm calidus vapor ferit substantiam

cerebri, exsiccat; si feruida bilis cerebrũ petat, vrinis factis purioribus, fit delirium. sudor vel copia, vel qualitate grauis per cutis spiracula affatim & manifestè prosilit: erumpit, aut vi naturæ superfluum expellente, aut sponte: ille naturalis, hic symptomaticus. natura & ante concoctionem & ante crisim fit, qui in syncope potiùs mador, quàm sudor dici potest.

CAP. IX.

De morbo Instrumentali.

SECVNDVM [1] genus morbi instrumẽtalibus proprium est. ij quatuor differentiis explicantur. nam siue figura alicuius instrumenti, aut à primo ortu, aut deinde orto animali distorta fuerit; actionem organi vitiari contingit. in hoc continetur asperitas ac læuitas ossium ac faucium: item obstructio omnis in formatione morbus est. morbi in Numero: vbi quid in organo deest aut superfluũ accreuit, mẽbri operationem lædi oportebit: sunt & quædam toto genere præter naturã, vt lumbrici, lapis in renibus & vesica, suffusio, pus in empyemate. morbi Magnitudinis sunt, si pars aut maior aut minor redditur. in Compositione quoque morbi accidunt, cùm aut laxantur partes, aut aliàs à suo statu naturali dimouẽtur. Atque istis morborum differẽtiis organa ipsa in suis operatio-

Morbus instrumẽtalis.

1. Aliqui asserunt nõ dari morbũ instrumentalẽ. nam nec numero nec magnitudini seu quãtitati quidquam est contrarium. Solis enim qualitatis videtur esse contrarietas: & asperitas & læuitas positionẽ innuunt: & positio est species quantitatis, cui, vt diximus, nihil est contrariũ. Est autẽ sciendũ, quòd ex virtutibus primarum qualitatum licet constituãtur mẽbra instru-

rationibus læduntur. Hinc est videre, quòd ij qui nullam elementorum habēt cognitionem, morbum similariū nec cognoscere nec curare possunt. nā licet ostenderimus, actiones omnes primarias acceptas referri similaribus partibus: tamen in ipsis organis actio vitiatur, nō solùm ab intemperie, sed à morbis instrumentis propriis, & à solutione continui. Magnopere igitur refert scire, si alicuius organi actio lęsa sit, à quo morbi genere lædatur. neq; enim satis est dicere ventriculum aut iecur esse imbecillum, si perficere suas actiones nequeant; hoc enim & plebei dicere nouerunt: sed causa quæ eum debilitauit est cognoscēda: quare nec Erasistratus rationem reddere potuit, cur febricitantes cibum concoquere non possunt: nullum enim morbi genus organis propriū, nec solutionem continui adesse videbat, quæ morbi genera sola habuit cognita: quòd si de corporis nostri elementis rectè philosophatus esset, facilè ab intemperie ac calore febrili actionem ventriculi deiici perspexisset.

mentalia, nihilominus si operatio perfici debet, necesse est instrumentū adesse idoneum & appositum ut actio producatur cōpositi. & morbus est habit⁹, actiones actu destruens. & ferè omnes morbi instrumētales, & reliqui etiā actiones respiciūt. Dicitur autē in cōpositione tripliciter, vel in qualitate, vel in quantitate, vel in positione; Auerro. addidit vbi et quādo, respiciens prius & posterius. & licet operationes non fiant principaliter ab instrumētalib⁹, sed medio similarium: non ita tamen cōtingit in eorum destructione, cùm ad constitutionem alicuius plura requirantur quàm ad destructionem. Et morbus quidem instrumentalis

CAP.

seu compositionis est qualitas, licet etiam in aliis prædicamentis reperiatur: ideo curari inde potest, cùm verè in qualitate reperiatur contrarietas: consistit enim commoderatio, vt diximus, in qualitate, quãtitate, ac positione: ita vt constituatur qualitas illa quæ sanitas dicitur, cui contraria qualitas est ægritudo. qua de re cùm Medicus non ita in angusto res istas pertractet, ita vt contrarium ad amussim consideret; satis est illi, vt per contrarium sanitati intelligat morbum, cuius causa possit esse vitium, excessus & defectus vel quantitatis continuæ, vel discretæ; similiter asperum & lene: quæ versantur non solùm circa positionem quæ respicit quantitatem, verùm etiam & qualitatem, cùm sint obiecta sensus, tactus; licet prout sunt partes superficiales, ad quantitatem continuam referantur: non enim inconueniens est secundùm diuersas rationes in variis prædicamentis reponi; & quia positio iuxta sex principia magis sensui patet, ideo eam Medici constituerunt. Aliqui etiam asserunt, numerum, quantitatem & positionem non esse morbos, sed tantùm eam prauam qualitatem, quæ in eis existit, quæ est habitus ipsorum essentialiter lædens; quemadmodum vermes & calculi morbi non sunt: sed quia est aliquid toto genere præter naturam & actioni incommodans, ideo morbus dicitur.

CAP. X.

De vnitatis solutione.

1. Medici consueti sunt appellare morbum communem solutionem vnitatis. impropriè tamen, cùm vnitas sit priuatio diuisibilitatis in se & communicabilitatis in alio. & licet indiuisibilitas

Tertium morbi genus solutio vnitatis.

TERTIVM morbi genus accidit, si quando vnio illa partium soluitur. quæ rursus à diuersitate partium in varias species distribuitur: nã in osse scissio fractura dicitur; in neruo punctura, contusio, incisio; in venis & arteriis osculorum apertio & dilatatio; incisio & fissura in membrana, ruptura; in epidermide excoriatio; in cute & carne vulnus & vlcus. Sed nõ est vt ad omnia particularia explicanda accedamus,

damus, ſed tantùm capita, & quibus ſingula facilè formentur. rectè enim iam ſi hęc genera traduxerit Medicus ad ſingulas partes, vltimas omnium morborum ſpecies inueniet. neque luditur in ea re opera, ſummè enim eſt neceſſaria.

non ſit eſſentia conſtituẽs vnitatem, eſt tamẽ affectus conſequens; à qua indiuiſibilitate oritur incommunicabilitas. ergo potiùs videtur mihi appellandum eſſe morbum Solutionem compoſiti aut partis: ſed Medici accipiunt vnitatem pro vnione. Apud aliquos videtur non dari morbum iſtum, cùm temperies & compoſitio praua diuidantur ex oppoſito; ergo videtur quòd non adſit aliquid eis commune, vt morbus poſitus indifferenter communis. deinde videtur contrarietas adeſſe in iſtis verbis, in ſolutione vnitatis, ſeu in diuiſione continui, & in morbo communi: nam ſi diuiditur, videntur duo ſeiuncta; morbus autem communis indicat vnum. ſed poſſimus aſſerere, quòd morbus communis ideo dicatur quia ſit in quadam natura communi ſimilaribus, & inſtrumentalibus, videlicet in coniunctione quadam & ipſorum connexione. Auer. ita hæc diſtinxit; inquit enim quòd morbus communis eſt duplex: alter quidem ſolutio continua partis cum parte in ſimilaribus; hic enim magis videtur pertinere ad membra ſimilaria quàm inſtrumentalia; ſit enim hæc ſolutio præcipuè ratione ſimilaris, quatenus eſt ſimilaris: alter verò eſt ſeparatio partium contiguarum, quæ attribuitur partibus inſtrumentalibus; etenim in animalis corpore vera vnio eſt membrorum ſimilarium; altera verò non vera, quatenus connectuntur inſtrumentalia ex ſimilaribus, & ex vtriſque fit quædam communis natura. & nulli eſt dubium, quòd magis competit morbus communis partibus ſimilaribus, quàm inſtrumentalibus: nam quemadmodum compoſitio ſequitur temperiem præcipuè; ita & quod debetur compoſitioni, videlicet morbus iſte communis: cùm etiam nunquam poſſit contingere inſtrumentariæ parti niſi prius contingat ſimilari; ſed non è contrà. ergo cùm ſimilares partes tradant eſſe inſtrumentalibus, ſequitur neceſſariò quòd etiam proprietas & paſſio vnius fiant per eſſe alterius: hoc autem eſſe recipiunt inſtrumẽtalia à ſimilaribus; conſtant enim ex eis. & ſic patet, quòd licet morbus ſit communis, præcipuè tamen eſt vnius partis, reliquæ verò ex conſequenti.

CAP.

CAP. XI.

De morborum cauſis.

1. Omnes Philoſophi cōſentiunt nihil ſine cauſa fieri. Plato inquit aliud eſſe cauſam, aliud id cuius cauſa eſt: neq; enim cauſa ipſius cauſa cauſa eſſe poteſt: ab efficiente enim effectum fit nō efficiens: & efficiēs nihil aliud eſt quàm cauſa. Dicebat Plato libro de legibus, res omnes quæ ſunt, quæ futura, quæque facta ſunt; vel natura vel fortuna vel arte fieri: & in Timæo duas cauſarū ſpecies dixit: vnam quidē neceſſariam, alteram verò diuinam: ac diuinam in omnibus quæ-

PROPTEREA quòd tot ſunt curandi rationes, quot ſunt morborum ideæ (vt enim morbus à morbo differt, ita curatio à curatione) iá non ſatis eſt differentias morborū tenere, nisi etiam ſingulorum cauſas exactiſſimè Medicus ſciat. nam & cauſæ prę ter naturam ſunt, non tamen primò & per ſe, ſed mediante morbo & ſecundariò lędunt operationes. Cauſas omnes diuidunt in quatuor: materialem, formalem, efficientem & finem: materiam pro ſubiecto accipientes humanum corpus ſtatuunt; formá verò morbi ſpeciē in materiam impreſſam; finem actionum lęſionem, & interitū; efficientem autem quę corpus immutat. hanc diuidūt in cauſas primitiuas, quas & externas vocant; & in antecedentes, quas & internas & corporeas nominare ſolent. has recentiores iterum diſcernūt in coniunctas; ſic enim eas cauſas vocant quę actu iam morbū fouent: quæ verò proximæ ſunt vt in coniunctas tranſeant, antecedentes cauſas eſſe dicunt: hæ coniunctas mouent,

De morborum cauſis.

Cauſæ quatuor.

Cauſa efficiens triplex.

uent, & illæ ab externis originẽ semper ducunt. Præterea aliæ sunt necessariæ; vt cibus & potus, aër & reliqua huiusmodi: aliæ non necessariæ: & harum aliæ sanitatem tuẽtur, aliæ ipsam depellunt, aliæ verò ipsam restituunt: harum etiam alia præcipuum locum obtinet, alia adiuuat, alia verò causa sine qua non, dicitur. interiores verò causæ sunt, spiritus, humores, excrementa, & tandẽ omnia contenta; quæ si à sua bonitate decedant, morbos pariunt. decedunt autem, aut qualitate aut quantitate: omnia exuperare & deficere possunt, præter spiritus & insitum calorem & humidum radicale, quæ nunquam ita exuperare possunt vt lædant. Nunc succinctim explanauimus elementa illa, super quæ methodus medendi fundatur. sunt verò quatuor quę semper in corporibus nostris sunt, siue sani siue ægri simus; ac vnius natura ad alterius ꝑta accedere videtur, vt accurato iudicio vix discerni possint. sani quidem incolumes habent actiones; cuius ratio est, quia & affectus siue cõstitutio corporis & partium omnium secundùm naturam se habet: ex quo constat, causam affectus illius

Alia causarum diuisio.

Causæ internæ.

Quę quãtitate lædere possunt, & quę nõ.

Quatuor quæ semper sunt in corpore nostro

rere, vt vitã beatã quoad natura nostra possibile est adipiscamur, necessariã illorum gratia perscrutari. cogitare enim oportet, absq; iis, illa in quibus studium ponimus non posse vel comprehendi vel quomodocunque aliter percipi. distinxit idẽ Plato dialogo de regno, causam à concausa: vnam quidem generationis, vt ita loquar, cõcausam; alteram verò causam ipsã. quæcunque rẽ ipsam nõ fabricant, sed fabricãtibus organa subministrãt, quibus absentib⁹ institutum opus nequaquam perficeretur, eas concausas, vt ita dixerim, nominauit: eas

illius naturalem esse similarium quidem bonam tẽperaturam; instrumentalium bonam constructionem; similariũ & instrumẽtalium bonã vnionẽ. Si verò præter naturam afficitur quis, itidem quatuor rerũ differentiæ exactissimè sunt animo cõprehendendæ:

autem ipsas quæ principaliter faciunt, causas appellauit. Aristo. ita diuisit causas: propter quod fit aliquid, finalem scilicet; id à quo, efficiẽtem; ex quo, materialem; per quod, formalem. Medici autem causam id esse volunt quod suapte natura ei quod fit aliquam suæ generationis partem inducere potest. quo enim tangente, vt inquit Gal., afficimur, & separato cessat affectus, id causam eße asserit. quæcunque igitur ex sua natura ad generationem eius quod fit conferunt, hæ causæ per se primò ac veluti principia dicuntur: quod verò non ex sui natura sed per accidens quidquam efficit, impropriè causa dicitur. Morbificæ verò causæ diuiduntur in externas & internas: internæ in antecedentes & continentes. & præter has etiam diuidunt in conseruatricẽ, præseruatricem, instrumentum, causam sine qua non, auxiliatricem, manifestam, obscuram, abditam, & in causam per accidens. conseruatrix ad præsentis corporis illæsionem attinet: præseruatiua ab imminenti morbo corpus tuetur: instrumentaria causa tanquam adminiculum ad effectionem existit: causa sine qua non licet non efficiat, tamen sine ipsa effectio non sequitur: auxiliatrix socia existit ac concomitatur vt effectus faciliùs producatur: manifesta causa quæ ex sui natura sensibus se offert: obscura & abdita, quæ non adeò sensibus patet, sed longè maiori speculatione indiget; quemadmodum Hippocrates ob sacratiorem dignotionem quæ in aliquibus morbis existit aliquid diuinum in eis esse dixit: causa per accidens, cùm vtputa ex refrigeratione aqua frigida alicuius partis calor insurgens magis intenditur: causa efficiens est illa quæ corpus immutat: cuius aliæ nobis sunt insitæ & cõgenitæ; aliæ aduẽtitiæ. insitarum aliæ naturales; nam calor insitus indies humidum depascit: aliæ præter naturam; & hæ ex parẽtum semine & materno sanguine proficiscuntur. Habẽtur autem omnium morborum causæ hoc pacto. caloris quidem causæ sunt motus immoderatus, humorum putredo, meatuum obstructio, cutis constipatio, approximatio & contactus rerum calidarum, cibaria & medicamenta calida & acria. frigidi morbi causæ sunt otium, dissipatio natiui caloris, densatio totius aut partis, approximatio & contactus rerum frigidarum, cibaria & medicamenta qualitate sua frigida, vel quæ sua quantitate ca-

2. Morbus

lorem extinguunt. humidi morbi sunt causæ, cæli seu aëris constitutio, vita otiosa, mollis educatio, exercitium post cibum mediocre, balneum dulcis & tepidæ aquæ, potus plurimus, ciborum humidorum ingluuies, somnus longus, quies animi & corporis. sicci morbi, aër siccus, balnea exsiccantia, præsertim ieiuno ventre, plurima transpiratio, cibaria & medicamenta siccantia, vigilia, immodica cura, sollicitudo, mœror. Ex his etiam colligere possumus compositorum causas. Instrumentariarũ partium morborum causæ: conformationis morbus consistit in facultatis vitio; aut in partu, aut postea: magnitudinis auctæ, vtilis materiæ copia, virtus valida, quæ calore & frictione iuuatur; minuunt cõtraria; præterea sectio, vstio, putrefactio, mortificatio partis à frigore immodico. Numeri, cùm aliquid superest aut deficit. cùm superest, adest materiæ benignæ copia: contrà cùm deficit. concauitatis & meatus vitia sunt coalitus, obstructio, angustia, laxitas. asperitatis & læuitatis vt plurimum sunt causæ externæ. Continui solutiones efficiunt internæ quidem causæ: motus animalis incompositus vel repentinus, humores praui exuperantes, vel acres vel pungentes, vel exedentes, & plenitudo ad vasa quæ dicitur: externæ causæ; motus vehementia, omnia incidentia, acuta, ad secandum idonea, frangentia, contundentia, rumpentia; & omnia erodentia, vt caustica medicamenta & valde acria. Causæ etiam non vni semper morbo additæ sunt, & quandoque implicitæ, vt vix vnquam seorsum eximi possint; quandoque connexæ, ita vt necesse sit antecedentem prius tollere; quandoque disiunctæ, & tunc seorsim adimi possunt.

Tria sunt in corpore præter naturá.

²Morbus igitur qui est sanitati cõtrarius, videlicet affectus præter naturã; quem sequitur actio læsa; & causę quę morbum præcedunt; & symptomata quæ morbum comitãtur. sed & actio læsa species est symptomatis. Hinc tribus generibus, omnia quæ præter naturam ęgris insunt, comprehendũtur; causis morbi, morbo ipso, & symptomatibus morbum comitantibus, tanquam vmbra corpus.

2. Est enim morbus affectus præter naturam actionem primò & per se lædens. aliqui dixerunt, dicendũ esse cõtra naturã: sed addendo, quòd actionem lædat, nihil interest. causa est affectus morbum præcedens, & à quo is affectus qui morbus nuncupatur originem ducit.

Symptoma verò est affectus morbum cõsequens: &, ut inquit Galenus primo Metho. quæ constitutionẽ unde actio sequitur necessariò sequuntur, sanis quidem nobis accidentia; ægrotantibus symptomata nuncupantur: quidquid enim animali præter naturam accidit, id symptoma dicitur. diuiditur symptoma bifariam à Galeno libro De Symptomatum differentiis: generatim & speciatim; nam sub symptomatis generaliter dicti appellatione morbus & præcedentes morbi causæ cadunt: Speciatim dictũ est, quicquid præter naturam se habet; exceptis tũ morbis tum eorum causis. huius triplex est differentia: alia enim corporis nostri sunt affectus, alia functionum noxa, alia utraque comitantur. differt à passione symptoma, quòd omnino hæc sit in motu, & quandoque secundùm naturam; symptoma verò non solùm in motu sed etiam in habitu, & permanentia; omnino tamen præter naturam. contingit tamen quandoque symptoma & passionem eandem rem nominari, ut probat Galenus De tremore.

CAP. XII.

De Symptomatibus.

1. Sub symptomatis generaliter dicti appellatione, & morbus, & præcedentes morbi causæ cadunt, ut inquit Galenus De symptomatũ differẽtiis. Symptomatum agnoscẽdorũ, non solùm facultatẽ oportet habere Medicum, ac generationis eorum inue-

SYMPTOMATA omnia tribus generibus comprehenduntur: primũ genus consistit in læsa actione; secundum in qualitate mutata, siquando exit, aut retinetur quidpiam præter naturam; tertium in accidentibus. Primum symptomatũ genus maximum habet cognitionis vsum. omnis enim actio editur ab aliqua particula; quę si præter naturam afficitur, actionem ipsius læsam esse constat. Cognitis itaque actionum differentiis, ac partibus producentibus actiones; ex actionum differentiis partes affectas deprehendemus,

Symptomatũ triplex genus.

Ex actione læsa maximè morbus dignoscitur.

demus, easque morbo aliquo affectas esse constabit: siquidem morbus ipse essentialiter lædit operationes. at si similaris alicuius partis læsio fuerit, ipsam aut morbo in tota substantia, aut intemperie, aut solutione cõtinui laborare constabit. si organi actio læsa est, cùm à triplici morborum genere lædi possit, ineunda erit consideratio; quo morbo, vno aut pluribus sit affectum. si plures læsæ fuerint, eadẽ methodo partes affectas deprehẽdet. Sed hæc propriè ad agnitionem locorum pertinent. Omnes verò actiones quæ in corpore humano consistunt tribus generibus cõprehẽduntur: facultate animali, vitali, & naturali. animalis cerebrum fons est; vitalis à corde manat; naturalis singulis animantis particulis est indita, hepar verò nutrimẽti vniuersarum est officina. Sed & cor, cerebrum & omnia membra sensitiua & motiua virtutibus naturalibus participant. Animalis vis & operatio triplex est: quædam sunt principes, quędam sensitiuæ, quædã motiuæ. Principes operationes sunt, imaginatio, cogitatio, memoria: sensitiuæ operationes externæ sunt, videndi, audiendi, odorandi,

Tres sunt facultates.

Animalis vis triplex.

nienda peritũ esse; sed etiam modi quo generentur, quẽ inter effectricium causarũ differẽtias numeratur, vt inquit Galen. De symptom. causis cap. vl. Symptomata, quæ virtuti officiunt, submouere primũ cogimur, curandi ratione ad præsens mutata, vt inquit Galenus lib. 12. Meth. c. 1. Quæ constitutionẽ, vnde actio sequitur, necessariò sequũtur, sanis quidẽ nobis accidẽtia, ægrotantibus symptomata nuncupãtur, vt inquit Galenus lib. 1. Meth. Meden. cap. 9. Symptomata à functionum vitio, quadãtenus distincta, vt inquit

odorandi, gustandi, tangendi: Motiua actio genere vna, recipit tamen differentias à motibus diuersis. Actio vitalis est operatio cordis, motus, & spiritus vitalis generatio. Operationes naturales sunt: trahere sibi conueniens nutrimentum, alterare ac sibi assimilare, retinere, concoquere, & postremò excrementitia expellere. Omnem verò operationem à morbo solùm lædi antea ostendimus. Est autem triplex modus quo operatio lædi potest: primò cùm particula facit quidē suam operationem, sed debiliter; vt, si quando cōcoquit vētriculus cibos assumptos, sed vix & longo tempore: Secundò læditur cùm deprauatè; vt cùm operatio minimè ita fit vt eam fieri natura constituit; Sic ventriculus aliquando concoquit, sed corrumpit quæ assumpsit. Tertiò læditur operatio ablatè, cùm omnino aufertur; vt cùm ventriculus cibos omnino crudos per inferna extrudit. atq; hæc tria symptomata in virtute concoctrice ventriculo accidunt: quatenus verò ipsemet nutriri debet, hic quoque tres symptomatum differentiæ illi accidere possunt: & sic in reliquis tribus operationibus idem est

idem Galenus lib. 1. Metho. med. cap. 8.

In omni symptomatum genere, aliud est actionis veluti amissio, seu priuatio; aliud velut inchoata, deficiensq́ue actio; aliud praua, & errans, vt ait Gal. lib. 3. De symp. causis cap. 1. Ex symptomatis actionum offensæ si cōtristant, solicitudinē Medici ad se conuertunt, affectūque deserere cogunt. vt inquit Galenus 12. Meth. medend. ad principium.

Symptomata quæ virtutem lædunt, curationem interpellant, vt inquit Galenus lib. 12 Metho. medēd. cap. 1.

Symptomata lædētia vires, sunt vigiliæ,

Actio vitalis.

Actio naturalis.

Tribus modis læditur actio.

Quot symptomatum differentiæ accidunt vétriculo.

est iudiciũ. quare duodecim symptomatum differentię vẽtriculo accidere possunt: & in eo quod est cõcoctionis instrumentum, duodecim aliæ; quia & corpus ipsum nutriri debet. Cõstat verò os ventriculi esse instrumentum appetentię animalis cibi, & potus: quę virtus sensitiua ac animalis est. in qua operatione rursus alia tria symptomata circa appetentiam cibi; & alia tria circa appetẽtiam potus accidere possunt. sic percurrere licebit omnium particularum operationes. in naturalibus enim operationibus quæ omnib^9 communes ac necessariæ sunt, duodecim symptomatum differentiæ inueniuntur. quod si pars ipsa sentiẽdi vim habet, quindecim: si verò sentiendi & mouendi facultate viget, decem & octo differentiis symptomatum tẽtari potest. Sic symptomatum seriem colligere licebit in operatione videndi: vtcunque enim lęditur virtus visiua; aut debilis erit visio aut corrupta aut ablata. sic in auditu, gustu, olfactu & tactu.[2] Sensus tamen tactus peculiare habet symptoma, nempe dolorem, qui omnibus partibus quæ sensu cõmunicãt, est communis: peculiaribus

dolor, immedica vacuatio, vt inquit Gal. eodẽ lib. & capite. Symptomatũ quæ febribus accidunt, tres prima differentia: Aut enim in actionum offensa consistũt, aut in retentorum vacuatorũmve immodico excessu, aut corporũ ipsorum affectu; vt idem Galenus inquit lib. 12. Meth. med. cap. 1.

Quot symptomatum differentiæ parti accidere possunt.

Sensus tactus peculiare symptoma.

2. Cùm solius manus tangendi sit iudicium verum ac certum; videtur quòd

quoque nominibus, pro locorum qui dolore cruciantur varietate, effertur. ita & operatio motiua aut debiliter, aut corruptè, aut ablatè vitiatur. hæc quoque symptomata variis nominibus pro diuersitate partium efferuntur; vt apnœa, orthopnœa, paralysis linguæ, stridor dentium. sed sufficit methodū ostendisse, cuius adminiculo particularia omnia explicari poterunt. Secūdum symptomatum genus, cùm corpus aut in colore, odore, duritie aut mollitie & similibus à naturali mediocritate discedit: hæc enim omnia à morbis fiunt. Tertium verò genus est cùm præter naturam excernitur aut detinetur quidpiam, quod excreuisse aut detinuisse est vtile. quæ excernuntur, aut à tota substantia, aut quantitate solum vel qualitate præter naturā sunt; additur etiam excernendi tēpus, locus & modus. à substantia tota peccat cùm est toto genere præter naturam, vt calculus in renibus: quātitate, cū abundantiùs excernuntur vel parciùs: qualitate verò, cùm peccant colore, odore, sapore, consistentia. color & sapor humoris permixti naturam cōsequuntur: Prauus odor putredinē indicat:

tātùm & propriè hominis sit sensus tactus, atque is certissimus & exploratissimus; hac ratione quia nudum atq; imparatū maximè & dignoscere oportebat & cauere: & ideo homini mollities tradita est, vt hac recessus esset ad mediocritatē ab intēperie brutorum. tactus tamen sensus non vnus est; nō instrumēti diuisione, sed obiectorū ratione. sed illa etiam diuidi possunt: nam si verū est, quòd alij sint nerui sentientes, alij mouentes; nō erit igitur idē neruus qui calorem & qui grauitatem, mollitiem aut duritiem sentiet: hæc enim posteriora resistunt, & nō

Secūdū symptomatum genus.

Tertium

Substantia.

Quantitas.

Qualitas.

Consistentia. indicat: Cõsistentia permutatur iuxta humorum imperfectam mixtionem, & prauam concoctionem: quãtitatem verò augẽt ciborum copia, corruptio, acrimonia, virtus expultrix stimulata, materia lubrica, rententiuæ facultatis imbecillitas, partis exquisitior sensus, impedita alimenti distributio, excrementa aliundè trãsmissa, & colliquatio totius corporis: minuunt his contraria; & præter hæc viarum angustia, per meatus insensibiles magna resolutio: excernendi modus; vt sanguis exiens vena rupta, vel multitudine, vel ab acri humore exesa, vel osculis patefactis ex sanguinis tenuitate. Atque hæc omnia morbos sequuntur. perpetuò enim symptomatum causa morbus est: at in symptomate excretionis, obseruatione dignum est, ne operationem cum symptomate confundamus: habent enim aliquando similitudinem, ita vt operatio putetur symptoma; vt cùm in ægris fiũt excretiones & quantitate & qualitate à naturali habitu excretionum differẽtes; tamen quia animanti conferunt, non symptoma censendæ sunt, sed operatio naturę vincẽtis. symptomata enim omnia

Quo pacto quãtitas excrementorũ augeatur vel minuatur.

Modus excernendi.

Quomodo differat operatio à symptomate.

cedũt actioni: sentitur solùm grauitas à motrice atque ab ea iudicatur. sed hoc omnino nõ est verũ; cùm omnes nerui mouentes sensu etiam præditi sint: deinde, si sensus tactus iudex esset grauitatis, vtiq; etiã esset eius contrarij videlicet leuitatis. grauitas enim & leuitas ad substantiam pertinere videntur: nec etiã definitio grauitatis cõuenit sensui tact⁹. est enim grauitas qualitas siue substantialis siue accidentalis, qua mouetur mobile deorsum. hoc autẽ [sursum] & [deorsum] nullo tactu comprehendi potest: est enim grauitas obiectũ motiua

omnia præter naturá sunt: sic Diocles quoque sudorem omnem symptomaticum existimauit. Nec est vt quis obiiciat, symptomatum differentias tantopere non conferre, vt in earum inquisitione tantum industriæ impendamus; maximè cùm Galenus doceat nullam curatiuam indicationem esse sumendam ab ipso symptomate: cui obiectioni facilè occurritur, à morbo quidem curatiuam indicationem esse sumendam, & ad eius curationẽ symptoma quoque auferri: tamen sæpè ob eorum impetum, ad symptoma primo respicere Medicus cogitur.

Cur adeò symptomatum cognitio cõferat.

potestatis, cui cõpetit actio. tactu igitur deprẽdere possumus motũ, non autẽ grauitatẽ. dicunt etiam nec percipi à sensu compressionẽ, nisi quatenus fiat aliqua motio vel dolorem inferat. & cùm dolor sit excessus naturaliũ sensionũ, poterit esse eadẽ species cum specie quæ non facit dolorẽ, gradu tantùm distabit. nam si calor vt duo nõ facit sensionem, faciet vt quatuor; dolorem videlicet, qui nõ erit à priori illo diuersæ speciei; cùm dolor sit inpactio speciei naturam lædentis, & ipsamet læsio: quæ species si sit naturæ conueniens, eius perceptio voluptas erit; si sit contraria, eius actio erit dolor. ex his videtur quòd voluptas & dolor sensiones sint, & per consequẽs non sentiantur: quia anima sensibilis non est nisi ad qualitates; & sensu non sentitur nec à se nec ab alio non primo: quia sensus non apprehendit se, nec instrumentũ suum, quandoquidem est virtus materialis, quæ non potest reflecti supra seipsam. hoc enim tantùm attinet ad immateriale: ideo intellectus intelligit se vt alia; tertio De anima; nec ab alio percipitur sensio, quia illius sensionis esset alia sensio, & sic esset processus in infinitum, quod abhorret natura. ad hæc, si dolor sentitur, sentitur sensu tactus, comprendendo dolorem tanquam sensibile: sed dolor non connumeratur inter sensibilia; cùm sensibile perficiat sensum, ducens quod erat in potentia in actum; sicut intelligibile intellectum: dolor verò non solùm non perficit, verumetiã destruit virtutem sensitiuam. Contrà verò est omnis Medicorum schola. cùm dolor sit signum, & cùm sensus animali traditus sit vt quæ prodesse & obesse possunt dignosceret: dolor autem hæc operatur: ergo sentitur. aliqui dicunt dolorem tanquam sensionem non sentiri, sed speciem commoda

aut

aut incōmoda rei; quæ species est efficiens causa sensionis, sicut impressio est efficiens causa impressæ imaginis in ceram. sed fortaßè non est incōueniens dicere, dolorem non esse sensionem seu sensum, sed potiùs sensionis passionem, & obiectum: & etiam quòd sit ad aliquid dolor, nihilominus præter primas qualitates aliæ etiam à tactu dignoscūtur; quēadmodum asperum & læue, quæ sunt in genere positionis. nec semper est verum quòd sensibile perficiat sensum; excellens enim sensibile corrumpit sensum. ideo non valet comparatio intelligibilis & sensibilis; quātò enim magis intelligibilia sunt maiora, tantò magis corroborant intellectum. & licet dolor dicatur actio læsa, hoc tamen fit ratione morbi, qui actio est lædens. tamen actio læsa symptomatis vel doloris, est magis in fieri quàm actio lædens. Plato quàm plurima attulit ad dolorem & voluptatem, quas reduxit ad concretionem & discretionem. si verò doloris inquisitionem & definitionem habere volumus, necesse est prius scire quòd dolor dupliciter accipi potest: vel strictiùs vel paulo latiùs. strictè enim acceptus dolor, est passio appetitus sensitiui sequens læsionē tactu perceptam: latiùs verò loquendo, sumitur quandoque pro passione sequente apprehensionem læsionis, factam à quacunque potentia interiori vel exteriori, sensitiua vel intellectiua. & hac secunda ratione est etiam dolor qui non est nec morbus nec symptoma; quemadmodum cùm mortem & miserias alienas dolemus. Postquam cognouimus essentiam doloris, nunc videndum est à quanam causa oriatur. aliqui dicūt solam alterationē esse doloris causam, vt Auerr. cùm enim omnis actio à qualitate perficiatur, quia actio ex contrarietate surgit; contrarietas verò qualitas propriè susceptiua existit; dolor autem actio quædam est, cùm eße eius in fieri consistat & in alterari; est etiam in motu qui proprius est actionis; ideo dolor ex alteratione subita, & non ex solutione continui accidit. contrà verò alij asserunt, fieri tantùm à solutione continui. nam solutio vnitatis in omnibus sensibus potest dolorem inducere: nam ad subitam alterationem, extendendo in calido, et cōstringendo in frigido, sequitur diuisio & separatio vnionis. deinde, alteratio non potest statim & confertim ex se dolorē inferre cùm alteratio egeat tempore. alij dicunt à nulla duarum causarum fieri dolorem: quandoquidē sensus suscipit species sine materia, ex quo susciperet secūdùm intentionem: ergo non propriè dolorem inducit, cùm nihil agat vltra suam speciem. sed iam superiùs declarauimus, quomodo dolor sit sensus; est itaque sciendum, quòd tametsi duæ referantur causæ doloris; deueniendum est tandem, quemadmodum contingit in omni multitudine, ad vnitatem; quæ erit in hoc immoderatio vel potiùs inconueniētia vel improportio, quod erit vtrisque commune. Quomodo autem repentina alteratio & solutio continui sint causæ doloris, ita inuestigari potest. calidum etenim & frigidum sunt causæ per se doloris: est enim

duplex eorum actus: unus quidem essentialis, calefacere videlicet & infrigidare, & ita primò lædunt alteratione violenta: alter verò actus est, extendere & dilatare, contrahere & constringere, & hoc pacto per accidens, & secundò inducunt dolorem, & unitatem soluunt. siccitas verò qualitas passiua, etiam per accidens dolorem inducit; cùm ex siccitate partes dehiscant: eam sequitur alterius generis causa, videlicet vnitatis solutio. humiditas verò nec per se nec per accidens potest esse causa doloris, nisi ratione multitudinis: & secundùm Auer. ex humiditate sola grauitas percipitur; dummodo tamen non sit composita seu coniuncta cum alia qualitate. est autem subita alteratio causa doloris; non ita tamen repentina vt sine solutione continui inducatur: est enim solutio vnitatis, causa doloris; quandoquidem vehementer & subitò impressionem facit: non tamen per se & immediatè sentitur, sed ob naturam temperiei. nec dicẽdum est quòd dolor sit alteratio, sed potiùs alteratio doloris est causa. & licet dolor sit actio, nõ tamen fit à sola qualitate simpliciter, sed à qualitate quæ sustinetur in materia, vt ita loquar, dimensionata. & dolor qui à subita alteratione fit, aliter qualitates habet subiectum disponentes; & aliter à solutione continui cõtingentes. & alteratio videtur non esse causa primaria doloris, non alia ratione nisi quia tandem consequitur eam solutio vnitatis: & ita ex duobus simul iunctis maior excitatur dolor. & à solutione vnitatis quæ extrinsecus aduenit, statim etiam sequitur partis intemperies. & dolor in sensu nõ euenit ex perceptione speciei sensibilis obiectæ, verùm ex medio organum tangente: medium enim excedens proportionem sensitiui, id dolorẽ facit: & quia necesse est vt inter sensum seu inter sensus instrumẽtum & obiectum intersit medium; quod quidem manifestè apparet in reliquis sensibus; non ita tamen manifestum est in tactu: nam ex contactu tantùm fit sensus tactus; quod non contingit in reliquis. in his enim sensorium positum supra sensum, corrumpit sensum; quod non fit in sensu tactus. ergo dicunt quòd cutis est medium inter obiectum & sensum tactus: si hoc esset verum, ipsamet cutis non sentiret; aut necesse esset vt aliud haberet medium. præterea, vt inquit Arist. 2. De anima, quòd recipere debet opus ab aliquo obiecto seu sensorio, oportet vt sit expers illius qualitatis. & ita hoc pacto cutis esset denudata à natura ab omnibus qualitatibus sensibilibus: dicunt tamen Medici, quòd cutis est tanquam regula & mensura omnis sensus & temperamenti. sed videtur quòd veritas ita se habeat, quòd ea cutis tenuis & externa in superficie posita quæ epidermis dicitur, caret sensu, cùm neruus ad eã nõ pertingat; altera verò cutis crassior & quæ carni adhæret, & cõtexta est ex carne & neruis: & ideo sentit, & est spermatica, ideo non regeneratur; cuticula verò deperdita refici potest & regenerari, quia non est cõposita ex neruis nec aliis partibus spermaticis: cùm igitur

non

non adſit neruus in ea, nec etiam aderit ſenſus: cuius indicium, vt dixi, quia regeneratur. & eſt ſciendum, quòd non oportet cutem denudatam eſſe ab omnibus qualitatibus. eſt enim proprium omnibus inſtrumentis ſenſuum, nihil habere in actu ex eis quæ comprehẽdunt, niſi inſtrumẽto tactus: hoc enim comprehendit in communi qualitates ex quibus conſtituitur; non autem in ſpeciali, cùm ex contemperatis conſtituatur. percipit autem extraneas tanquam alienas: & ideo cutis cùm ſit temperata, omnes qualitates percipere poteſt.

CAP. XIII.

De partium affectibus.

PRÆTEREA cùm ſymptoma effectus ſit morbi, Medicus id in ſignorum numerũ reponit. Sed in primis, vt oſtendimus, lucida habenda eſt diſtinctio Cauſarum, Morbi, ac Symptomatum; ne in rebus ipſis vlla fiat confuſio. alioqui enim & ratio medendi claudicabit; et qui morbi nomina ſumunt: in quibus ſi quis harum rerum fecerit commiſtionẽ, iam ilico medendi ratio euanuit. [1] nam ſæpè morbis à ſymptomate nomen imponimus; vt ſpaſmus: aliquãdo à ſymptomate & loco affecto; vt cephalalgia: quidam à loco affecto tantùm; vt pleuritis: nonnulli à cauſa putata; vt melancholia: nonnunquam à ſimilitudine alicuius rei; vt cancer. quidam deinde morborũ nomina, nec locum affectum,

Quo modo morborum nomina ſumãtur

1. Morbi alij à parte cui inſident, nũcupati ſunt; vt pleuritis: alij ab efficiente materia; vt melancholia: alij ab ingẽti quodam ſymptomate; vt epilepſia: alij ab externarũ

verũ ſimilitudine; vt cãcer. Dicunt etiam componi ſex morborũ ſpecies ſimul; vt contingit in ophtalmia primò tumor, qui eſt morb⁹ inſtrumentalis in quantitate; cuius calor eſt morbus in intemperie; vlcus ſolutio vnitatis; vueæ egreſſio morb⁹ in quãtitate; meatus à ſuo loco dimotio, morb⁹ eſt poſitionis; aqua quæ morbum obſtructionis conſtruit; tãdem vngula qui morbus in numero exiſtit.

affectum, nec cauſam exprimunt. In quibus omnibus ſciat Medicus de nominibus nõ eſſe contendendũ, modò rerum fecerit veram diſcretionem: ne cauſam pro morbo & cõtrà; nec morbum pro ſymptomate nec contrà acceperit: ſic etiam diſtinguat, an vnus, vel plures morbi; an ſimplex vel compoſitus. ſi plures, an ſint diſiũcti, videlicet in diuerſis partibus; vel ſimul implicantur, & communia habeãt ſymptomata, vt tuſſis in pleuritide & aſthmate: vel ſe mutuò cõſequuntur, cùm prior poſterioris eſt cauſa: idque vel ex ipſa morbi natura, cùm pleuritidem ſequitur febris; vel ex partium cõditione, ex earum vinculo & ſocietate, ex ſitu earum, nec non ex fortitudine vel imbecillitate partis. componuntur verò morbi variis modis; ſimilaris cum ſimilari, vel cum organico, vel ſolutione vnitatis, ad inuicẽ inter ſe. tria quandoque ſimul componuntur; vt in phlegmone vlcerato: hæc enim rerum diſtinctio fundamentum eſt artis curatiuæ. Non ſolùm verò morbum, cauſam & ſymptomata cognoſcere oportet: [2] verũ etiã in omni curatione locum affectum agnoſcere neceſſum

Morborum diuiſio.

De locis affectis.

2. Capitis affectus quoſcũque vſus notauit, nõ mor-

necessum est: pro locorum enim varietate curatio variatur. Iam ad huius methodi cōstitutionem accingamur, quam & in superioribus aliquantulū attigimus. Ratio itaque agnoscēdi locos affectos, si ad vniuersalem quādam instructionem, quo videlicet fundamento subnixa sit, respicimus, breuis; si verò particularium omnium interiorum partium notitiam cùm præter naturā afficiuntur, habere laboramus, breuis tractatio non est: exercitatæ enim cognitionis virum desiderat; tum in partiū actionibus & maximè anatomicæ. Nos capita, atque adeò methodum generalē in qua cognoscendi locos affectos ratio consistit, perstringemus; ex quibus particularia omnia nullo negotio formari ac comprehēdi poterunt. Est itaque prima quodammodo ratio ab operatione læsa. hæc quidem morbi est symptoma, & Medico signum. Videndū ergo in primis si qua actio sit læsa: quippe cùm ipsa, proprium actionis instrumentum affici est necesse. dehinc inuenta particula quæ eam actionem edit, notabimus quo morbi genere afficiatur; similari, instrumentali, an solutione continui;

bi sed symptomata sunt.

hæc in tres ordines ex affecta sede, partimur: alij capitis mēbranas, alij cerebri substantiam, alij meatus obsident.

in membranis dolores; in cerebri substantia, mentis deprauata functio; in viis, sensus & mot⁹ deprauatio.

Dolor acer ab humore aut vapore fit bilioso membranas feriente: grauis, à frigido eas à calua deducente; pulsans, à tenui sanguine arterias distendente.

Dolor capitis internus aut externus si per multos annos infestet; si partē, Hemicrania, si totū cephalæa. cephalalgia omnibus est genus.

Desipientium tres sunt ordines: alij cogitatione, alij verbo, alij opere. desipientia alia cum febre, alia sine febre: cum febre deliriũ & phrenitis. delirium fit ex feruenti humore vel vapore, in cerebrum effuso; & est symptoma febris. Phrenitis ex inflammatione vel erysipelate; & causa est, nõ symptoma. quis humor sit, ex delirationis speci[illegible] dignoscitur. Desipientia sine febre: alia simplex, ex vigiliis, ex capitis ictu, ex multa vini potione; alia melancholica cuius tres sunt species: melãcholia, lycanthropia, et mania; melãcholia est mentis

cõtinui; aut, horum vno aut pluribus. sed cùm omnis morbus, aut primariò in ipsa parte cuius actio læditur, consistit; aut per consensum; aut vtroque modo læditur ipsa operatio: diligenti examine suspicienda pars affecta, quo pacto per consensum afficiatur. hoc enim contingit, vel cùm pars aliquid ab alia parte excipit; vt in vaporibus accidit è ventriculo in caput elatis: vel cùm facultas inhibetur ne ad partem perueniat; vt si quis læsa spina, crure laborat: vel cùm materia non accedit ad partem cui opus est; vt si pulmo afficiatur; & inde sequatur vocis vitiũ. si ergo per consensum afficitur membrũ, deinde primariò affectum inuestigabit: cuius affectus si curatus fuerit, membrum per consensum affectũ ad naturam suam redibit: nisi cõtraxerit permanentem dispositionem, ita vt morbus iste per cõsensum impresserit suam affectionem; tum enim & hoc propriam requiret curationem. Cognita itaq; varietate partium, & ipsarũ actione; facilè habebit viam inueniẽdi locum affectum: nullius enim mẽbri actio læditur, nisi afficiatur morbo. læduntur verò actiones tripliciter. Descẽdendum

Morbus aut per se aut per consensum.

dēdum itaque est ad particulares omnium membrorum actiones; tum sensus, motus, partium naturaliũ & cordis ipsius: & ita deinde ex actionum læsarum differentiis, differentias partium affectarum colliget. Ab iis verò quæ excernuntur, locum affectũ Medicus cognoscere potest; ideóque differentiæ & excrementa tum subinde dignoscuntur ex substantia vel deleta ac soluta à quibus certa est loci affecti cognitio. Sed in iis magnopere locus ac regio vnde ferantur obseruãdus est. item substantia ac essentia & magnitudo eorum quæ excernuntur & excernendi modus: nam ex arteria, saliendo sanguis fluit; ex vena verò nõ similiter. est etiã vt bronchia tussiẽdo eiiciantur, quæ maximum vlcus in pulmone esse, ostendent. sed & à magnitudine horum, loci affecti sumitur notitia, adiuncto tamen semper positu ac regione vnde ferũtur; si enim infrà ramentum deiicitur, intestinorum vlcerationem esse significat: si subtile fuerit, intestina gracilia affici; si crassũ, intestina crassa laborare deprehendimus. ita quoque à substantiæ essentia, locum patientem produnt. si enim membra-

Locorũ affectorum dignotio ex excrementis.

alienatio, qua laborantes cogitant, vel loquuntur, vel efficiũt absurda, eáque omnia cum metu & tristitia: lycanthropia, cùm vel lupos vel aliquid aliud se esse putant. horũ infinitæ sunt species. mania furor est, & insania in modum feræ. melancholia triplex: hypochõdriaca, cùm ex sinistro hypochõdrio vapor ater aut humor irrepit in mẽtem; & est omnium mitissima. cuius signa sunt, præcordiorum pulsatio, ructus, rugitus, cordis palpitatio, æstus, sputum humidũ copiosum, lienis aut mesenterij dolor, aut tumor; frigidis, alui deiectione, vomitu inan-

membranoſa excernuntur, locum affectum membranoſum oſtẽdunt: Ita Hippocrates ſcribit , quæ à renibus excernuntur carunculæ; quæ à veſica lamulæ ſpeciem referre; tales enim ab vtroque mẽbro partes reſolui poſſunt. interdum ab exeuntibus, quæ naturaliter in locis propriis continentur, ipſe locus affectus deprehẽditur: vt ſi quãdo aër per vulnus effertur; ſi cibus aut excrementa aut vrina per vulnus peritonæi excernuntur , locus affectus cognoſcitur. præterea à rebus præter naturam in locis contentis; vt ſi ex renibus, veſica, lapis vel pus educantur. Nec minus cõſideranda ſunt partium affectarum excrementa , coctáne an cruda exiſtãt. ſic ſputum, vrinam, alui deiectiones & reliquarum partiũ ſuperfluitates conſideramus; nam ab iſtis robur partium deprehendimus. à doloris verò ſpecie: vtrum grauatiuus; hic à multitudine vel flatu: ita etiam diſtendens, pungitiuus, mordicatiuus, exulcerans , acrem humorem, membranoſas partes affectans; conuellens, neruos & tendones; extendens, venas; contundens & profundus, oſſium mẽbranas; mollis & laxus, carnem; grauis &

tur: primaria altera, in qua primariò cerebrum afficitur; vel ex totius corporis vitio; & est tertia melancholia genita ex aduſtione bilis atræ, flauæ vel ſanguinis, quæ facit maniam. Stultitia Græcis μώρωσις, eſt imminuta functio cum quadã ignauia. amentia, quæ ἄνοια, eſt mẽtis inopia; huius claſſis eſt obliuio. omnium autem cauſa eſt cerebri frigida intemperies, quæ functiones omnes ſegnes reddit. Somnus non naturalis fit cerebro oppleto vapore vel humore frigido; cuius ſi magna copia in cerebri ſubſtantiam effundatur, altum ſoporem

Dignotio à ſpecie doloris.

& obtusus, viscera vel aliam partem sensus hebetioris; pulsans, ibi subesse arteriã indicat. etenim vbi est dolor, ea etiam pars est affecta; vel primariò vel secundariò. Vel sumitur dignotio partis à modo motus doloris; vt in dolore nephritico, modò ad partes circa renes, modò ad vesicam, & ferè vsque ad femur vergit. & à positu sumitur notitia; si in dextro aut sinistro hypochondrio fuerit tumor aut dolor: nam in dextro tumor lunæ figura, hepar affectum indicat; longior verò, musculos abdominis; sic vlcus gulæ aut ventriculi à loco discernitur & à positu. lapis in vesica & renibus; lumbrici in intestinis tantùm vt plurimũ gignuntur: & impossibile est vt cor abscessum sustineat; quemadmodum nec pulmo dolorem; & oculi soli suffusione tentantur. A propriis accidentibus quoq; locus affectus agnoscitur: vt citrinus totius corporis color iecoris: niger, lienis obstructionem declarat. ore ventriculi affecto, fastidium infestat: ex hepatis verò imbecillitate, excremẽta loturæ carnium similia deiiciuntur; item maxillæ rubræ apparent in peripneumonicis: tabidis vnci reddũtur

A modo motus doloris.

A propriis accidentibus.

seu veternum (Græcis κωματώδης dicitur) producit alt[us] sopor nisi sola respiratione vix internosci potest ab apoplexia. hũc humorem pituitosum si putredo inuadat vnà cum febre, fit lethargus. est & aliud symptoma stupor: & plerunque fit ex concussione cerebri, vel ictu teste Hippo.: cùm verò pituita & flaua bilis exuperant in cerebro, fit catoche seu catalepsis, id est, sopor vigilãs. quorũ functio composita est, licet formam vigilantis retineant. quocunque enim statu prabensus sit æger, eodem permanet. Lethargus fit non solùm ex inflã-

vngues: horror cum febre, inflammationem ad suppurationem verti ostẽdit: lingua nigricans febrem ardẽtem ostendit. Denique singulos tumores præter naturam propria sequuntur accidentia. alia enim phlegmonem; non enim statim cedit tactui, vt in erysipelate subterfugiente tactum: in œdemate fit impressio. Varia enim hæc omnia habent symptomata, maximè pro varietate loci affecti. ita in pleuritide, dolor ad iugulum, partes superiores pleuræ indicat: sicuti ex decubitu, si decubitus faciliùs toleretur in latere opposito, affectam externã esse membranam indicat; si contrà, internam. Cęterùm & colligantia partium ad hanc notitiam plurimum confert. sæpè enim & ventriculus cerebro, & cerebrum ventriculo suas affectiones transmittunt. biliosus vomitus sequitur fracturas profundiores cranei: sic & melancholica accidentia, ventriculũ; item vertigo, & suffusionis quædam species vẽtriculum affectum comitantur. ita syncope in ore vẽtriculi cum aliis affectionibus nonnunquam accidit: pręterea vomitus, & singultus in apostemate hepatis, sed horum infinitus

A partiũ colligãtia.

matione cerebri, orta ex pituitoso succo: sed etiam ex sua pituita præter inflammationem putrefacta in cerebro. febris lenta comitatur, pulsus molles ac rari, obliuio, expergefacti rursus dormiũt. Vertigo est qua omnia circũagi videntur, ita quandoq; cerebrum & sensus exagitans, vt sæpe laborans corruat. hac lauiùs symptoma est suffusio, in qua solùm quædam ante oculos volitare videntur. huius proxima causa est tenuis calidusq; vapor, per arterias in cerebri ventriculos irrumpẽs; qui in plexu choroide spiritus & humores

finitus eſt numerus; in quibus omnibus exercitatos ad vniuerſalem cognitionem accedere oportet; in quorum cognitione ſi omnia vel plura & præcipua adſint in aliqua affectione, tunc explorata eſt ſedes affecta: ſin minus, & inter ſe diſſident ſigna; accedendũ eſt ad alterius partis inueſtigationem, donec innoteſcat ſedes affecta; qua cognita, ſæpenumero & morbus & cauſa continens ſe oſtendunt. ſigna enim etiam ſunt, ſimul cauſæ; vt totius laborãtis natura, temperatura partiũ. Atqui pars quidem, vt diximus, tripliciter affici poteſt: vel vt ſoluitur vnitas, vel vt inſtrumentaria, vel vt ſimilaris: de quibus ſatis abundè dictum eſt. ſed quia in ſimilari contingit intemperies, vel ſola, vel cum humore; hic autem vel in ea parte eſt genitus, vel aliundè fluxit: gignitur in parte, eiuſdem imbecillitate; cùm alimentũ ſibi tranſmiſſum conficere nõ poteſt: vel quia plus attrahit quàm concoquere poſſit; vel eiuſdem partis vitio, cùm alimentum deprauatè cõcoquit, ob id eum corrumpit: quãdoque etiã ratione ſubſtantiæ partis, cùm adeò denſa eſt, vt excrementa omnia diſſi-

Fluxionis cauſæ & cõgeſtionis

exagitans, & variè impellens, turbulẽtos ſenſus motusq́ reddit: vapor verò ex humore vitioſo. altera verò primaria ex cerebro; tunc ſequitur capitis dolor, grauitas, aurium tinnitus, ſenſus obleſus: vel ex ventriculo, vel aliis partibus; ſequitur nauſea, oris amaror, inappetentia, cordis eroſio. Epilepſia eſt conuulſio non perpetua, qua homo ſubitò concidit, ſenſuum omniũ atque mentis interceptis functionibus. ex concuſſione oris ſpuma, et ſolutis muſculis excremẽta præter voluntatẽ exeunt. cauſa interior traditur humoris pituitoſi aut melan-

 pare

pare non possit; & hoc pacto fiunt congestiones in aliqua parte. aliunde verò fluit, vel spõte sui copia; vel tenuitate, sui mobilitate: vel aliunde impellitur: vel ratione partis expellentis, quæ vel qualitate vel quantitate sunt molesta; vel ab aliqua re colliquante, vt solis ardore; vel constringente, vti frigore; vel alicuius comprimentis robore. pars verò recipit: vel ratione imbecillitatis, vel situs, præsertim pronioris. attrahit etiam calore, dolore, motu, frictione.

cholici ingens copia, quæ repentè cerebri ventriculos infarciens, meatusq́;, efficit vt æger, cohibito animali spiritu, corruat. sed non affatim ductus obturat, vt in apoplexia. sed mirum cur non ita sequatur Paralysis, humore in neruos excusso. vnde potiùs secundùm aliquos, est quædam venenata & inimica cerebro qualitas, quæ quoties exagitatur, & prorepit in cerebrum, colluctatione quadam fit epilepsia. huius fomes est in cerebro; tunc mentis & sensus stupor extempore accedit: vel in ore ventriculi; & tunc huius præcedunt symptomata, vt nausea, cordis dolor: vel ab aliqua alia parte per cæcos meatus ducitur; vt aura in iuuene illo. Incubus est grauis corporis oppressio, & nocturna suffocatio vocem intercipiens, sensus tantùm hebetans. caussa est crassa pituita, aut melancholia circa præcordia, à crapula turgescens: pulmones & diaphragma premuntur. Est, secundùm aliquos, morbus in genere functionum animalium, aut potiùs symptoma. Apoplexia est repentina motus & sensus omnisq́; animalis functionis priuatio. respiratio grauis, & cum stertore: quod non fit in Caro, nam in eo anteriores tantùm ventriculi cerebri, in apoplexiam omnes. vnde hæc vel sequitur suffocatio, vel paralysis. in hac pulsus magnus; in syncope languidus. causa est crassior & frigidior pituita ventriculos replens: vel arteriam retis mirabilis, spiritum deferentem è corde in cerebrum. his prius corpus pigrescit. senes pituitosi, crapulæ dediti, qui breui & angusta sunt ceruice, apoplexiæ sunt obnoxij. Paralysis est alicuius partis sensus & motus constans, & permanens læsio. aliàs ex debili apoplexia, & paraplegia dicitur; aliàs ex stupore sensim aucto. quandoque partẽ tantùm occupat, vt linguam, oculum; & Hemiplegia dicitur si membrum contabescit, atrophia dicitur: si faciei extinctus est sensus, fit à neruis tertiæ coniugationis cerebri. perempto motu, in primis spinæ vertebris. si partes omnes quæ sub facie sunt, totius spinæ est affectio; in cruribus,

affectus

affectus causa non est supra lũbos. causa est, spiritus influxus & distributionem interpellans, ut crassa pituita, bilis ex febre in medullam recurrens. Conuulsio seu spasmos est neruorum musculorumq; versus suam originem perpetua contractio. si corpus in anteriorem partẽ incuruatur, emprosthotonos est: si in posteriorem, opisthotonos: cùm æquali robore in vtramque partem distenditur, tetanos dicitur. causa, vitium est in spinæ initio. conuulsio est quandoq; alicuius partis tantùm: huius causæ sunt multæ: has Hippo. in inanitionem & repletionem retulit. ex hac repente, ex altera sensim: est etiam altera, & fit cùm crassus lentusq; vapor in neruorũ propagines insiliens, illas, vt cytharæ chordas, implet atque conuellit, cum summo dolore: sed leui frictione euanescit. hunc credo Granfio *Italicè dici: fit ex crapula, & socordia: humoris autem fomes est in capite. conuulsio est motus inuoluntarius.*

Tremor motus est inordinatus, præter voluntatem membrum concutiens. præcipua causa est, neruorum & facultatis imbecillitas, nimio põdere aggrauata; vt ex ætate, morbo diuturno, ex vino, venere, interdum etiam ex neruorum obstructione. & quantum à paralysi stupor, tantum à stupore tremor recedit. Distillatio Græcis catarrhus est superuacanei humoris è capite in subiectas partes prolapsio. causa materialis est capitis excrementum. cùm ampla sit medulla, multo eget alimento; vnde quoque multum necesse est gigni excrementum, maximè si frigidum & humidũ impensè sit, vel copiosius vel non satis cõgruens alimentum suppeditatur. cùm moderatum est excrementum, in priores cerebri sinus reconditur. diutius detentum, prius aqueum existens, vt cerebri substantia, pòst salsum acrémue saporem acquirit: si copiosius circa meninges, effluit prius per nares, & per palatum educitur; alterũ per os & oculos, & aures. cùm verò venæ temporum & capitis turgent, exsudant, & ob cutis densitatem materia euaporare nequit; vnde fit destillatio in subiectas partes, vt arthritis: quemadmodũ quæ sub calua fit, in interiores partes defluit: accipit varia nomina pro partium conditione. omnis materia prius est aquea, deinde caloris vi vitrea & gypsea fit. descendit materia, vel frigore exprimente, æstu colliquefaciẽte, sui copia, animi perturbatione. Auicenna inquit, catarrhum fieri ex calore hepatis, vapore in cerebrum ascendente, & eius frigore in aquam verso. Sed hoc pacto parum excrementi congeri potest.

Oculorum affectus interni, qui intra corneam conditi sunt, & quorum origo ab intimis cerebri sedibus ducitur: externi, qui in cornea vel extra hanc. hi affectus aut oculi visionem aut motum peruertunt; vel cum dolore vel sine. Impediunt motum, aut strabismus, aut paralysis.

Strabismus est oculi conuulsio, qua is in obliquum ita cõtorquetur, vt nequeat amborum vnus aspectus esse: paralysis est motus abolitio. horum causa vel in oculorum musculis vel in neruis secunda coniugationis,

tionis, vel in ea cerebri parte unde emergunt. quæ visioni obsunt vel in spiritu, vel in neruis opticis, vel in cerebro, vel in crystalloide. Spiritus debet esse multus, & æthereus. Multus & crassus, longinqua videt, sed non discernit: paucus & æthereus discernit, sed non longinqua; lusci: paucus & crassus, hebetes, nec longinqua vident: vitium est senum.

Cæcitas aut ex cerebri intemperie, cum humore vel citrà: aut nerui vitium; ex obstructione, tumore, angustia vt ex tabe, vel eius ruptura; aut crystalloidis propria sede dimotio, ex casu vel ictu. si in cerebro, affectio non solùm ad oculum, sed ad alios sensus: si in neruo, & repentè fiat cæcitas, est obstructio; si sensim, intẽperies, aut astrictio; si altero clauso, pupilla dilatata, aut parum aut nihil spiritus effluit. dimotio crystalloidis, sæpe ex acerrimo humore, idque cum maximo dolore; si sursum aut deorsum fiat, vna res geminæ apparent; si in angulum, minimè.

Glaucoma est crystalloidis aut vitrei humoris in glaucum aut fuscũ colorẽ mutatio. hi aut per fumũ, aut nebulã se videre arbitrãtur, vitiũ rarũ & immedicabile, quòd substantiã humorũ immutet. Glaucoma suffusio est humoris præter naturam in pupilla, vel inter ragoidem tunicam, & crystallinum detentio, impediens ne species suscipiat. is à cerebro vel sensim vel repentè illabitur. primò fumi, muscæ apparẽt; inde concretus, crassus & albus cernitur. Si ambobus oculis simul & æqualiter fiat, est per consensum; si non, propria est. Pupillæ aut dilatatio; vel ab ortu vel morbo, humore redundante, visioni officit aut diminutio ex vitreo absumpto; visionem habent acutissimam, sed deteriorem, quia morbosam causam habet præter naturam: aut diuulsio & ruptio, quæ nec magnopere visioni officiunt. hi omnes sunt interni morbi.

Externi oculorum morbi corneæ & adhærenti tunicæ insident.

Caligo est tenebrosa visio, cornea crassiore facta. rarum ex morbo; sæpè ex senectute. Nubecula tenuis humor corneæ inhærescens. per nebulam aut fumum res intuentur. tandem albuginem parit, crassum & album humorẽ in vuea; humore effuso in pupillam ex spatiis inter adhærentem & vueam; vel ex ophthalmia & epiphora.

Hallucinatio est cornea tunica alieno colore infecta; vt in ictero, citrina; in inflammatione & suggillatione rubra.

Rhexis est corneæ ruptura vel sectio vel exesio primùm albugineus humor emanat; dein ragoides tunica procidit, proptosis dicitur. diuersa est confusio. Extuberans vlcus est prius pustulæ phlyctenæ dicta.

Vnguis est neruosa membrana ex adhærente sensim increscente.

Epiphora est tenuis humoris impetus, lachrymarum specie, in oculos factus. hic aut acer aut salsus quandoque sequitur palpebrarũ exulceratio. eius origo fit ex humore extra caluam contento, qui in adhærentẽ demùm per oculos excidit. Ophthalmia est oculi phlegmone, in adhærentem & angulos effusa. fit ex sanguine è temporum venis in

oculum

oculum effuso. differt materia & origine ab epiphora. in ea tantùm palpebra: in ophthalmia, albũ rubescit. ex his fiunt dolores, & ex flatuũ vel humorum copia tunicas distendente. differt & materia & origine. Ægilops est phlegmone inter maiorem angulum & nasi radicẽ. causa est sanguis biliosus & tenuis, ex temporum & faciei venis eò insiliens. fit abscessus, quo rupto pus manat. his parum benè curatis, fit sinus & fistula: nam pus non liberè effluens cuniculos agit. his succedit rhias, caruncula anguli maioris absumptio vel imminutio. fit etiam ex humoribus & medicamentis exedentibus. rhaiidi opponitur encanthis ipsius carunculæ immodica imminentia. Palpebris fit scabies, pseudophtalmia, ex calido & acri humore, fit pruritus ex salso & nitroso. sicca lippitudo dicitur. Entropion est palpebra inuersa: vel ob carnis subiectæ exuperantiam; vel ob cicatricem. Grando est tuberculum durum, plerunque palpebræ superiori innascens. Hordeolum est tuberculum calidum, in abscessum ferè desinens. Auris phlegmone tentatur, sanguine è venis meningum effluente inter meningem crassiorem & membranam meatus audiendi; cum dolore pulsante ardore, & febricula. rupta membrana, pus exit. fit etiam citra inflammationem, ex magna cerebri impuritate, ex acri humore: fit vlcus sordidum; vlcere humido nec tempestiuè resiccato, caro excrescit, quæ auris ductum obturat.

Dolor non solùm ex phlegmone, sed ex humore crasso, & flatulento spiritu circa membranas, exitum non reperiente.

Sibilus fit ex flatu tenui exiliter illabente: Tinnitus ex eius cursu interrupto: sonitus ex crassiore plenius erumpente: strepitus ex impulso valido. Fluctuatio ex humoris iactatione. nihil obauditur, si causa interior conquiescat. fit etiam cùm vlcus probè non coalescit: nam spiritus impetu læsum auditum offendit. & interdum ex capitis consensu: nam flatuoso spiritu distentæ arteriæ vehementiùs pulsant, & multum calidum spiritum in cerebrum & aures infundunt; vt in febre vehementi; & quandoque ex impuris visceribus.

Grauis auditus fit; vel cerebro, vel audiendi organo; vel ex intemperie, vel humoris vitio, vel auris affectu; aut læso aut impedito. impediũt pus, sordes, tuberculum callus, & quæcunque tenaciter inhærẽt; ex bile inquit Hipp. quibus deiectiones prosunt. ex humore frigido, ex phlegmone, & vlcere. si ab ortu, ex conformationis vitio. nam vel instrumẽtum deest; vel vitiosam obtinet figuram. Parotis est inflammatio, in hisce potissimùm glandibus quæ penes aures: aliàs sine febre, aliàs in acuta febre. oritur à capite humoribus eò confluentibus.

Nares expurgando cerebro destinatæ, eorum quæ præterlabuntur acrimonia sæpè exulcerantur. vlcus fit sine dolore & acrimonia: cùm vetustius iam & putridum, cùm crustula sordidior & graueolens mucus excidit, Ozæna dicitur: quandoque palatum perforat; vt in lue ve-

nerea, & tenella ossa depascit, vt carcinoma apparet. recentibus vlceribus neglectis, caro excrescit, & fit sarcoma; & cùm ita excreuit, vt foras promineat, vel in fauces prolabatur, Polypus est. Odoratus symptomata sunt, fœtor assiduus, odorandi imminutio vel abolitio; impedito narium, & ethmoidis ossis meatu: vel refertur ad intemperiem in prioribus cerebri ventriculis, vel in propaginibus in quibus est odorādi sensus. fœtor ex his tantùm partibus percipitur, quæ circa nares & os ethmoidis putrescunt: quæ circa meningas, quiuis assidens percipit, laborans minimè, nullo interuallo interiecto, vt vapor efferatur.

Grauedo est frigida pituitosáq; destillatio è cerebro in os ethmoidis, & eius mēbranam effusa. E naribus sanguis erumpit, aperta, exesa vel rupta vena eò desinente. aperit sanguinis tenuitas vel exuperantia; exedit acrimonia; rumpit vulnus. venæ narium ex oris & palati sedibus excurrunt patulè & detectè, ut hæmorrhoides.

Cutis faciei vitia sunt, ardentes pustulæ, ex tenui & bilioso sanguine immodicè aucto, aut suppressa consueta vacuatione.

Rubor si perpetuus, feruidiore sanguine cutis imbuta est: sin ex interuallis, solus vapor aut humor nondum impactus.

Varus humor est durus & exiguus, ex crasso frigidoq; humore in callum cōcretus. lenticula maculam lentē referēs. sugilla macula ex contusione derelicta. Cynicus spasmus est oris distentio, seu conuulsio. si grauis, semper apparet: si leuis, tantùm inter ridendum, & loquēdum. si ex paralysi, in aduersam partē torquetur: si ex spasmo, in affectam.

Dentes variè afficiuntur. alterantur, prominent, stupescunt frigidioris humoris influxu, & acerborum esu; nigrescunt, detergendi incuria, calidorum & dulcium vsu, cruditatis & crapulæ exspiratione; dolent & destillatione, è vertice per tēpora calida, aut frigida. hæc vt plurimum cum maxillæ tumore; illa minimè, quæ tamen magis dētes corrumpit. Gingiuæ excrescunt quibus molles & spongiosæ sunt. exeduntur ab acriori humore. fit etiam phlegmone: si in superiore maxilla, ex oculi cantho; in inferiore ex venis tēporum. fit et vlcus; si malè curatū, extat caruncula epulis dicta. Aphtæ oris vlcera, nō admodum caua in palatū, gingiuas, linguæ latera: repētina, pueris familiaria: & adultis ex vapore calidiore iecinoris, per œsophagū vel cæca spiracula; quādoque ex febribus, quandoque non. Sub lingua, in ea parte molli & laxa, cui est alligata, fit tumor batrachus dictus: quo aperto, quādoq; humor excidit oui candido persimilis. lingua, stupore & paralysi tētatur, affectis neruis qui à septima cōiugatione prope medullæ initiū deriuantur: sæpe media, sine gustus offensione: si tota, signum est apoplexiæ. cōsummata paralysi, omnes obmutescūt. Blæsi aut balbi sermonē non articulatè explicāt: aut linguæ breuitate, aut crassitie, aut alio conformationis vitio; aut ex siccitate, aut humiditate nimia, vt ex ebrietate.

Gustus

Gustus perit, aut imminuitur, neruis qui à tertia cõiugatione oriuntur, refrigeratis vel obstructis; vel ea cerebri parte vnde oriuntur. deprauatur, cùm vel linguæ corpus, vel eius mẽbrana vitioso humore imbuitur, elato ex inferis partibus, vel ex cerebro defluente.

Tonsillæ humore imbutæ, saliuæ & cibi transitum impediunt; quandoque ex phlegmone & vlcere, vt in lue venerea. Idem & columellæ seu gurgulioni accidit, & metum suffocationis concitat, quia pars ima, crassa & rotunda; summa verò tenuis, staphyle seu vua dicitur, vt ait Hippocrates: fit semper hic affectus ex humore supernè fluente.

Angina est affectus fauces præcludẽs. Anginæ quatuor sunt differẽtiæ. omnium periculosissimam censuit Hip. vbi neque in faucibus, neque in ceruice quidquam apparet; altera, manifestè faucium & laryngis musculi inflammantur; tertia fauces vnà cum ceruice occupat, leuior est: nam, vt inquit Hip. ab angina habito si tumor fiat in collo, bonum; foras enim morbus profertur: omniũ leuissima quarta, quæ solam ceruicẽ & eius musculos prehendit; interiores tamen ex eius tumore musculi comprimuntur. omnes fiunt à bile vel sanguine ex ramis iugularium eò pertinentibus influente; erysipelas vel phlegmonem parit. communes notæ sunt dolor, calor, tumor, & febris. notha, est sine febre, & fit ex fluxione pituitosa. Pulmonis intẽperies simplex, si frigida, tussim excitat siccam, arteriam exasperans, & respirationem facit raram: si calida, crebram. de inæquali intemperie loquor: nam facta æqualis iam est adscititia & nihil mouet. Si flatu, dolores facit distendendo. Obstructio fit ex humorũ copia, crassitie, lapide & tuberculo. Humorũ copia, solam mẽbranam gutturis imbuens, raucedinẽ infert. si in eius cauum, tussiculã: si in pulmones & pectus, verã tussim, dum spiritus vehemẽti impetu, quod molestum est, excutere tentat. si tenuis, difficilè educitur; nam relabitur: si nimis crassum, difficiliùs; cùm dimoueri non possit. calidus an frigidus sit, ex destillationũ signis percipitur. fit ex cerebro vel vicinis partibus. si crassus sit & lentus, difficilis fit respiratio.

Asthma fit ex humore pulmonum bronchiis & viis impacto; qui vi caloris tandem in vitream & gipseam pituitam abit. augetur autem ex crebris destillationibus, & verum fit Asthma; tandem fit orthopnea dum in grãdinem & lapillos lentus humor iam concrescit. tunc veluti vehementi angustia pressi propè suffocantur. Galenus neque à destillatione, nec ab alio nisi angina; quanquam repentè strangulari posse asseris; quod tamen secus euenit. Asthmatici sunt, qui non semper, sed ex leui causa difficulter spirant cum stertore: ex crudo tuberculo, difficiliùs spirant sine stertore. si tuberculum aut alia obstuctio tam altè penetret, vt non asperis sed leuioribus pulmonum arteriis inhærescat; tunc accedit pulsus inæqualis, intermittens & intercisus, & cordis palpitatio, animi defectus, oppresso iam corde.

Peripneumonia pulmonum inflammatio vel phlegmone vel erysipelas. magna spiritus difficultas; malæ rubent, oculi tument. in phlegmone, sputum rubrum, summa grauitas; in erysipelate, maior febris, sputum flauum, minor grauitas, maior febris. vtraque quãdoque ex pleuritide vel angina; dum è faucibus vel latere humor fertur in pulmones: quandoque per se, ex sanguine tenui ex dextro cordis sinu per venã arterialem in pulmones effuso; vbi putrescit, non collectus, sed in toto viscere effusus. fit quandoque, sed non vera peripneumonia, ex destillatione quæ lenta febri hominẽ conficit, sine vlcere & expuitione cruẽta. Vomica est abscessus pulmonis exiguus, & pus in parte pulmonis collectum & cysti quadam obductum. rarum est vitium, & repentè quandoque interimit, pure in arcem cordis transmisso, vomica disrupta; cùm prius nec vapor etiam efferatur. aliqui per tussim eduxerunt, & saluati sunt, &, vt inquit Hip. suppuratio abdita quibus nõ innotescit, ea propter crassitudinem vel puris vel loci delitescit. vt plurimum præcedit cruenta sputtio, spiritus grauis & fœtidus, corporis grauitas, pectoris leuis oppressio: tabes rarò comes. hæc signa duorũ effectuum notæ sunt. Tabes est pulmonis exulceratio, qua sensim vniuersum corpus liquescit. causa duplex: vna quidem pulmonis vitiosa constitutio; altera humor exedens. vitiosa constitutio nõ intẽperies, sed mollis, tenella, & corruptioni parata pulmonis substantia, quæ vt plurimum ab ortu. hi tandem contabescunt, nulla destillatione facta, aut leui; & quãdoq; sine cruenta excretione. qui angusto sunt thorace, proni sunt ad phthisim; quia languidi sunt: altera causa est, humor acer è capite, vel ex corde fluens; aut pus in thorace conclusum, nisi quadraginta diebus expurgetur, in tabem deducit, vt inquit Hipp. quibus rupta est vena, non tabescunt, nisi sanguis effusus inflãmetur & substantiam pulmonum corrumpat; tandẽ putrescit. tabem comitatur febris hectica, tussis assidua, pus educitur fetidum & substantia pulmonis; capilli decidũt, vngues incuruantur. Pleuritis est phlegmone eius membranæ quæ costis subtenditur. modò inter costas & membranam quæ illas succingit: modò in musculis mesopleuriis: modò in musculis qui extrinsecus costis incubant: & hæc est notha. fit autem phlegmone è sanguine, è vena caua cordi assidente, in eam quæ azygos; dein in tenues costarum venas impetu quodam irruente: quibus apertis, exilit in membranam. si ad musculos ex ramo venæ cauæ in alas, distant situ, sed non materia. causæ quæ sanguinem mouent; aut copia aut tenuitas, aut exferuescentia, aut agitatio: communes notæ sunt, febris assidua; respiratio difficilis, frequens, & parua; dolor pungens & distendens; tussis initio sicca. externa; tactu excandescit dolor; pulsus inæqualis sed neque durus, neque tensus; interioris sæuiora sunt symptomata, si pars superior membranæ afficitur, ad iugulum; si inferior, ad hypochondria; & sunt

etiam

etiam sæuiora cùm mēbrana succingens inflammata est, & in aduerso latere decumbit: tunc ea distenta, omnia fiunt acerbiora, præsertim dolor. exesa vel rariore facta mēbrana, effunditur materia in thoracem, inde in pulmonis arterias. Primò album est sputum inde cruentū, postmodum purulentum. dolor lateris à flatu vagus est & sine febre: ita etiam ex distillatione per ceruicem & scapulas, quæ tamen perseuerans interdum vera fit pleuritis. si inflammatio fiat in membrana externa, in opposito latere decumbit æger: si in interna, in eodem; si in vtraque, in neutro decumbere potest. Diaphragmatis vitia non differunt à thoracis interioribus, nisi doloris situ: ex eius duro tumore, quandoque tabescunt sine delirio. Empyema est puris collectio in cauitate thoracis eò confluentis ex angina & ex pleuritide & peripneumonia. his enim non bene tussi expurgatis, abscessus exoritur. quo tandem rupto, pus sæpè vniuersum in thoracis capacitatem influit. laborans fluctuationem percipit, febricula hectica, phtisis tandē. suppuratio à peripneumonia & angina, plerunque in vtrunque latus influit; ab angina, in alterū dūtaxat. decumbēs æger in latus sanū, onus pectori sentit incūbere. Suppurationi affine malū est, in quo magna thoracis capacitas, seroso pituitoso & tenui humore scatet; aut ex cerebro, aut ex vniuerso corpore, aut ex abdominis capacitate; vt in hydropicis. differunt febre, & signis. Vocis instrumēta sunt guttur, larynx, musculi & nerui eo inserti: loquela, lingua, labra, dentes, palatum, gurgulio, nares. affectis musculis, aut neruis recurrentibus sextæ coniugationis, vel ea cerebri parte, vnde prodeunt offensa, vel obmutescit æger, vel obscuram vel exilem vocē edit. exasperatur, vel ex destillatione, vel ingenti clamore. Spiratio magna cum multa spiritus attractione, ingentem calorē denunciat; vel in corde, vt per febres; vel in pulmone, vt in peripneumonia. vbi verò thorax & scapulæ plurimum attolluntur, meatuum angustiam ostendit: vel ab angina, vel destillatione, vel tuberculo, vel suppuratione. parua & frequens, aut imbecillitatis est vitium, aut doloris & impedimenti pulmonis & thoracis, aut diaphragmatis ex cōpressione; aut musculorum abdominis. Tussis est expiratio valida, qua quidquid spirandi instrumentis molestum, natura excutere tētat. humida fit ex destillatione: ex refrigeratione, vlcere, & tuberculo, fit arida. è palato & faucibus screatu educitur; ex arteria tussicula; ex pulmone valida tussi, quæ si permanet, stabilem habet causam.

Cruenta expuitio è vētriculo, vomitione; è lingua, & palato, expuitione; ex faucibus, screatu; ex gutture, tussicula; ex pulmone, tussi. si floridus & spumosus, ex pectore; crassus & nigricans cum dolore ex thorace. Videndum in omnibus, an prius ex naribus fluxerit.

Cor afficitur intēperie, phlegmone, erysipelate, & omni tumore; calidæ intemperiei signa sunt, pulsus frequens, velox, interdum magnus; plerum-

plerũque febris est comes. frigida cõtraria omnia. humida, plenus, mollis & languidus. sicca, exilis, tensus & durus. syncopa sæpè incipiẽtes, difficilè dignoscuntur; quandoque repentè decedunt. & vt inquit Hip. qui sæpè & vehemẽter sine manifesta causa deficiũt repẽtè moriũtur; vel nõ tam protinus interimunt. Symptomata quæ hinc oriuntur, sunt syncope & cordis palpitatio. in syncope pulsus nullus, frigus, facies pallet. omnes cordis affectus, vt timor (præter simplicem intemperiem) syncopẽ inferunt: dolor atrox, labor, immodica euacuatio, & quæcunque spiritus dissoluunt. quandoq; affecto ore ventriculi; nam eximij est sensus. & ex omni venenato humore in cor vel os ventriculi influente.

Cordis palpitatio est immoderata concussio, ex vehemẽti diastole ac systole molesta. aliquando tanta est vis, vt costas thoracis effringat, vel loco depellat, & arteriam dilatet. causam veteres dixerũt sanguinem vel humorẽ copiosiorem in pericardio. Sed sæpè est bilis retorrida in arterias effusa: & interdum in præcordiis vel liene, vbi turgescit copia atræ bilis: per arterias teter vapor in cor subit, cuius vi irritatum, vehemẽti pulsatione quod noxium est excutere tẽtat; vt cerebrũ in epilepsia; exacerbatur immodica exercitatione, æstu, balneis, venere, crapula, vino, & ira. Oesophagus, cibi & potus via afficitur intẽperie, tumore, phlegmone, & vlcere. dolor percipitur in dorsi spina. ex intẽperie, tardè deglutiunt: ex tumore, magna cũ difficultate; si phlegmone, adest etiam febris. si os ventriculi, hisdem sed sæuioribus, & mentis alienatione, ob neruorũ consensum. Ventriculus afficitur omni intẽperie. si calida, sitis, facilè concoquit, iuuatur frigidis, æstuat, ructus nidorosus; si cum bile, oris amaror, nausea, cibi fastidium: si frigida, his contraria; si humor, grauitas, nausea, lãguor: si humida, saliua multa in os exurgit, quæ expuitionem excitat: sicca his contraria.

Inflammatione tentatur, ex sanguine quo alitur, ex portis iecoris immoderatiùs effuso inter membranas. dolor, acuta febris, sitis, nausea, deiectio frequens, nisi os vel pylorus inflammetur: nam his coarctatis, nihil deiicitur. huic proximus affectus est inflammatio, quæ vel in abdomine, vel in iecoris lobo quo vẽtriculus obtegitur, adeò vt tenuior in ventriculum influens interdum fallat. in vẽtriculo sæuiora sunt symptomata. si sequitur abscessus, non foras sed in ipsum abdominis spatiũ vel vẽtriculi cauum pus eructat, aut vomitu, aut deiectione conspicuũ.

Prorsus vlcus est exitiale, cùm ex caustica vel venenata fit potione: dolor quandoque latet; sine dolore, deiectio aut vomitio frequens, febris lenta, vẽtriculi languor, corpus liquescit. Os vẽtriculi consensu quodam cerebro & cordi vitia impertit. Inappetẽtia fit, cùm corpus multo luxuriat alimẽto, aut os vẽtriculi multo adipe, aut lento, aut vitioso humore obtunditur: sæpè tamen gustus integer permanet.

Fames est ex penuria sensu orta cibi appetẽtia. bulimos est vehemẽs fames;

fames; consequitur inanitionē. canina ab iisdē, & ab humore frigido & acido osculo vētriculi impacto, qui astrictione alimenta in ventriculi fundum compellēs, famē accersit. Pica seu Malacia, ex humore vitioso in tunicis ventriculi, qui similia expetit ex eius longa consuetudine. & iam morbosum factum, contrariorum est appetitus. Sitis est frigidi humidiq; potus appetētia, ex eius penuria, & ex humore salso vel calido & eiusmodi cibis. Cruditas apepsia est coctionis priuatio. Bradypepsia est eius difficultas. eius causa omnis intēperies, tumor & quādoq; consensus iecoris, lienis, & mesenterij; aut cibi & potus exuperantia, quā natiuus calor moderare nequit; vel eius qualitas, vel intēpestiuus vsus: vigilia, balnea, exercitationes à cibo cibum corrumpunt, aliena qualitas, vitiosus humor, ordo cibi praeposterus, vt si horarij cotonia posterius edantur. Ructus cruditatis est soboles. ex cibo flatulento, immoderato potu ex flaua & atra bili, vt in hypochondriaca, nam tūc cibi maxima pars concoctione calorisq; vi facessit in flatum.

Singultus est ventriculi motus conuulsiuus, quo quae in propriū corpus impacta sunt, excutere conatur. fit ab inanitione, repletione, humore acri; tetro vapore, vt in febribus malignis; vel re ventriculum comprimente. Nausea est inane vomendi desiderium, cùm humores harēt in tunicis. Vomitus est eiectio eorū quae sunt in spatio vētriculi. causae sunt imbecillitas, cùm redditur cibus nullo humore vitioso permixtus ab acri humore, aliena qualitate, à lentore, cibi copia, & eius corruptione: haec enim stimulant. si diu affluxit, ventriculi est proprius affectus; sin minus, aliunde ex capite, iecore, liene, & reliquis corporis partibus influxit per venas iecoris; et vnde, signa affectae partis indicāt.

Sanguinis vomitio fit, exesa, rupta, vel aperta vena, ex iecore, liene, vel vicinis partibus confluente. frequēs fit animi deiectio, ex vapore sanguinis putrescentis in cor ascendente: & vt plurimum per inferiora etiam decumbit. Cholera est bilis supernè & infernè deiectio, quae in aliquo viscere cumulatur, deinde molesta huc & illuc impellitur; vnde educitur primū pallida, inde citrina flaua, prassina, caerulea & nigra, morbus acut⁹, sitis, dolor, pulsus celer, animi defectio, eo periculo vt venenum se bibisse putent. Ventriculi dolor fit aut ex flatu distendente, humore tunicis impacto, tumore non solùm suo, sed alicuius visceris, dū ventriculum cōprimit, ex vlcere. ex intēperie sola dolor vix infligitur.

Iecur afficitur intēperie sola, quae tamen breui tempore humorē accersit. nam eadem constitutione humores afficiet. nam calidior biliosos humores multiplicabit; qui educuntur vomitione vel deiectione. sitis; corpus, planta, palma calent. si cum siccitate, arescunt; si cum humore, madent: oris amaror, cibi fastidium, frigida his contraria.

Iecur afficitur substantiae corruptela, vt pulmo. fit ab omni humore, praesertim à biliosa sanie, fit à cibis corruptis & septicis, à vini meracioris

cioris copia, cuius etiam haustus assiduè optatur: lentè serpit, ut ferè nō percipiatur tandem teter halitus expiratur, cum defectu: sudor frigidus; & lentè æger decedit. Hos iecoris affectus consequitur imbecillitas, qua affecti hepatici dicuntur. si attrahendi facultas imbecilla sit, liquida deiicit cremoris specie, etiam nulla vētriculi offensa: si retinēdi, similia lotura carnis. cùm increuit, sponte sanguis è venis fluit, fiunt cruditates: si vis sanguifica imbecilla sit, tumescunt crura. etenim venæ suæ origini condolescunt, ut nerui cerebro. Obstructio iecori admodū familiaris est; quod vena è portis per ramos tenuissimos in eius substātiam dissipata obliteretur, & alij è vena caua tenues, per quos alimētum traducitur. causæ sunt, humor crassus, aut lentus, aut multus ex cibis, & capite quandoque: nonnunquā ex bile, quæ coërcita crassescit; & hæc omnium est grauior. Scirrhus, tumor, est præter naturam doloris expers: dignoscitur tactu, ægro in dextrum latus reclinato: decubitus est grauis in sinistro. Humor ut plurimum obstructionis est author; nā implet & infarcit venas; tēpore verò, vi caloris tenui parte dissipata, obdurescit. qualis nam humor, propria signa ostendunt. ex bilioso plurimum icteritia succedit, cum lenta febre: ex frigido, nequaquam. hic in anasarcam, ille in ascitem. quandoque magnus tumor iecur sine scirrho distendit; hisdē tamen ferè notis contactu obseruandus: & tantus plærunque apparet, ut uniuersum hypochondrium repleat. fit à flatu: à tenui cruditate, ut ex frigida potione; & ab omni humore, quem validū iecur à se excutiens in proprias membranas deposuit. est præterea alius tumor in hypochondrio, in musculis abdominis, qui figuram habet oblongam, & blando tactu percipitur. Hepatitis est iecoris inflammatio, qua sanguis illius parte quadam præter naturam collectus, incēditur. fit autē dum sanguis vel exuperantia, vel tenuitate, vel feruore, & acrimonia, vel externarum causarum impulsu, è venis in visceris corpus prorumpit; qui putrescit, inflammatur, & in pus abit. eius notæ sunt, grauitas, dolor à iugulo ad costas, ob cōclusam materiæ congeriē, quæ succingentē thoracis mēbranam cōuellit; unde spiritus difficultas, tussis exigua, & sicca. febris acuta, sitis, linguæ nigrities, nausea, cibi fastidium, bilis æruginosæ vomitus, urina crassa, rubra, turbida. si caua iecoris pars inflammatur, tumor tactu nō percipitur, sinister decubitus grauis: si gibba, dexter. & tactu dolor exacuitur, & tussis sicca adest. In abscessu febres & dolores fiunt, omnia grauiora: eo rupto, mitescūt. sed vires fiunt imbecilliores. si exiguus, & vires validæ, quādoque euadunt; deiecto pure per aluum, per urinas, vomitu, &, ut in hydrope in abdominis spatium: sin magnus, vapores è putri materia elati in cor, hominem de medio tollunt. Vlcus ex abscessu, cùm sit iecoris substantia spermatica, reparari non potest. tabescunt sic affecti; deiectio & urina saniosa. si in abdominis parte, grauissimus hydrops.

Cystim

Cystim fellis occupant, obstructio, calculus, inanitio, & repletio. obstructio, aut est eius ductus quo bilis è iecore proluitur, & tunc exhausta est: aut eius quo è cysti in intestina, & tunc bile repleta est. in vtraque aluus durior, feces albicant, vrina flaua, color tristis, icterus. si in vtroque meatu, bilis detenta concrescit, & fit calculus. quandoque bilis est tanta copia, vt cystis distenta sit; tum ardor, ira nascitur. si putrescit, febris fit intermittens. inanitur, cùm foras eructat: in lyenteriam & dysenteriā deducit. aliqui ex sola cysti vacua sublati sunt sine alia causa. in ea etiam lapides inuenti mortis fuerunt causa.

Lienis morbi sunt, tumor, obstructio, scirrhus, & inflammatio. lien substantia laxus, & sanguinis excipienda feci destinatus, hanc omnem impuritatem facilè admittit. abundantior cumulatur, vel quia multus erat in sanguine; vel quia eius naturalis vacuatio, quæ è liene in ventriculum, aut in aluum fieri solet, suppressa est. signa sunt tumor, grauis respiratio. appetētia persistit, sed difficilis est concoctio; rugitus, flatus, vapore cor lacessitur, corpus ignauum, leues animi defectiones, capitis grauitas, liuidus color. si copiosior melancholia, non expurgata crassescit, & obstruit, & vi caloris postea fit scirrhus; præsertim si curatio adhibita fuerit per ea, quæ vehementer digerunt & dissipant. Inflammatio fit in liene sicuti in hepate. Atra bilis grauissimum est symptoma; & in liene & in vicinis locis congeri solet. fit vel ex bile flaua, vel ex naturali melancholia; quæ à vetustate, aut calidiore victu, atræ naturam adipiscitur. nullus tumor aut dolor, æstus in præcordiis, ructus aut flatus quasi ex lebetis aqua subdito igne, cordis magna & frequens est palpitatio, pulsus immutatio cum defectu; cùm vapor in caput irrepsit, facies rubore perfunditur, mēs peruertitur metu & mæstitia. Tanta est quandoque humorum colluuies, vt propriis receptaculis retineri non possit; sed è iecore & liene per ramos venæ portæ in mesenterium & pancreas defluit: ibi collectus tumescit, & quandoque lapidescit. deprahenditur hoc pacto; nam in vētre vasto, si è pinguedine, manu prahēditur; si in musculis, leui tactu; si in mesenterio, alto pressu & sine dolore: & adeò intestina premit, vt pigrior fiat aluus. & multæ causæ latentium morborum his sedibus deprahenduntur; vt lyenteriæ, dyssenteriæ, lentarum & errantiū febrium. & ruptis venis quandoque fit inflammatio cum grauitate, sine dolore, rubra alui deiectio: abscessu facto, pus album, quod percelebres Medicos quandoque decepit: nam in reliquis locis, sine vehementi febre & dolore fieri non potest inflammatio, nisi in mesenterio & pancreate. Icterus est biliosi humoris per summa corporis effusio: cutis pallido & flauo colore suffunditur. huius variæ sunt causæ: ex virulentarum bestiarum morsu, quorum sanguis totus pristinam amittit puritatem. ex crisi, cùm natura noxiam materiam foras propellit. ex iecoris inflammatione frequens: ex iecore calidiore

lidiore tanta fit bilis, vt tota expurgari à cysti nō possit; & tunc tumorem in iecore attollit tactu conspicuum, cui ferè succedit hydrops, lenta febris, vrinæ non albicant. icterus etiam fit ex obstructione meatuum ad bilis cystim pertinentium. vrinæ crassescunt, feces albicant, nulla febris. fit etiam, sed rarò, è folliculi imbecillitate & corporis calidiore intēperie. Icterus niger est melancholici humoris in cutē effusio, proxima causa est eius exuperantia in iecore vel sanguine, vel quia lien huius copia alterum non potest recipere, vel turgens refundit in venas.

Affectio hypochondriaca est iecoris & lienis affecti soboles: duplex est; altera ex melancholia seu fece sanguinis in liene & vicinis partibus cumulata; qui si vehemēter incalescit, atrum de se vaporē excitat, qui animam mentemq́ variè perturbat; mœstitia, peruersa rerum existimatio: altera fit ex atra bile, ex fece sanguinis supra modum exusta, vel bile flaua collecta in liene vel pācreate & mesenterio; grauiora sunt symptomata, præcordia æstuant; ex vapore tetro sursum elato, arteriæ pulsant, cor palpitat, facies rubet, mētis perturbatio, de vita desperāt; miserabile Medicis tormētum. & bilis circa iecur coërcita similia ferè profert, nisi quòd iracundiores sunt. Atrophia est nutritionis error, quo corpus sensim exarescit. si est partis, causa est peculiare quoddam eius vitium: si totius corporis, in aliquo principe viscere causa cōsistit, quæ caloris & spiritus aut naturalis aut vitalis robur aut obtundit aut extinguit: vt cordis affectus, calida & sicca intēperies iecoris, lienis, ventriculi; & ferè semper vnà cum bilis aut atra aut flaua multa colluuie; vnde alimentum vel non attrahitur, vel non assimilatur.

Cachexia est malus corporis habitus; sub hoc plena & copiosa est corporis moles; sed substantia & colore vitiosa. fit ex alimētis impuris, vel viscerum imbecillitate; vnde cruditas, ex qua non perfectè assimilatur. impuritas viscerum vitiosum gignit sanguinem: hinc varia cachexia; alia cruda & pituitosa, alia melancholica, alia aliter corrupta. prima leucophlegmatiam præcedit, secunda elephātiasim. in atrophia nulla prorsus; in cachexia vitiosa fit nutritio. huic proximus est hydrops, maximè anasarca; est molis corporeæ incremētum præter naturam: primò pedes, inde facies, & vniuersum corpus intumescit, laxum & pallidum; febris lenta; pulsus paruus & inæqualis; vrinæ albæ & tenues, nam ex aqua inter cutem natiuus calor obruitur. eius causa est immodica iecoris & venarum refrigeratio; quæ aut primaria; aut cordis, lienis, mesenterij & aliorum viscerum vitio contracta; frigida potio, immoderata affatim sanguinis euacuatio, aut suppressa eius consueta excretio, vt hæmorrhoidum, & quæcunque calorem vel dissipant, vel suffocāt, & extinguunt. Ascites est abdominis ex subdito aquoso & seroso humore distentio. tumor, presso diaphragmate, spiritum grauem reddit; ex motu in latus fluctuantis humoris sonus auditur. quandoque

doque descendit in femora, vterum & scrotum: vrina pauca, crassa, & rubra. fit ex soluta vnitate partium, quibus humores contineri solent, & non per angustos & cæcos meatus: vnde euenit iis quibus fit vomitio aut deiectio cruenta, ex visceris siccitate, vt scirrho, calidorum esu, febre ardente: nam minus dehiscit, & quasi fissa olla stillat in abdominis spatium. Si membrana integra manet, fit vesicula; sin minus, contingit, vt inquit Hip., quibus hepar aqua plenum eruperit, iis venter aqua repletur, oritur ex vlcere. Timpanias est abdominis distentio ex multo flatu in illius capacitate concluso. ex percussu, vt tympanum tinnit, rugitus, murmur fit ex flatu in vētriculo & intestinis collecto, qui tandem impulsus, per cæcos meatus in abdomen transmittitur: de quo Hip.: Quibus tormina circa vmbilicum, nec soluuntur, in hydropē siccam terminantur. Intestina afficiuntur obstructione, inflammatione, abscessu & vlcere. obstructio aut alimenti lapsum aut fecū deiectionē interpellat. rarò fit à tumore, sæpè à fecibus exsiccatis & à pituita lenta in gypseā versa, quæ aliquando in colo aut cæco indurescit, vt solidum appareret. sic affectis vires languent, tarda deiectio, cruditas, flatus, & quandoque colicus dolor. Coarctatio fit ex his quæ ingeruntur, vt sunt mala cotonea; mesenterij, aut vasorū tumore premente; ex enterocele, cùm intestinum in scrotum deuoluitur. Inflammatio verò in gracilia rarò, sæpe in crassiora incidit. dolor acer, fixus, et constans, febris ardens, cum inæquali rigore inanis desidendi cupiditas; clyster exacuit; abscessus, eo rupto pus saniosum, inde album educitur; tum omnia mitescunt. vlcus aut ex abscessu aut dysenteria aut tenesmo fit: his dolor fixus; sæpius deponunt, modò cruentum, modò purulentum. & sordidum; vix carne obducitur, sæpè in cancrum & fistulam desinit. Intestinorum symptomata sunt hæc: colica passio. nam cùm colon intestinum laxum sit, & sinuosum, varias sanè materias excipit; quarum exuperantia distorquetur, dolorq; fit. materiæ sunt flatus: tunc ructus, murmur, dolor instabilis: à vitrea, crassa & lenta pituita; & tunc corradit, dilacerat, & perforantis terebelli more se infigit. ab acri & bilioso humore; tūc adest febricula, à calidioribus exacerbatur; vt & inflammatione flatus non potest erumpere, resiccatis fecibus viā obstruentibus. sunt & alij dolores colico similes quorum materia sunt flatus tenuis, aut humor acerrimus & æruginosus, membranarū spatiis conclusus, è quibus vix detrahi potest. succedit febribus diuturnis; natura per crisim humorū noxij depulsionem molita.

Tarda deiectio quæ morborum est causa, triplici de causa fit: vel ex sopito sensu, vt ex veterno, apoplexia & paralysi; vel ex bile ad intestina non fluente; vel ex intestinorum astrictione, vel obstructione: illa ex tumore mesenterij vel viscerū: hæc ex fecibus exsiccatis, ex crassa pituita, & calculo concreto. hæ causæ si increuerint, miserabilē ileum

 edunt.

edunt. fit sæpius, cùm resiccato stercore, intestinum in scrotum vel vmbilicum procidens retrudi nequit. aliæ causæ rariùs hoc symptoma producunt. ructus, rugitus, bilis, & pituitæ vomitio, ac tandem stercoris, morituris, cum sudore & frigore. Cita alui deiectio fit, vel excrementorum copia, vel eorum acrimonia. Cœliaca passio est, cùm cremoris specie profluunt. fit ex chyli imperfecta distributione; quæ fit vel ex lienis, mesenterij, iecoris obstructione; vel trahentis facultatis imbecillitate; vel alimentorum & potus copia: nam distribui tota nequit, sed in abdomine subsistit. Lienteria est intestinorum læuitas: quæ per aluum defluũt, alimentis colore & substantia finitima sunt. fit ex imbecillitate primæ concoctionis: vel quia ventriculus imbecillior non cõficit, vel laxior non retinet. fit autem bifariam: vel per se, vel per consensum. propria ventriculi vitia sunt refrigeratio, vt ex potu frigidæ; emollitio, vt olei, butyri vsus immoderatior; aliena qualitas, vt fungorum: per consensum, vt è cerebro pituita emollit, & refrigerat; è iecore bilis proritans, cibos præcipitat. quandoque ex abscessu teter vapor in cor & ventriculum effusus lienteriam periculosam parit.

Diarrhœa propriè est, in qua sinceriores humores defluunt, sine vehementi sensu doloris. fit ex omnibus humoribus; congestis vel in intestinis, vel in Mesenterio: ex capite tenuis & spumosa in ventriculum, atque intestina prolabitur pituita, vt inquit Hip.; dulcis verò atq; diluta ex vniuerso corporis habitu. quare testatur, Diarrhœam soluere leucophlegmatiam, & esse balbis familiarem: biliosa fluit; aut ex iecore calidiore, aut è cysti fellis, ex mesenterio, & ex corporis habitu: vnde Hip. surditatem soluere dixit. melancholica; aut naturalis, aut atra, prodit, aut è liene, aut mesenterio: rarior est: ex sanguine fit, exesa, aperta, aut rupta præcordiorum vena: cruenta comitatur vomitio, colliquatio pinguedinis; carnis, & solidarum partium substantiæ liquatio. familiaris pestilentibus, causo, hectica, phtisi, atrophia ex viscerum inflammationibus. Dysenteria est cruenta alui deiectio cum labore & ventris torsione. primum mucus, deinde adeps, cum exiguo cruore; et prima est species: secunda cùm pars tunicæ apparet: tertia, cùm caro exesa aut putris excidit. locus ex situ doloris, & permistionis ratione intelligitur: nam vbi quidquid corraditur, fecibus permiscetur, superiora; si verò non, inferiora afficiuntur. Tenesmus est recti intestini affectus assidua desidendi cupiditas. amborum causa est, acer & pungens humor, qui non rectà, sed per anfractus intestinis affixus ea rodit. is autem est aut bilis flaua, vel atra, aut pituita salsa; medicamenta exedentia idem præstant, vt colocynthis & adamas; & acria alimẽta: irruit verò humor vel ex mesenterio, præsertim si illis amplum sit abdomen, ex iecore, liene, maioribus venis, & totius corporis habitu. nisi humor sit acerrimus, febris non comitatur.

Cruenta alui deiectio sine dysenteria aut tenesmo: fit aut ex imbecillitate iecoris; & tunc sanguis non purus est, sed dilutus: aut ex ruptis internis hæmorrhoidibus. Purulenta excretio si exigua & cum dolore ab vlcere, aut intestinorum aut podicis est, quod vel dysenteria, vel tenesmus, aut phlegmone reliquit: si copiosior, ex abscessu mesenterij. rarò ex iecoris aut lienis; rarius ex pulmonibus; licet Gal. & Auicen. asserant, ex his pus in sinistrum cordis ventriculum eructari: sed Gal. per arteriam aortam in minores, inde in mesenterium & intestinum: Auicenna in venam cauam, iecur & portas, mesenterij venas & intestina. sed longo tractu pus sanguine tinctum esset.

Lumbrici in omnibus corporis partibus fiunt, ex crassa lentaq; pituita, quæ intestinis frequens, corrupta præparataq; fuerat. ab uberrimo calore vitam sumunt; exemplo eorum quæ ex putri materia caloris cælestis vi vitam habent. vt autē varia est putrescentis materia figura, ita variæ sunt lumbricorum species: alij longi, sunt & teretes, qui in gracilibus intestinis gigni solent: alij lati cucurbitæ seminis effigie; hi in cæco intestino & coli cellulis: alij exigui, & teretes ascarides dicti; hi in recto intestino & extremo sphinctere. omnibus materia est cruditas, & eorū vsus quæ facilè putrescunt. signa sunt, ventris distentio, murmur, lietericum proluuium, oculorum suffusio, narium pruritus: subsequuntur tussis sicca, deuorandi conatus, tremor, epilepsia.

Anum occupat phlegmone, ex sanguine, è vena caua per hæmorrhoides in partes inanes quæ circa podicē sunt, incidente. dolor adest acerbus, foras interdum prominet, quandoque cum febre; abscessus inde relinquitur, inde vlcus sordidum, ex quo fit fistula: & quandoq; in vesicam penetrat; unde crepitus, fex & pus per pudendum exeunt.

Rhagades, id est, scissuræ, vlcuscula sunt oblonga, cum dolore & ardore. fiūt ex resiccatis fecibus. vel humoris acris, salsi, siccātisq; morsu.

Condyloma est durum tuberculum in ani margine ortum, aut verrucæ, aut grani vuæ, aut maturi mori, aut ficus effigie. ex melancholico sicco fit sanguine; tædio potiùs quàm dolore molestum. Anus procidit ex musculi resolutione. Hæmorrhois fit ex sanguine melancholico, qui è caua in extremum venæ profunditur: & cùm nihil sanguinis effundit, cæca dicitur; secus verò, aperta. profusionis causa continens: vel in sanguine, qui multus, tenuis, aut acer violenter erumpit; vel in venis, quæ aut apertæ, aut erosæ, aut ruptæ iam sunt. suppressio contrariis fit ex causis. sanguis exiens conspicitur fece minimè permixtus.

Renum inflammatio propriè nephritis appellatur. rarò fit: nam eorum caro prædura. interdum tamen ex ictu, casu, & contusione accersita fluxione per emulgentes venas. hanc sequitur ardor ingens, dolor grauis vicinas partes conuellens. pulsans inter coxendicē & extremam costam; cruris è directo stupor, nausea, fastidiū crebra vomitio; vrina

principiò tenuis, & cruda; inde mucosa. Renis obstructio varias habet causas: arenulas, calculum, humorem crassum, & viscosum. rarũ, à solo humore, sæpè ab arenulis quæ non in cauo, sed in substantia renũ fiunt; fluentis vrinæ impetu prolabuntur in cauum, ac inde in vesicam per vreteras. si curatio negligitur, coalescunt, & calculum gignũt: qui si exiguus est, non multo post tempore in caput vreteris se infert, & nephritico dolore in vesicam procidit: qui si tempore nõ procidit, assiduo arenularum appulsu coagmentatur in verum renis calculum: cuius nec vna semper est magnitudo, nec vna forma, nec color vnus. est partis grauitas, decubitus grauis in aduersum latus, cum obtusiori dolore; præsertim cum ren flatu vel fece premitur. nephriticus dolor, citra calculi excretionem redit per laborem & exercitationem; vrina cruenta, cruris stupor. calculi materia dicitur crassus & viscosus humor, ex cruditate vel terreno sanguine: efficiens, renum calor; sed alia est crebrior, insita renum arenosa & calculosa constitutio, quam quandoque à parentibus æger contraxit: nam hoc vitium maximè est hæreditarium.

Renum abscessus rariùs ex phlegmone, sæpiùs ex sordido vlcere non expurgato. interdum distento rene, tumor circa lumbos apparet; febres cum horrore oberrant: eo rupto pus cum vrina egreditur, & renũ substantia; inde vlcus manet ferè immedicabile: nam viscus spermaticum est & præterfluens vrina, vlcus coalescere non sinit, ideò sordidum, vt fistula, relinquitur: modò pus, modò mucosum defluit: vrina alba, turbida, lactis sero persimilis, ferè semper à calculo fit; qui vel pondere renem contundit vel attritu exedit; & vrina antequã purulenta cruẽta exit. si pus detinetur, sensim per emulgẽtes venas in maiores redundãs, sanguinem & habitum totius inquinat, & pallescunt, vt in leucophlegmatia: quandoque è lumbis, aperta cute diu multumq́; manat; & quandoq; tanta est copia, vt reddatur vomitione & deiectione sincerũ.

Nephriticus dolor acerbissimus est vreterũ. vrina primò pauca, tenuis, & aquosa; postea crassa, copiosa, & arenosa exit, & ardore ad meiendum crebriùs compellit: decubitus in aduersam partem dolorem exasperat. causa calculus est per vreteras transiens. discernere à colico dolore, in primis diebus est arduũ: sed hic nec vagatur, nec citata aluo, & discussis flatibus mitescit. sedato dolore, videndum est, an causa in renem remigrauerit, an in vesicam exturbata sit: cauendum est, vt ne illic subsistat: educto calculo, videndum est an arenularum adhæsu cõpactus, an solidus sit. Vesica sæpe calculo afficitur. huius materiam plerique tradunt crassum & crudum succum, qui cum vrina in vesicã influit; in qua tãquam fex subsidens lapidescit, loci calore exarefactus. sed, nisi admodum angusta aut obstructa sit ceruix, quomodo tamdiu possit ibi remorari non video, cùm pus, sanguinis grumus, pituita educatur. vnde potius est rudimentũ quoddã è renibus excidens, præsertim

per nephriticum dolorem. si grandiusculus, hæret in vesica, & sordium adhæsu coagmentatur. nihilominus sæpenumero fit lapis in vesica sine dolore nephritico, & præcipuè pueris; videmus etiam pituitã in vesica detineri, & sua viscositate eius tunicis adhærere. propria calculi signa, circa pudenda titillatio, inde dolor grauis, mictus difficilis, intercisus; desidendi cupiditas; nam è perinæo calculi magnitudo rectũ intestinũ, vt ceruicem exstimulat. at verò nonnunquã summa vesica adhærescẽs prominet, & vix vllum ex his signis manifestò apparet: vrina alba, crassa, in qua sedimentum purulentum est, aut muceri persimile. si ex vlcere, ex causis antecedentibus dignoscitur; vt ex sordida gonorrhœa quæ ex lue venerea; aut digitus in anum, aut catheter in vesicam immissus certiùs explorabit. Inflammatio vesicæ non est, cùm exanguis sit; sed sphincteri ceruicis musculo insidet. febris ardens, acuta, dolor acerbus in perinæo cũ rubore & ardore; vrina supprimitur, summo tamen meiendi desiderio; alui astrictio, pecten distenditur, catheter immitti non potest. sæpe in gangrænam desinit, ex qua nullus ferè saluatus est. cùm suppuratio fit, omnia ingrauescunt; rupto abscessu mitescunt. ex abscessu, si seruetur æger, vlcus sordidum & cauum remanet: & hic abscessus visus est etiam per peritonæum erumpere.

Exulceratio etiam quandoque occupat vesicam & vreteres: & fit vel à corrodente calculo, vel acriori vrina, & cum ea furfurea quædã exeunt. si in vretere, dolor inter pubem & renem affligit, & pus capillorum specie natat: si in vesica, vrina cõtineri non potest, assidua meiẽdi cupiditas, laborans erectus stare non potest, ingens cruciatus.

In penis ductu, abrasa interiori tunicula, lenis fit exulceratio: inter meiẽdum, vrina dolorẽ parit, præsertim cùm fluere incipit, vel desinit.

Priapismus est colis erectio & incremẽtum præter naturam permanens, citra libidinis stimulum: vel cum inflammatione, vel sine. causa est flatulentus spiritus, qui vel ex crasso humore, vel ex semine redundante suscitatur. Impotentia coitus fit: aut quia semen extinguitur; aut morbo aut senio; aut qualitate manifesta, medicamentis, aut maleficiis: aut quia non emittitur semen; ex obstructione vasorum, aut paralysi. hi venerem appetunt, alij verò minimè.

Gonorrhœa est inuita & nimia seminis profusio præter delectationem: semen crudum, & aquosum est. causa est spermaticarũ partium imbecillitas, quæ vel non concoqui, vel non retineri semen potest, dum coquatur, & crassescat. ideò familiare est adolescentibus, qui intempestiuè nimia venere vsi sunt. cùm per insomnia, aut attenta cogitatione semẽ procidit, causa est, vel seminis exuperantia, vel eius acrimonia, vel partium robur. Altera gonorrhea species fit ex lue venerea; in qua primò virus album & subcitrinum fit, ex vasorum imbecillitate, ex hac lue contracta. hæc in tetrum vertit virus quidquid in his vasis

collectum est. tempore putret & acrimoniam adsciscit, trãsitu ductum penis exedit & exulcerat: hoc præter ratione suppresso colligitur intus abscessus, aliàs in testiculi epidydymide, aliàs in perinæo, qui rupta apertáve cute, materiam fundit. Penis vlcus diuturnum esse solet, & vel in carunculam instar verrucæ expullulat, vel multa sordes in callum obdurescit: idq; non vno meatus loco, sed duobus ac plerunque tribus. notæ sunt vrinæ suppressio, tenuis mictio, pene compresso, & immisso cathetere deprehenditur offendiculum. Diabetes est immoderatum vrinæ profluuium, quo assumpta potio nihil ferè mutata profunditur: sitis adest inexpleta: renũ est symptoma, in quibus aut ingẽs calor, aut ardentissimus humor, quo vis attrahendi seri fit validior; quod præ imbecillitate non retinet, vnde continuò prolabitur.

Vrinæ incontinentia dicitur, cùm præter voluntatem sine acrimonia & doloris sensu manifestè excidit: fit resoluto sphinctere ceruicis, & his neruis qui è lumbis in eum inseruntur musculum paralysi affectis, vel ictu, vel refrigeratione, vel destillatione. qui in somno meiunt, vt pueri his sola laxitate & mollitie sphincter dissoluitur, præsertim cùm animales functiones in somno sint sopitæ. Ischuria est in qua vrina prorsus supprimitur. causam refundit Gal. in obtusum vesicæ sensum, ob quem cùm impleri se non sentiat, nec excretionem tentat: sed cõtrà, cùm viam patentem habet, prolabitur. sed potiùs vna est suppressæ vrinæ causa, adstrictio, vel obstructio vreterum; plerunque à calculo, quandoque ab humore crasso, sanguinis grumo (& tunc pauca vel nulla meiendi cupiditas, nullus tumor in pube, dolor præsens) vel ceruix vesicæ obstructa à calculo vel tuberculo carnoso, aut calloso; rarò à crasso humore, sanguinis grumo, pure; diu enim non consistunt, sed facilè vrinæ impetu impelluntur; & tunc fit assidua meiendi cupiditas & tumor in pube. Stranguria vrinæ stillicidium. quæ sine dolore, ischuriæ habet causas, sed leuiores: quæ cũ dolore; quòd ardeat, dysuriæ; quòd stillet, ischuriæ permixtas habet causas. Dysuria est vesicæ vt dysenteria intestinorum difficultas. causa vel est acrior vrina, vel exulceratio, aut inflammatio in vesicæ ceruice.

Mictio cruenta fit aperta, rupta, vel exesa vena. si copiosus sanguis, vel à renibus, vel à sphinctere ceruicis musculo excidit: si à renibus, toti vrinæ exquisitè permiscetur. huius causa si neque ictus, neq; casus, ad calculum referri debet. renum imbecillitas simplex, aperta vena, iecoris infirmitas rarò obtingunt vt sint sanguinis fluoris causa. quæ ex sphinctere musculo, non æqualiter perfundit, sed in imo grumus subsidet, plerunque cum dolore. Purulenta mictio si è renibus, pus accuratè est permixtum: si è penis ductu; vel à parastatis, vel à vasis spermaticis: primo loco pus sincerum emittitur, dein purior vrina subsequitur. Mictio subnigra si neque ab ictero, neque à crisi, ab euulso

calculo est. Scrotum inflammatione, tumore, & omnibus herniæ generibus afficitur; & sensui sunt conspicua; si solus testis, tactu deprahēditur. Hernia seu ramex si in inguine tantùm, bubonocele dicitur. causa est peritonæi ruptio: si verò dilatatio etiam sit illius membranæ quæ in scrotum deuoluitur, hoc pariter distenditur. illabuntur autem varia. ab intestino enterocele, ab omento epiplocele: hæ sponte vel impulsu remeant; ab aqua hydrocele, ab adnata carne sarcocele hæ permanent. hydrocele est mollior, & pulsu resonat, & opposito lumine perspicua. Et vmbilici ruptio ramicis genus censeri potest: & vt viris in scrotum, ita mulieribus in pudenda intestinorum, omenti, vel aquæ prolapsus fit; & apparet sacculus. Vterum morbi varij obsident: phlegmone fit tenui feruidoq́ sanguine è vena caua in vteri substantiam per tenues venas effuso. si in priorem partē magis vergat, vrinæ difficultas adest: si posteriorem, dolor lumbos infestat & aluum supprimit. immisso in vteri ceruicē digito, quæcunque pars premitur, dolet, febris semper est comes. putri sanguine in pus transeunte, abscessus fit: pus verò incidit, eò dirupto, vel in vteri capacitatem, vel abdominis, & sic quandoque in vesicam, quandoque in rectum intestinum.

Leuior exulceratio fit à partu difficili, vel eo corrupto, ab effreni cōcubitu, à fluore acri & erodente, qui pelliculam leuiter excauat.

Vteri maligna vlcera, cùm locus aptus sit putredini, sæpe vel in nomas, id est, depascentia, & efferata vlcera, vel in carcinomata; vel nōdum exulcerata vel exulcerata; labra tunc habēt prætumida, & liuida, & grauè olens sanies fluit: fiunt ex atra bile. Scirrho interdum totus vterus, interdum pars quædam obdurescit. fit ex humore crasso ac terreno per vteri substantiam effuso & illic concrescente: vel ex inflammatione, quæ neque dissoluta est, neque in abscessum cōuersa. dolor nullus, incessus difficilis, corporis segnities, intestinum rectum decumbētibus premitur. Mola tumor est carnosus, non in substantia sed in vteri capacitate genitus. moles informis pluribus respersa venis, nutritur plantarum more, & incrementum sumit: quandoq; acetabulis hæret, vt per totā vitam perduret. leuiùs adhærēs, tertio aut quarto mēse excidit. Molæ causa efficiens non est solus sanguis menstruus, nec semen tantùm muliebre (vt oua subuentanea) hanc efficere potest; sed accedit viri semen corruptum vel inualidum, vt alimentum trahere, sed conformare non possit. nulla visa est mulier molam concepisse sine mare: motus non percipitur in vtero, vt in pregnantibus: vterus quandoque flatuum copia distēditur, & sonitus auditur, & flatus prorumpit. Tumet nonnunquam aquarum copia, & hydrops est vterinus. huius efficiens causa est iecoris aut lienis vitium; aqua ex abdominis capacitate insitatam sibi parat viam in vterum: quandoque vena caua solum sanguinis serum eodem instillat.

Rhagades, condylomata, hæmorrhoides in vteri ceruice, in eiusque pudendo, perinde atque in ano proueniunt. Mensium suppressio in ætate matura præter naturam est, sicuti parcior aut rarior quàm naturæ & victus ratio poscit: hinc symptomata succedunt: vt nausea, & lassitudo, cibi fastidium, inde morbi diuturni. Causæ euidentes, immodica vacuatio, labor, parcior victus, morbus extenuans, animi accidẽtia: interna verò, aut in principibus partibus; vt in liene & iecore, quorum vitio venarum sanguis labefactatur: aut in vtero refrigerato & obstructo; & hæc aut simplex aut à tumore; vteri peruersio, & quidquid os eius obturat; aut conformationis naturale vitium.

Immoderata mensium vacuatio fit ab his causis omnibus quæ sanguinẽ excalfaciunt, extenuãt vel quoquo modo exagitant; à plethora, à partu difficili. signum est virium imbecillitas. crebritas etiam hisdẽ de causis fit: vt m ordinem & mensuram natura moderari non potest. Est & vteri stillicidiũ, cùm sanguis parcè ac sensim elabitur, interdum purus, interdum saniosus. fit ab exesa vena; modò cum vlcere, modò nõ: & cum vlcere dolor adest. secus verò parum vel nihil doloris. Huic affinis est gonorrhæa, cùm à vasis spermaticis fiat: fluit etiam tẽpore mẽsium, quod non fit in fluore vterino. Fluor muliebris modò albicans; modò citrinus & adurens: modò graueolens, modò nullo odore. Causa eius aliàs in vtero, aliàs in principibus partibus. in vtero plerunq; est intemperies frigida, vel imbecillitas, vel erosio: his de causis vterus alimentum malè conficit, & excrementa multa progignit. dignoscuntur causæ: nam ex solo vteri affectu parcior est fluor: at ex viscerũ totiúsve corporis affectu fluor est copiosior: partium malè affectarũ notæ adsunt.

Hystericorum symptomatũ strangulatus grauissimus est. ab vtero sublatus vapor in viscera & ventriculum nauseam mouet cum rugitu: in partes thoracis, & diaphragma, respirationem crebram facit: in cor, leuẽ animi defectionẽ: in fauces, suffocationis metum: in caput, aliàs vterinum furorẽ, aliàs veternum ac soporẽ; quo mulier sine motu & sensu iacet; cum pulsu aliquando valido, quandoque obscuro. causa est vapor; non solùm per venas & arterias ex vtero elatus, sed per cæca spiracula, ex semine concluso, vel sanguine menstruo, vel alio humore maligno, è quo teter vapor ascẽdit. hic affectus non admodum differt à cardiacis & melancholicis. Vterus mouetur: ascensu premitur mulier quodam præcordiorum dolore, spirandi difficultate, aut animi defectu: descensus, cùm in inferas partes deuoluitur. si supina iacet laborans, duritiem ventris; si prona, difficultatem vrinæ patitur.

Prolapsus est, cùm vterus foras procidit. Conuulsio est, cùm vterus in alterutrũ inguẽ contorquetur. Hi errores motus fiũt ex graui partu vel eius difficultate, ex laxioribus vinculis. Vterus mouetur, sicut & ventriculus (licet Galenus secus censeat contra Platonẽ) cùm & semen attra-

attrahat, fœtum contineat, & eum excludat. Sterilitas fit quandoque ratione viri, quandoque feminæ. idque vel defectu partium aliquarum principalium; unde vel non redditur semen, vel id inualidum & infœcundum: vel partium obscœnarum vitio. in viris pudendi paralysis & atonia, gonorrhœa, vasorum spermaticorum obstructio, pudendi exilitas, & quæuis mala conformatio. idē & in mulieribus; & præter hoc omnis intēperies. Hip. hinc nosci arbitratur: si obuolutis pannis subter suffumigium fiat, si odor ad nares peruenerit, fecūda est: sin minus, sterilis: idem est si allium expurgatum pessi forma dormituræ subdatur. hordeum in urina maceratum, si postea sepultū decimo die germinet, fecunditatē: sin minus, sterilitatem arguit. quòd si in urina sulphur inspergatur, hincque vermes prodeant, fecunditas: sin minus, sterilitas. & an maris an feminæ culpa sterilitas cōtingat, hæc indicabunt.

Concepisse autē coniiciendum, si ingenti oblectatione semen, aut cum viro, aut paulo pòst eiaculetur, & exceptum retineat, nec à concubitu mulieris pudenda madent. eo ipso die mulier inhorrescit, uteri os conniuet, & retrahitur; venus languet, mēstruum subsistit; aliquibus in facie citrinæ ac liuidæ maculæ apparent, oculorum ambitus liuescit; urina crassa ac turbida, in qua innatat vel subsidet carptæ lanæ quid simile: mulsa ex cælesti aqua dormituræ data, si tormina facit pregnans est: sin minus, contra. efficax autem signum est, cùm moueri incipit leni blandoque & ordinato impulsu, quasi muscæ volatu, quem manus calēs percipit. Utrum femina sit an mas dignoscitur; nam cùm mas est, mulier probè colorata est, in dextra parte percipitur, mamma, venæ sub lingua, & arteria dextra magis tument; pulsus dextra plenior: si femina, contrà. si lac emulctum in aquam instilletur, si diutius persistat in summo, masculus est fœtus. venter in femina planior quàm in masculo. Mulier quæ viuidum fœtum opportunè conceperit, si integrè sana est, nihil molestiæ toto pregnationis decursu percipit: si valetudinaria, cibi fastidium, inappetentia, vomitio. quibus humor vomitione non prorumpit, ijs spirandi difficultas, vertigines, animi defectus contingunt; & cùm humores ventriculi tunicis impacti fuerint, pica & malacia. Abortus, vel ab euidentibus vel ab interioribus fit causis. euidentes aliæ fœtum enecant, ut syncope & tristitia, & quæ toto genere sunt præter naturam. ut quæ suffitu, odore, & substantia venenata sunt: aliæ cibum subtrahūt ut inedia, purgatio immoderata, sanguinis effusio: aliæ uteri acetabula dissoluunt; ut motus violentus. interiores causæ sunt, cibus immoderatus, plethora fœtum suffocans aut extinguēs; mucosus humor ligamenta nimis emolliēs; cibus mali succi: nam fœtus alimenti benignitate destitutus sensim marcescit. immaturus fœtus viuus educitur, cùm acetabula violētiùs dissoluta sunt: mortuus, cùm hæc futura sunt. præcedit mammarum extenuatio, lactis

exitus spontaneus, lumborum grauitas, fœtus lāguidior motus, vētris superioris coarctatio. aqua primum saniosa profluit, inde cruenta. cùm extinctus est, si diu subsistit, omnia ingrauescūt, stomachi morsus, animi deliquium, capitis dolor, horror febrilis, spiratio fœtida, ceruix vteri frigida. Pariendi difficultas aut à matre aut à fetu. à matre, mala conformitas, corporis breuitas aut imbecillitas, aut metus, vteri angustia, ossis pubis firmior compactio, vicinarum partium tumor ac durities: à fœtu, aut cùm mēbrana ægrè disrumpitur, aut imbecillior fœtus nihil matrem adiuuat, aut non rectà in caput fertur. difficilē partum prænunciat, humor aquosus ex allantoide ante partum totus effluens, aut sanguinis eruptio multo tēpore fœtū præcedens; loci enim sicci manent: per interualla languidi dolores fiunt. Corporis artus varij dolores occupant: alij ossium membranas vel musculos vel neruos vel medias regiones, vt in lue venerea: alij articulos tantùm, & arthritis dicitur, præsertim si omnes occupet. Sumuntur nomina ex locis affectis: chiragra manum occupat; vel carpum, vel externam partē, vel articulos digitorum; cū dolore, tumore, rubore, & calore: podagra, vel malleos, vel pedum, maximè pollicis articulos: ischias omnium vehemētissima in nate summa qua nerui à lumbis, & ab osse sacro emergunt, & feruntur in crura; dolor in coxendicem, femur, suram & pedem vsque porrigitur, rarò tumor, calor, aut rubor. Causa continens, est humor affixus, non inter ossium extrema, sed in vincula, extremorum ossium membranas & tēdones: nec tam varius, sed vel pituitosus, vel serosus tantùm: rubor & calor, & febris, non ex morbi essentia, sed ex doloris vehemētia, plethora, vel naturali tēperie calida. hic humor distendēdo dolorem infert. Antecedens porrò causa est humor aliundè influens, vel influxurus: non ex intimis sedibus, nam sincerus sine sanguine nō exiret: si cum eo, phlegmonē excitabit; si tantùm crudus, ex hoc tumescunt pedes in cachexia, et tamē non est podagra. vnde alia quærēda est causa; ex capite scilicet: non tamē ex intimis eius partibus, sed externis, è quibus superuacaneus humor sub cute deorsum per summa corporis decurrit. venæ enim multæ ab externis iugularibus deductæ eò excremēta sua deponunt, & (cùm capitis crassa & densa sit cutis) nō facilè euaporāt. ea copiosior congestio humoris supra modum, leui occasione aut caloris aut frigoris vi, interdum sponte etiā decidit; & cùm tenuis sit, ei similis quē è naribus frigido cælo fluere cernimus; non in spinalē medullā (nam fieret paralysis) sed facilè sub cute in solis articulis, qui densi sunt, persistit. in id præcipuè corporis latus fertur in quod crebriùs corpus decūbit. initio cùm tenuior sit, præsertim iuuenibus & in calida tēpestate, ad ima vsq; fluit; postea crassior in mediis hæret partibus; ascēdit nunquam, sed descēdit: nec dexter sinistro succedit; sed noua est fluxio. Euidentes causæ sunt, humoris in capite redundantia, & articulorum imbecillitas.

becillitas. hæc est vinculorum, & membranarum laxitas, & viarum amplitudo: vel ab ortu vel aliis de caussis. Humoris redundantis, cerebri, totiusq; corporis imbecillitas, frigida & humida intẽperies. Humoris cumulati signa sunt: capitis grauitas, somnolentia, dolor externus calua, qui cõtactu inuersis capillis exacuitur, tumor vt cera mollis calua ferè nõ adhærẽs. Hac in mediũ adfert Neotericus celeberrimus, quibus demõstrare conatur vnã tãtùm esse caussam arthritici doloris: prior tamẽ dixit idẽ Areteus. Contra hãc opinionẽ pluribus rationibus disserunt alij. quemadmodum nec vnica est caussa, nec etiam febris semper ob dolorem contingit, nec verum est, omnem inflammationem suppurari: est enim iuxta Hip. duplex inflammatio. præterea à quacunque corporis interna parte potest humor ad artus protrudi, vt contingit in crisi.

Elephantia morbus est venenatus in terrena substantia, totius corporis naturam immutans: cùm melancholicus humor venenatã acquirit qualitatẽ; aliàs ab ortu ex parentum elephantico semine, vel genitis in sanguine menstruo: aliàs ex contagione, vt ex concubitu & consuetudine: aut sponte, cùm bilis atra plurimũ exuperat, quæ sensim venenata labe inficitur: & hæc spõtanea nec pueros nec adolescẽtes inuadit. Morbus non est solius cutis, sed partium etiam internarũ. hæc est dicta ratione coloris cutis, albicans, flauescens, & nigricans. hinc densior, durior, asperiorq; redditur: prius in facie, manibus, & pedibus, quæ etiam tument, frigus & stupor: sensus tandẽ perit, seruato motu, vt pũctionẽ non sentiant. labra inuertuntur, pili cadũt, sicca scabie cutis exasperatur, interdum cum pruritu; vlcera purulẽta in extremis, fœtet halitus: libidine tentantur. Lues venerea est contagiosus affectus. Eius efficiens caussa, est venenata ac maligna qualitas, quæ in quamcumque partem corporis insederit, eam contaminat. Contrahitur præcipuè cõcubitu: & vt plurimum initium habet in obscœnis partibus: nõ simplex est qualitas, sed in humore cõsistit, quo vt subiecto & vehiculo vtitur. Æquè impuros præter offensionem congredi licet. Morbus non ex cute spectatur, cùm sæpè fermẽtum sit intus reconditum. Eius potiùs gradus quàm differentiæ sumuntur: ea omnium leuior est, in qua pili tantùm defluunt, nam tunc eius virus in tenui vapore consistit: altera in qua maculæ flauæ aut rubræ conspiciuntur; hæc in tenuissimo sanguine virus habet: tertia species cùm pustulæ primùm circa frontẽ, inde per totũ corpus, præcipuè pudenda, si negligãtur, cutẽ excauãt, & tunc hepar & massa sanguinea est infecta, inde partes carnosæ detrimentum patiuntur quia cùm iam inualescẽs lues solidas partes, ossa, vincula, neruos, membranas adoritur, cùm eas ab osse diuellit, vel sua acrimonia ferit, cruciatus fiũt maximi, & noctu ingrauescũt; tãdẽ ossa exedũt. Differt ab arthritide: nã hæc repentè & in articulis; illa sensim, & in artubus.

CAP.

CAP. XIIII.

De Præsagiis.

ATQVE hæc sufficiant quoad signa demonstratiua locorum affectorum, morborum & causarum; ordinis enim gratia, in tres partes medendi artem distribuimus: in causarũ, morborum, symptomatum & locorũ affectorum notitiam; præsagia; & medendi methodum. Nunc ordo postulat, 'vt pręsagia attingamus. maximus est enim vsus prædictionis; vt quem finem morbus sit habiturus; vtrũ crisi, & ea bona vel mala futura sit; quidquid in morbis mutationis accidere solet, Medicus prædicere possit. Paucis itaq;, quomodo inueniãtur ea quæ de futuro tempore certum quiddam in morbis indicant, & quę & quot sint inuestigabimus. At primũ illud sciẽdum, non omnia quæ circa ægrũ fiunt certum habere effectum; vt si aut clamore, tumultibus, nuntiis inamænis perturbantur; aut in aliis quæ ad tempestiuum omnium vsum pertinent, & in moderatione victus, assidentibus & externis error committatur: quæ verò ægritudinis ratione accidunt, certò præsa-

Tres sũt medicinæ partes.

De præsagiis.

1. Præsagium est rei futuræ per ea quæ manifesta sunt prædictio. Hoc admirãdus redditur Medicus, & à vulgi calumnia tutus, & à mortis crimine, vt inquit Galenus. Tẽpora morborum Gal. appellauit morborũ ætates: Hip. tempus appellabat, in quo occasio est; occasionẽ verò, in qua tempus non multum est. Sunt quæ tempora

præſagiunt; excepto ſi quando humorum motus aut à principe parte, aut ab ignobili ad principem contingat: fieri enim poteſt, vt aut moriatur, aut ſanus præter opinionem fiat. Sunt autẽ ſigna præſagiorum in triplici differentia: alia coctionis vel cruditatis, alia ſalutis aut mortis, alia decretoria. In decretoriis, Medicus nihil agere poteſt abſque temporum agnitione & præcognitione: quare cùm ea, partim à morbi natura, temporibus, circuitibus & incrementis, & ex mox apparentibus præſcire poſſit; in iis cognoſcendis omnem operam impendat oportet. eſt enim officium Medici rationem ſectantis, vt ſtatum futurum præſciat, vt quò morbus ſit euaſurus habeat exploratum; & ratio victus tota in morbis qui criſibus terminantur reſpiciat ad ſtatum; in quo ſi minimus error committatur, criſis intercipi poterit. Hæc eadem criſium doctrina inſtruit Medicum: ſi quando inciderint præter naturam, quæ vel maximum periculum minantur; cùm critica accidentia ac effectus inciderint, non perturbetur: ſed cùm multo ante naturę motum præuidit, nihil periculi, ſed ſalutẽ ipſam

Tres præſagiorum differentiæ.

in morbis, vt & in aliis pleriſque rerum. omnia enim initiũ habent, augẽtur, cùm peruenerint ad ſummũ incrementum, permanẽt ſeu quieſcũt; cùm deinde in eodẽ ſtatu permanere non poſſint, neceſſe eſt vt declinent. Principium à Galen. vniuſque morbi, coctionis ſignis determinatur. In morbi principio omnia imbecilliora, ob validam adhuc virtutẽ: tum etiã quia morbus nõ adhuc ſæuit. ex quo Hippoc. circa principia & fines omnia imbecilliora: in augmento aliqua ſigna coctionis apparere incipiũt; deinde acceſſionum celeritas, exacerbatio, anticipa-

ipsam imminere prædicet. sic rursus non confidat, si quando præter rationem omnia tranquilla videbit: sæpè enim infida huius tranquillitatis est significatio. Temporū verò morbi cognitio, non solùm ad victus rationem, sed multò magis ad totam prædictionem confert. vti enim signa critica apparent in diuersis morborum tēporibus, salubrem vel insalubrē exitum morbus est habiturus. Morbi autem tēpora vniuersalia sunt quatuor; principium, incrementum, status, & declinatio. Quædam ægritudinum, ob earum malignitatem, & ob virium imbecillitatem, statim in ipso morbi incremento hominem occidūt; reliquæ

De morborū tēporibus.

stio & vehementia: morbus enim tūc augetur & ad vigorem properat: status verò est pars morbi vehementissima, grauissima & fiunt symptomata. nam tametsi morbus futurus sit salubris, sit tamen maximus naturæ motus, cùm materiā peccantem expellere tētat: quæ cùm ob prauā suā qualitatem naturæ motui resistat; necesse est ob hos conatus grauissima fieri symptomata & vehementer ægrum cōflictari..ex quo fit sæpenumerò, vt etiam grauia symptomata, reliquis indiciis bene se habentibus, nobis indicent de ægri salute: in pugna enim superato morbo & euicta materia peccāte, quod fit virtute constante: bona sequitur crisis. Post statum declinatio, in qua salus semper contingit, vt inquit Gal.; nisi vel à laborante vel à Medico committatur error. aliqui tamen dicunt, contingere posse, aliquem etiam mori in declinatione vniuersali, cùm id etiam cōtingat in particulari. sed hæc contingere quidem possunt, existente laborante in morbi vniuersalis augmento vel statu; in paroxysmi tamen particularis declinatione: dicunt etiam quod morbus & virtus sunt sicut duo dimicantes; in his enim quandoque contingit vno superato & euicto, alterum interire. sed ad hoc respondere possumus, quòd non fuit omnino & perfectè victor: nō enim habuit materiam ita dispositam in quā ageret, sicut natura agit; cum materia est in statu concocta & postea expulsa: aliter enim non foret concoctio & ita sæpenumerò aliqui arbitrantur laborantē in declinatione interiisse cùm causam mortis ignorent. decipit enim illos calor ille accidentalis diminutus; cùm hoc contingat

tingat

tingat ex defectu caloris innati, ad quem sequitur etiam defectus caloris accidentalis. in declinatione itaque nullus moritur: quando enim natura vincit & inimicum expellit, non contingit mori; & tunc est tēpus declinationis: in declinatione enim virtus semper praualet morbo. deinde declinatio dicitur morbi & non virtutis (quemadmodum & principium, quod dicitur respectu morbi & non virtutis) & ipsa opponitur principio: contraria namque nata sunt fieri circa idem. A uer intellexit de virtutis declinatione: sed hoc intelligitur, vbi materia morbifica occultatur. Mors autem duplic: de causa potest contingere: aut per se, aut per accidens. per se, aut ex morbi essentia & vehementia; & sic mors contingit in statu: vel ratione materiæ, quæ vel qualitate obruit, vel malignitate, vel aliqua vehementi qualitate destruit: & sic in principio accidit mors, in augmento vt in statu: vel quòd particeps est vtriusque. Deinde mors contingit: vel ratione imbecillitatis virtutis, vel ratione magnitudinis morbi, aut propter accidentia: horū autē nullum contingit in declinatione. Præterea sanitas ex morbo fit tanquā ex contrario suo. Cōtrariorum enim vnum gratia subiecti in quo sunt fit alterum, vt patet 1. Phis. quòd verò sic fit, per motū producitur contrarium in esse. morbus autem inter extrema, partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem, vt Phisic. 5. cùm autem parum à principio recesserit, magis est particeps termini à quo: cùm æquè distat, vniformiter se habet ab vtroque: cùm verò magis proximus est termino ad quem, tunc vehemētior est motus, cùm magis attingat finē suum seu perfectionem: ita enim iam suum contrarium superat. ita contingit in declinatione: tunc enim motus ad sanitatem est ferè in termino ad quem, expulsa iam ægritudine: & motus naturalis fini aut perfectioni proximus redditur fortior. Et sic patet, neminem mori in perfecta declinatione, nisi vel alius superueniat morbus, vel aliquod cōmittatur peccatum; vel à laborante, vel à Medico, vel ab assistentibus.

De morbi principio.

in statu.[2] Principium quidem morbi non est semper tantum primus insultus, sed ad tempus latum extenditur: communi enim quadā imaginatione continetur in prima accessione. ideò Principium dicitur tribus modis: vel vt primus insultus, qui sine latitudine est; vel vt prima accessio; habet enim quandam latitudinem: tertiò verò dicitur

2. Rationes verò principij ex diebus decretoriis: & horum ratio breuibus ita habetur ex Hip. & Gal. Inquit enim Hip. 3 Præsa. Primus insultus ita finitur, alter in septimum diem

citur principium, ratione cruditatis. & huius artificiosa quædam est cognitio: vocat enim principium Hippocrates totũ illud tempus morbi omnino crudi. Dignoscitur autem principium, (vt idem inquit) per accessiones & cõstitutiones morbi, & anni tempora & circuituum inuicem increméta. nam morbus acutus breue habet principium: contingit enim quandoque vt admodum sit breue principium. nam (vt inquit Hip.) aliquibus statim feruescit & viget: est enim quandoque principium indiuisibile, vti prima vel secunda die statum recipiat. Ab anni tempore sumuntur indicia principiorum: nam æstiuæ quartanæ breuiores: ita hoc tempore breuius principium; hyeme longius. A circuituum incrementis, si accelerant vel non; si diutius durant; si maiora sint aut minora; & reliqua huiuscemodi nobis indicant morbi principium: in quo quidẽ semper omnia imbecilliora, sicuti in statu fortiora. Vtrum autẽ morbus augeatur, cõsiderare oportet, naturã morbi breuem vel longam; mores, & symptomata: quæ si augeantur, morbum augeri indicant: sic & accessionum longi-

producitur, tertius in vndecimũ, quartus in decimũ quartũ, quintus in decimũ septimum, sextus in vigesimum. Igitur accessiones ipsæ ex acutissimis morbis, per quatuor in viginti aucta finiuntur. Et lib. De sept. partu, inquit: Medicum qui ægrotorum salutẽ rectè coniectare volet, animaduertere quidẽ oportet, & contẽplari omnes dies: ex paribus verò decimũquartum & vigesimum-octauum, & quadragesimum secũdũ. Hic enim terminus ponitur à quibusdam pro harmonia ratione, & integer, ac perfectus numerus: verùm ob quam

De morbi augmento.

longitudo, vehementia, anticipatio, si tolerabilius ferãt symptomata vel nõ. nam si meliora quæ dicta sunt fiant, morbum minui significat: si contrà, augeri. Et citò & tardè statũ futurum, nobis indicant quæ dicta sunt; & præcipuè morbi natura. Non habetur autem exquisita dignotio principij antequam fiat augumentum; nec augumenti antequam fiat status. Exercitandum est autem ex dictis, vt artificiosè statum dignoscamus inuadentẽ. Ex duobus autẽ præcipuè dignoscuntur tempora: ex symptomatibus, & ex coctione & cruditate. Coctionis quidem signa stabilem & firmam semper habent significationem: nullum enim vnquam signũ coctionis prauum fuit.

Ex duobus præcipuè dignoscũtur tempora.

causam, longius fuerit in præsenti exequi. Gal. verò lib. 1. De diebus decr. ca. 1. inquit: Dierũ decretoriorũ causæ, duo prima omnium quæ fiunt primordia esse statuenda videntur: inordinatum videlicet, quòd ex hac mundi materie proficiscitur: ordine verò ornatuq́ procedẽs, quod cælestibus originem fert acceptã. Omnia siquidẽ in hoc orbe ab illis decus, ornamentumq́ capessunt. Et lib. 3. De dieb. decret. cap. 3. inquit idem Gal.: Vehementiores mutationes eueniunt, vbi luna cum sole coit, insuper in apparitionibus plenilunij: minores, dum medio orbe apparet obscura, dũ curuata in cornua ac falcata videtur. Obseruasse se Galenus affirmat, ab Ægyptiis Astronomis inuentum, lunam non modò ægris, sed etiam sanis, dies quales tandem futuri sint posse pranũciare: et si ad planetas temperatos steterit, faustos ac bonos producere: si ad intemperatos, graues, atque molestos. lib. eodem cap. 6. & tradit exempla. idem inquit Gal. lib. 2. De dieb. decret cap. 6. Dierum decretoriorum, vt duplex est vsus, & natura; sic Hipp. duplicem eorum disciplinam instituit; in aphorismis, & prognostico, eorum, quæ secũdùm quaterniones, & hebdomadas inuicem complexi sunt: In primo autem Epidemiôn, etiam aliorum omnium coincidentium. Dierum decretoriorum naturam experientia inuẽtam, ut ratione iudicari conueniat, nempe hac, quòd natura prorsus sufficit, & summa quadam prouidentia corpori nostro prospicit: & propriis ipsam, ac ordinatis motibus uti;

 cum-

cùm sit natura res quædam ordinata, & quæ cùm materiã superauit, proportionibus quibusdã definitis, & periodis ordinatis, motiones ipsius fieri. Quam præcipuam esse dierum decretoriorum rationem vult Gal. lib. 2. De diebus decr. cap. 2. & asserit Gal. lib. 1. De diebus decr. cap. 4. Diem septimum omnium dierum decretoriorum, non numero & ordine primum sed potentia & dignitate: quòd videlicet omnes decretoriorum notas occupet, & plurimos iudicet absolutè, & cum manifesta excretione, & eodem libro De dieb. dec. ca. 6. Decretoriorum dierũ supputatio ab initio morbi fieri debet, non vbi quis primùm capite doluit: sed vbi primùm febricitarunt. Septenorum quartus est index; alterius septimanæ octauus principium. Est etiam & vndecimus contemplabilis: ipse enim quartus est alterius septimanæ. Rursus verò decimus septimus contemplabilis: ipse siquidẽ quartus est à quartodecimo, septimus verò ab vndecimo. Lib. 2. Aphor. 24. Ex cognitione constitutionis temporum anni, & morborum natura, ordinem dierum iudicatoriorũ considerandi ac prædicendi facultas datur: & harum rerum gnaros scire contingit, quibus, & quãdo, quomodo victum præscribere oportet. Lib. 3. De popul. morb ad finem, & lib. De diebus iudicatoriis: Iudicãtur febres quarta die, septima, vndecima, decimaquarta, decimaseptima, vigesimaprima: ex his autem acutis quædam etiam trigesima, deinde quadragesima, postea sexagesima: quũ verò hos numeros excesserint, diuturna iam febrium constitutio fit. Lib. de diebus iudicialibus: Decretorius dies qui putandus: an in quo iudicij aliquis dies extitit, an in quo morbus primùm discussus est, affirmat autem Gal. decretorium eum dici, in quo quis iudicatus est. lib. 1 De dieb. decre cap. 3. vsque ad decimumquartum efficacissimæ sunt crises, & iudicia de morbis: quibus succedunt, quæ vsque ad vigesimum habentur: quæ post hunc ad quadragesimum succedunt, paulatim vehementiam suam remittunt: qui post quadragesimum sunt omnes, prorsus languent, concoctione & abscessibus potiùs quàm crisibus morbos finientes. lib. 1. De dieb. decr. In eodem etiam loco dicit quòd diei sexagesimi, octogesimi & centesimi. rationem Hip. habet: & morbos quosdam septem mensibus, alios septem annis finiri dicit. Cur imparibus diebus moriantur homines, causa est: quia si multum fuerit id, quod affligit in corpore, magis quàm opportunum est, & aceruatim robustum, turbatur ad ventriculum; & cùm non possit calorem sufferre corpus, eo fruitur & graueolẽtiam circa spiritum fieri necesse est: & cùm nequeat corpus, præ debilitate (nimirum omni humore morboso existente) spiritum trahere, quo ea quæ in ventriculo sunt refrigerentur: quidquid est humoris vitalis, id foras exhalat; atque ita homo moritur. lib. 4. De morb. Eodem etiam libro inquit: In imparibus diebus non purgandum: in quo priores Medici maximè peccauerunt, non scientes quòd humor in corpore ægroti magis turba-

tur

tur in imparibus diebus; nimirum corpore humorem ad ventriculum transmittente. Et si quis iam turbatum adhuc magis perturbet medicamento immisso, nihil miri est, ex talibus hominem perire. lib. 1. De popul morb. etiam inquit: Ex imparibus verò iudicātibus primus est dies tertius, deinde quintus, septimus, nonus, undecimus, decimusseptimus, vigesimusprimus, vigesimusseptimus, & trigesimusprimus. eodē quoque libro inquit De diebus decret. cap. 2.: In sexto iudicantur ægri, sed cum difficilibus symptomatis, & periculo non mediocri; ad hæc absque fide, imperfectè, obscurè, sine notis, tum sinistrè.

De crisi. [3] criticorum verò accidētium sæpè infida & peruersa est significatio: nam si coctionis signa præcesserint suo tempore, fieri potest vt morbus criticè expugnetur ab ipsa natura: si verò statum antecesserint, & debilia fuerint coctionis signa, fieri potest vt euadat quidem æger, sed in longū tempus morbus protrahatur. Diximus; antè statū concoctionis signa si apparuerint, verè esse infida: nam ex mente Galeni, in- (Quando incipiāt apparere signa coctionis.) incipiunt quidem apparere signa coctionis in fine principij morbi; fit deinde melior concoctio in augmēto: cùm verò exquisita est coctio, tunc status tempus est: apparentibus verò signis perfectæ coctionis, & sedatis symptomatibus, tunc est finis status, & principiū declinationis. nam si cruditatis signa integra permanent, longum erit principium: si coctio debilis, longum quidem, sed non priori simile: & vt plurimum reliqua tempora naturam

3 Crisis est subita in morbo vel ad salutem vel ad mortem mutatio: fit à natura separante bona à malis & ad expulsionē properante. largo modo sumpta, est subita in morbo mutatio vel ad salutem inclinatio, vel præcedens agitatio, vel integra morbi solutio. exquisita uero crisis est subita per expulsionē à natura facta ad salutē mutatio. Nomen crisis deductum est à iudicius forensibus. in crisi morbus est accusator, æger

retas, natura laborantis patronus, signa & indicia testes; Medicus iudex, qui iuxta laborantis virtutem & morbi sæuitiam exitũ rei iudicat.

Quatuor modi crisis ponũtur. est enim quædam celeriter tendens ad mortẽ, dissolutio dicta: alia paulatiue, quæ liquefactio vel consumptio appellatur: altera quæ sensim ad salutẽ, morbo resoluto: alia verò proprijssimè crisis dicta, quæ celeriter tendit ad salutem: quæ enim ad mortem, non simpliciter dicitur crisis, sed crisis ad mortem; & dicitur solùm crisis in morbis ab humoribus factis. Vt autem crisis sit bona, quàm plurimæ requiruntur conditiones: primò vt sit ita perfecta, vt nihil morbi relinquatur, nec amplius reuertatur: deinde, vt symptomata non sint adeò sæua, vt metum inferant: postea, vt præcedat concoctio, & præcesserit aliquis dierum indicantium, & conuertatur ad bonum: vt etiam fiat in die critico: postmodum vt fiat per euacuationem: hæc enim laudabilior est quàm ea quæ fit per abscessum: & vt euacuetur humor peccans, seruata rectitudine partis affecta: quemadmodum affecto iecore sanguinis

principij comitantur: & ita cognito principio, cognoscitur etiam crisis tẽpus: nec vlla fit crisis post status tẽpus, sed paulatim soluitur morbus longo tempore coctionem recipiens. Omnis enim morbus tribus modis salubriter terminatur: aut per excretionem manifestè factam; aut à natura vel ab arte: aut per abscessum: aut per concoctionem. Hæc autem præcipuè consequũtur naturam morbi, & anni tempestatis. Nam morbi qui à calidis & tenuibus humoribus fiunt, cùm sint velocis motus, per excretionem faciliùs terminantur: qui verò à crassis & lentis oriuntur humoribus, cùm sint motus tardioris, paulatim terminantur, & faciliùs per concoctionem: qui verò medio modo se habẽt, medio etiã modo mouentur; vt plurimũ per abscessum, papulas, scabiem, & similia terminãtur. eadẽ ratio motus est in anni temporibus. Atqui decretoria signa solent

Crisis semper in statu.

Tribus modis terminatur morbus.

nis è naribus fluxu è dextro latere: liene verò, è sinistro. Sunt autē crises duplices: quædam enim fiunt per euacuationem manifestam; vt fluxu sanguinis per nares, hæmorrhoidas & menstrua; vel vomitu, aut sputo aut secessu, aut vrina, aut sudore: alia verò est imbecillior, quæ ad partes externas corporis educit. nam cùm natura nō possit ab vniuerso corpore materiam peccantem expellere, transfert ad partes ignobiliores. Reliqui morbi soluuntur per resolutionem seu cōcoctionem: omnes enim morbi chronici, qui à benignis humoribus originem ducunt, soluuntur per vlteriorem concoctionem; qui verò pendēt ab humoribus toto genere præter naturam; hi vel à natura per crisim iudicantur, vel ab arte educuntur.

Ratio autem dierum criticorum, meo quidem iudicio, omnibus relictis opinionibus, ita se habet. Nam quemadmodum inter lunā & solem adsunt aspectus siue irradiationes: ita etiam contingit in morbo. nam in primo morbi insultu fit coniunctio morbi & lunæ; circa quartā diem fit sextilis; circa septimam, quadrans; circa vndecimam, trinus aspectus; in decima quarta die oppositio; in decimaseptima trinus; in vigesima, quadrans; vigesima quarta sextilis; inter vigesimam septimam & vigesimam octauam denuò altera coniunctio. sic enim fit motus lunæ spatio viginti septem dierum & decem horis. & quēmadmodū sextilis & trinus sunt imbecilliores & benigniores: ita etiam contingit in morbo. cogitandum est enim, eosdem aspectus fieri inter morbum & lunā, qui etiam fiunt inter solem & lunam. Cur verò quandoque crisis fiat in vigesima die, & sæpenumerò in vigesima prima, hoc nulla alia ratione contingere arbitror, nisi quia luna mouetur in epicyclo suo; modò retrogradè tardiùs; modò directè velociùs: & ex his variis motibus lunæ contingit etiam hac ratione statuta dici crisis varietas.

Quæ crisim præcedant.

crisim præcedere; + præcipuè verò præcedit laborantis difficilis tolerantia, vigiliæ & symptomata molesta. Vt etiam præsagiri possit dies crisis bonæ vel malæ, obseruandi sunt dies critici: nam in quarto, præcipuè septimo, & decimo quarto fiunt crises perfectæ & absolutæ; in sexto & octauo autē non fiūt; aut si fiant, sunt imperfectæ, cum grauioribus symptomatibus, & maxima

+ Et præter hæc, præcedūt aliqua ex istis: deliriū, fortis æstus, anxietas, præcordiorū dolor, nausea, inquietudo, laboriosa nox, temporū grauitas, colli dolor, tenebræ ante oculos,

ma agitatione. his enim diebus natura non molitur crisim, nisi coacta, ac nimia morbi molestia. Cùm itaq; morbus per excretionem iudicatur, pluribúsque modis id contingere possit, (nam & per alui profluuiũ, per vrinas, per sudores, per hæmorrhoides, per menstrua, per sanguinis fluxum è naribus, per vomitũ) optimus sanè Medicus præuidere debet, nõ solùm quãdo, verùm etiã qualis futura sit [5] crisis; Morbum autem terminare est officiũ naturalis facultatis, noxios humores secernentis & excernentis vi concoctrice & expultrice: ex quo cùm facultas expultrix insurgit, necesse est vt in visceribus tanquam instrumentis naturalibus & propriis fiat commotio: vnde vt plurimum hypochõdria sursum contrahuntur, si natura ad supernas partes humores moueat: nã si ætas, tempus anni, consuetudo; ad hæc capitis grauitas, dolor, calor, rubor, venę turgidæ circa tempora: fluorem sanguinis è naribus exspectare oportet. si hypochondrium dextrum retractum sit, per dextram narem: si sinistrũ, per sinistram. si adsit & difficultas anhelitus, ventriculi perturbatio, morsus, nausea,

vertigines, capitis dolores, lachrymæ, vigiliæ, somnus grauis, difficultas spirãrandi, animi deliquium, sitis inexplebilis, decubitus difficilis, accessionũ magnitudo, & earũ anticipatio, et celer morbi motus.

5. Pro varia morborũ specie & natura, variæ etiam crises fiunt, varij naturæ motus, excretiones penitus diuersæ. nam in febre ardẽti vt plurimum fit crisis per sanguinis fluxum; quotidiana, per vomitus pituitosos: Phrenitis per sudorẽ capitis, aut sanguinis profluuium: lethargus, & reliqui morbi frigidi capitis, per abscessus: inflammatio

Qualis futura sit crisis.

nausea, vomitus expectandus est. Si verò sanguinis crassi adsit copia, grauitas in abdomine inferiori, dolor circa renes, consueta euacuatio suppressa; fluor sanguinis exspectandus per hæmorrhoidas vel menstrua. Humores biliosi ac tenues vt plurimum expurgātur per sudores vel per vrinas. Crassiores humores, & quæ toto genere sunt præter naturam, per aluū excernuntur. Præcedūt ventris rugitus, grauitas, tensio, calor, nec non cupiditas desidendi. Inspicere autem oportet & morbi naturam, laborantis temperiē, consuetudinem, anni tempus. His cognitis, sciendum est, quòd vniuersa huius doctrinæ ratio ad duo capita reducitur, morbi videlicet magnitudinem, & vires. pronunciat enim Medicus secundùm fortitudinem vtriuslibet: de salute quidem, si virtus est præstantior: de interitu verò, si morbus est fortior. nam sicut duo luctantes pro victoria concertāt; ita natura cū morbo de salute contendit. vnde patet, præcognoscendū esse vter sit fortior, morbus an virtus; & quāto alter altero sit fortior. nam si vires adeò sint validæ vt possint morbum superare, ne-

iocinoris per dextra naris fluxū; lienis, sinistra: conuexa iocinoris affecta, vel per sanguinē dextra naris, sudorem copiosum & vrina copiam: caua verò per alui excremēta, sudores & vomitus.

Dignotio & præsagia circa duo præcipuè versantur.

cesse ægrotum euadere: si verò contrà, omnino morietur. Non solùm igitur morbi species cognoscenda est, sed eius quoque magnitudo: quę quidem dignoscitur ex collatione status præsentis, cum statu eiusdē hominis cùm bene valeret. [6] Dicitur verò morbus magnus; aut propter eius vehementiā; aut propter particulæ præstantiam & necessitatē; aut propter sæua symptomata. Virtutis verò robur propriis operationibus declaratur. hæ pendent à facultatibus, animalibus, vitalibus & naturalibus: sed potissimum deprehenditur in vitali, in iis videlicet quæ sunt circa pulsus; nam ij virtutis vitalis proprium opus sunt. Vt autem virium robur [7] ex pulsu innotescat, triplex est statuēda imbecillitatis causa: vna quæ sensim virium substantiam conficit, altera quæ repentè dissoluit ac dissipat, tertia quę multitudine obruit vel malignitate extinguit. languidus semper imbecillitatem portēdit. in prima quidem pulsus est lāguidus, paruus sine inęqualitate: si cum febre, creber & velox; si sine febre, rarus & tardus: tandem fit formicans & deficiens & abolitus: in secunda, pulsus paruus

Dignotio morbi magnitudinis.

Magnus morbus qui.

Virium robur ex pulsu quomodo dignoscatur.

6. Galen. 7. Metho. triplicem statuit affectus magnitudinem: aliam nāque ex læsæ actionis præstātia, aliam ex propria affectus essētia, tertiā verò ex facultate quæ læsum corpus gubernat.

7. Videtur quòd vnū sit tantùm pulsuum genus: quia est motus; & motus à tempore. & hac etiam ratione nulla deberet sumi differētia à quiete. Dicitur etiam quòd genus pulsuū est triplex. ad motum.n. tātùm tria pertinent; mouēs,

paruus & celer, minimè inæqualis: inde vndosus, formicãs, abolitus: ex copia vel malignitate, languidus, paruus, rarus, tardus, inæqualis, intercurrens, intermittens: intermissio quo diuturnior eo periculosior. diuturna est quæ excedit tempus duorũ pulsuum; breuis verò quæ citra vnũ. Cognita causa imbecillitatis, etiã virium quantitatẽ dignoscere poteris; & de salute & morte præsagium ferre. Collatis itaque morbo & virtute, videndum est quãtum alterum supra alterũ dominetur. id ex concoctionibus vel cruditatibus

Dignotio viriũ ex concoctionibus.

mobile & magnitudo super quam mouetur. & tanto magis videtur cõuenire, cùm tria tantùm requirantur ad pulsum; virtus, instrumentum, & necessitas: sed plenus, & vacuus non pertinent ad motum, quemadmodum reliqua qualitates tãgibiles.

Pulsus dupliciter consideratur: secundùm eius essentiam & secundùm eius accidentia. ratio essentialis est motus diastole & systole; pulsus est motio cordis & arteriarum secundùm diastolẽ & systolen, ad caloris innati refrigerationem & superfluitatum fumosarum expulsionem: accidentalis pulsus est, qui suis differentiis nobis indicat occultiora.

Causa pulsus duplex: efficiens & finalis: efficiens duplex: præcipua est anima: altera instrumentalis: quæ etiam duplex: Incorporea; temperies, calor insitus; corporea, arteria. Causa finalis quadruplex: vna vt sanguis & spiritus in cordis nutrimentum & custodiam attrahatur: altera, vt aëre attracto contemperentur; & attinent ad diastolen seu dilatationem: ratione verò systoles seu constrictionis: vna, vt sanguis & spiritus delabãtur in membra: altera vt fuliginosa excremẽta expellantur. cùm enim cor constringitur, dilatãtur arteria & è cõtrà.

Motus est triplex: à medio, ad medium, & circularis. ex quibus ceu extremis fit alter motus medius, qui reflexus seu interceptus dicitur; qualis est cordis, qui nõ est motus rectus, nec circularis, sed medius, compositus ex recto & circulari. est enim compositus ex motu & quiete: fieri enim non potest, vt inquit Arist. 1. Phys. motum cum alio continuari, nisi intercedat media quies. Non est motus voluntarius, quia fit ab intrinseco principio, est igitur naturalis, sed non qualis qui formam cõsequitur, cuius generans est causa. generans enim eam quãtitatem quam tribuit formæ, eandẽ etiam tribuit loci, vt inquit Arist.

4. Cal. & materia & per consequens tantundẽ etiam motus: quoniam locus acquiritur per motum: naturalis verò quæ est ab anima, est forma de qua prius natura dicitur quàm materia. adest quies, quia omne agens necesse est vt deficiat à continua actione. ex his apparet, quòd motus animalis deorsum est facilior. Dupliciter enim est naturalis: sursum verò est naturalis tantùm ab anima; præter naturalis vt à forma à generante impressa. Pulsus verò dupliciter consideratur: vel quantum ad primas eius differẽtias, vel secundas: primas, vel quatenus ad ea quæ sunt de motus essentia; vel quo ad illa in quibus cõstat motus primum, idq; dupliciter: aut quatenus spectat ad motum, efficiẽs & virtutem. & ita oritur pulsus fortis, debilis & mediocris. aut respicimus ipsum motum: idq; dupliciter: vel quatenus pertinet ad ipsius quantitatem percussionis & sic oritur genus pulsuum quantitatis simplicis: cuius nouem sunt differentiæ: longus, breuis, latus, angustus, profundus, apertus, & horum medij: compositi sunt viginti septem: inter hæc magnus & paruus. magnus consistit in longitudine, latitudine, et profunditate. vel tempus respicimus: vel ratione motus; & fit pulsus velox vel tardus: vel ratione quietis; & fit rarus vel frequens: ratione illorum in quibus fit motus: vel ratione arteriæ: & sic pulsus mollis aut durus: vel ratione eorum quæ continentur in arterijs; & ita erit plenus vel vacuus. cùm verò & omnium harum differentiarum motuum & quietis oritur rythmos seu consonantia; ita fit pulsus æqualis inæqualis; ordinatus & inordinatus. pulsus igitur non tantùm ratione motus consideratur.

8. *Hæ sunt præcipuæ notæ & indicia alui excrementorum, quæ ex Hip. & Gal. sumuntur. Hippocrates ita dixit, quòd Deiectio optima est mollis, & cohærens, & secundùm horam, in qua etiam à sano egerebatur: iuxta copiam*

cõstabit:[8] quæ ex superfluitatibus partium singularum cognoscuntur. Ventris itaque cruditas ex deiectione, colore, odore quantitate, & præsertim consistentia manifestatur: quæ quãto magis iis quæ in sano fiũt sunt similia; ita & meliorem concoctionem indicant. Concoctiones verò vniuersi habitus, sudores ostendunt. est enim sudor, serum eorum quæ in toto corpore continentur: & apparentibus sudoribus, morbo adhuc crudo: aut humorum

rum copia, aut naturę imbecillitas adest, opportunè autem fiunt, inclinãte accessione, & morbo, & in die critico, apparẽtibus signis concoctionis, cum virtutis robore & tolerantia. præterea vniuersalis etiã sit sudor & continuus, ita vt nec modò veniat nec modò recedat; & calidus: nã frigidus in acutis mortẽ; in lentis ægritudinibus, morbi prolixitatem ostendit. in vna parte, præsertim in capite, malus. & vbi sudor adest, indicium est ibi morbũ adesse. Quæ in venis continentur, in hepate, præsertim gibba eius parte, ex vrinis dignoscũtur: & quæ circa renes & vesicã insunt, complicantur iis quæ vrinis insunt. Est enim vrina serum & vehiculum sanguinis, à virtute renum attractrice secretum. Demonstrat autem humorum & partium vitia: videlicet sua substantia pura vel impura; tenui vel crassa; clara vel turbida; sua quantitate pauca vel multa: sua quali-

Digno- no ex sudore.

Cogni- tio ex vrinis.

verò, pro ratione ciborum ingestorum. si enim talis excernitur, inferior venter bene valet. libro 2. prædic. textu 13. Deiectiones non multitudine sunt æstimanda, sed si talia deiciãtur qualia cõueniunt, & ægri facilè tolerant. lib. 1. Aphor. 23. Eorum quæ vniuersim, & velociter nutriunt veloces quoque fiunt excretiones. lib. 2. Aphor. 18. Alui profluuia fiunt in pluuiarũ multitudine lib. 3. Aphor. 16. Æstate alui profluuia fiũt. lib. 3. Aph. 21. Dentire incipientibus pueris alui profluuia fiunt, eodem lib. 25. Deiectiones nigræ qualis est sanguis niger, sponte venientes; siue cum febre, siue sine febre, pessima: & quanto colores magis praui fuerint plures, peius. lib. 4. Aph. 21. Morbis quibuslibet incipientibus, si atra bilis vel suprà, vel infra exierit, lethale. lib. 4. Aphor. 22. Quibuscunque ex morbis acutis, ac diuturnis, vel ex vulneribus, siue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, siue vti sanguis niger desuper exierit, postridie moriuntur. lib. 4. Aph. 23. Quibus biliosæ deiectiones superueniente surditate cessant: & quibus surditas, superuenientibus

tibus biliosis deiectionibus cessat. lib.4. Aph.28. Mictio noctu plurima facta, paruam significat deiectionem. lib.4. Aphor. vlt.

Mulieri in vtero gerenti si aluus plurimum profluat, periculum est ne abortiat. lib.5. Aph.34. A longo alui profluuio habito, spontaneus vomitus superueniens morbum soluit. lib.6. Aphor.15.

Lipoientem alui profluuio corripi, bonum. eodem libro 17.

Balbi ab alui profluuio maximè capiuntur. libro 7. Aph. 32.

In morbo diuturno fastidium cibi, & deiectiones sinceræ, malum. lib. 7. Aph.6. A deiectione sincera, difficultas intestinorum, malum. lib 7. aphor.23. Qui alba pituita detinetur, si fortis ventris fluxus superuenerit, à morbo liberabitur. libro 7. aphor.29. Quibus in alui profluuiis, excrementa spumosa fiunt, iis ex capite pituita defluit. lib.7. aphor.30. Quibus deiectiones, si stare permiseris, & non moueris, veluti strigmenta subsistunt. lib.7. aph.65. Ventris valde rubens proluuies, mala quidem in omnibus morbis, non minimè verò in prædictis; scilicet phrenitide, & comatosis. lib. 1. prorhet. textu 2.

Phreniticis alba deiectio mala est. libro 1. prorhet. textu 13.

In biliosis sincerisq; deiectionibus, spumosius veluti sursum erumpẽs flos, malus; tum aliàs, tum ei qui lumbis antè doluerit, atque huiusmodi deiectiones intestina permearint. libro 1. prorhet. textu 21.

Quibus aluus liquida, lassitudo, capitis dolor, sitis, vigiliæ, obscuritas & impotentia fuerit; vt hi mente moueantur spes est, eodem libro Prorhet. com.2. textu 3. Si intercepta aluus, parua, nigra, & in spiras circumducta ad necessitatem demiserit, & per nares eruptio fiat, malum. eodem libro & com. textu sexto; Deiectiones in spumosas, sincerasq; desinentes, exacerbant, eodem libro & com. textu 15. & eodem libro com.3. textu 18. In acutis biliosis, albicantes spumosæ, & perichole deiectiones, malæ. eodem libro & com.2. textu 18. Quibus coma spumosis prodeuntibus oritur, febris accedit acuta. lib.1. Prorhet. com. 3. textu 1. Ventris circuntensio ad necessitatem liquida dimittens, citò intumescẽs, conuulsiuum quidpiam habet. eodem lib & com.3. textu 7.

Ventris deiectiones subliuentes, cum perturbationibus, suspitionẽ habent. eodem libro & com.3. textu 15. Quæ in acutis morbis vomẽdo trahuntur vitiosa, atque albæ deiectiones difficiles. eodem lib. & co.3. textu 5. Frequentes & paruæ surrectiones sufflauæ, lętæ, stercoreum exiguum habentes, cum hypochondrij dolore & lateris, morbi regij participes existunt, eodem lib. & com.3. tex 54. Ventre nigra stercorosaq; deijciente, coma superueniens parotidas excitat. eodem libro. & com 3. textu 72. Deiectionis optimæ notiones Hippocrates a consistentia, qualitate & tempore quo deiectiones excernuntur, fecit. lib.1. Progno. com. 13. Deiectionis deterrimæ notionem non ex consistentia solùm, qualitate & tempore; sed à colore quoque & odore sumendã esse voluit

Hip-

Hippocrates eodem libro, & com. Deiectionis consistentia per naturam est, vt neque dura sit quemadmodum lapides; neque extremè humida, vt diffluere queat. ibidem. Deiectionis copia, ingesto cibo proportione respondere debet. com. eodem. Madentem fieri deiectionem interdum bonum est; quoties expurgetur iecur, aut lien, aut omne corpus per iecur: non bonum verò quoties accidentis ratione fiat; deductione à finibus concidente; aut iis quæ de iecore eunt in ventrem, bonæ affectionis signa non habentibus. eod. lib. & com. 14. Deiectionem naturalem subrufam esse, suscipientem de iecore bilem, decumbentem in ventrem; medicam quidem qualitate paucam verò quantitate, clarũ est, & omnibus Medicis conspectum. eod. lib. com. 17. Flaua & rufa redditur deiectio: si sincera, aut multa decũbat bilis: si verò nullo modo permeat ad intestinum, vt in arquatis; candida deiectio erit, eod. libro com. 17. Spumans deiectio, interdum spiritum flatuosum humori permistum esse solutu difficilem; quandoque caloris copiam indicat, eodem lib. com. 20. Exigua, glutinosa, candidaq́ deiectio, pinguedine absumpta ab igneo calore, non tamen vehementer maligno efficitur. subcrocea verò, ac lauis absumpta quoque pinguedine consistit. eod. lib. co. 21. Nigra deiectio ab atra bile sincera tingitur: liuida verò vbi modica modicè permiscetur: optima deiicitur, quoties pinguedo ab igneo calore consumitur. Graueolentia verò putredinis indicium est. eod. lib. com. 21. Deiectio versicolor, multas haberi indicat affectiones, & ob eam rem tractu temporis eget, ad concoctionem. eod. lib. com. 23.

Deiectio præter naturam, significat ventrem interdum solum esse affectum; sæpe verò decumbentis aliundè materia in eum indicia habet. li. 2. Prog. co. 13. Deiectionis celeriùs consueto factæ, causa sunt: vel degrauatus venter, veluti à liberaliùs assumptis; vel demorsus & compunctus, veluti à mordacibus; vel tanquam alienum amoliens. libr. 3. De sympto. causis. cap. 2. Seriùs quàm ex consuetudine excernit intus venter: vel propter intestinorum imbecillitatem, vel hebetem eorũ sensum; vel ob ciborum paucitatem, qualitatémve. lib. 3 de sympt. causis, cap. 2. Deiectio minor fit quàm pro multitudinis comestorum ratione, cùm ex iis in corpus plus est diductum: contrà plus quàm pro sumptorum portione deiicitur alias ob diductionis defectum, aliàs confluentibus supernè aliquibus in ea quæ circa ventrem sunt loca. lib. 3. De sympto. caus. cap. 2. Deiectiones sinceræ appellantur, quæ dumtaxat vnum qui excernitur humorem, cæteris impermistum habent. eod. lib. & com. 15. & lib. 7. Aph. com. 23. Deiectio exigua, glutinosa, candida, subcrocea, lauis, in morbis acutis mala. lib. 2. Prognost. com. 21.

Deiectio spumosa naturis omnibus mala est. lib. 1. Prorhet. com. 18.

Deiectiones biliosæ soluunt surditatem eam, quæ repentè in febribus fit recurrente ad cerebrum bile: cùm verò hinc ipsam natura expellente,

ad

ad excretionem peruenerit, soluit surditatem. lib.4. Aph com 28.

Deiectiones fiunt & rubræ & nigræ; talesq; vt plurimum apparent in pestilenti morbo: non tamen in principio scilicet & incremento. li.4. Aph com 21. Deiectiones nigræ generantur ex superfluitate alimēti splenis, hanc natura per ventrem expellente, vnà cum aliis superfluitatibus excernendam; vel cùm neque splenem bene expurgauerit: & si ille qui in hepate continetur sanguis, multum huius limosæ superfluitatis habuerit, accrescet debilitas visceris, ita quòd non cōtinebit in seipso superfluitates, & tunc illa quæ nigra vocantur fient deiectiones libro 4. Aph. com 21. Deiectiones exiguæ multam significant mictionem; & è contrario. lib.4. Aph. com. vlt. Excretionem vel subductionem dicere, differt: subductio enim solùm de iis dicitur, quæ per aluum deijciuntur: contingit autem Excretionis vocabulum esse commune ad eam quæ fit ex toto corpore euacuationem. Ibidem. Balbi cur alui profluuio maximè capiantur: quod scilicet aut cerebrum habeant humidum, aut linguam, aut vtrunque; indeq; à cerebro multas par est defluere superfluitates, atque inde fluentes in ventrem suscipi: vnde & longis profluuiis homo capitur. libro 6. Aphor. com 32.

9. Præcedit substantia colorem. necesse est enim vt color habeat substantiā & materiam cui inhæreat. substantia enim semper præcedit accidētia. nihilominus videtur quòd simul signātur: accidens enim semper concomitatur suam substātiam. etenim effectus est semper cū sua causa. hoc tamen non est

tate, 9 colore, odore: postremò contētis; in eneoremate, quod in medio existit; nebula quæ in summo; hypostasi quæ in fundo; & ex his quæ præter naturam sunt: vti pure, cuius locus est in fundo matulæ; mouetur tamen: pituita, quę matulæ adhæret: semine, quod supernatat: & arenulis, quæ à renibus transmittuntur: necnon furfuri similibus, quæ affectio scabies vesicæ dicitur. Vrina optima mediocri est substantia, clara, colore aureo; in quātitate paulo paucior potu; in qua adest hypostasis, alba, læuis, acuta, &, vt dicūt, pyramidalis; in qua nihil crassi subest. hæc est enim pars crassior, vi caloris secreta.

Vrinæ contēta.

secreta. hæc indicat perfectam coctionem, calorem potentem: eneorema, imperfectum, &calorem languidum: nubecula verò, adhuc languidiorem. vbi hæc omnia deficiunt, maximũ est indicium cruditatis. quandoque tamẽ optimus color & mediocris &optima substantia vicem gerunt alicuius coctionis. nam calor primùm substantiá molitur, mox colorem, deinde cõtenta. † Substãtia ergo vrinæ clara est, quã visus acies penetrat: turbida contrà. huius tres sunt ordines: vel enim mingitur clara, deinde vi frigoris fit turbida; hæc leuis est significationis, calorẽ aliquantulum languidum indicat: vel mingitur turbida, deinde redditur clara; hæc indicat humorum permixtionem, crudorum copiam; & idcirco morbi longitudinem; indicat enim naturam quidem aggredi concoctionem, sed adhuc illam assequi nõ posse. si iumẽtorum vrinæ similis sit, capitis dolorem & lethargum futurũ arguit: tertiò, cùm mingitur turbida & permanet turbida; tunc enim confusa dicitur. indicium est, in venis putredinẽ omnia permiscere, naturam nõ adhuc aggressam esse concoctionem. Contingit

Vrinæ substantia.

semper verũ, sed tantùm cũ causa actu simul refertur ad causatum, & non in potentia. vt ædificator domus, in actu ædificationis domus, simul est cum ipsa domo & è cõtrà: non autẽ si seiunctim suscipiantur. Vrina est superfluitas excolata sanguinis, in magna vena, quæ per renes, & vreteras, in vesicam delabitur. in Definit. Medicor. Vrina serum est humorum in venis contentorum. coment. 1. ad lib. 3. De popul. morbis super textu 6. cuius initium, Hermocrates. Vrina & sudor eandem habent materiam & eundem generationis modũ:

tingit tamẽ aliquando, fieri vrinas turbidas in die critico ad salutem; solutis obstructionibus, & materia peccante expulsa per vrinas. clara etiam vrina quandoque infida, si præsertim sit admodum tenuis & alba: indicium est enim, vel materiam quæ cum vrinis permiscenda erat, alium locũ petere; vel ex viis obstructis nihil præterlabi posse. Prauus odor, nisi à rebus comestis fiat, maximum indicium est putredinis. Color albus maximam indicat cruditatem & caloris imbecillitatem; niger verò caloris extinctionẽ, & maximam adustionem; vel humoris nigri permixtionem: vt plurimum perniciem indicat, nisi talis fiat à crisi vnà cum virtutis tolerantia. Reliqui vrinæ colores, quanto magis recedũt ab aureo seu paleari, tanto sunt peiores: & vel alieni humoris permixtionẽ, vel caloris innati languiditatem, vel caloris præternaturalis auctionem indicant. Color enim & substantia sunt indicia secundę concoctionis: attrahitur enim serum seu excrementũ istud aquosum per renes à venis emulgentibus, & hepate: hypostasis verò signũ est tertiæ cõcoctionis, quæ fit in venis

&

siquidẽ vtriq; ex bibito humore constat generatio, ex calfacto simul in corpore, & biliosa nõnihil substantiæ adepto. lib. 10. De simpl. facul. cap. de sudore. Cum vrina expurgantur gibbæ hepatis partes, & quotquot sunt his superiores. li. 6. De loc. aff. cap. 4. Vrinæ partium hepatis, renũq; & vesicæ affectiones indicant; vasorũque sanguinẽ continẽtium, & virtutis succos generantis, tum robur tum imbecillitatem. Com. 2. in primũ Proreth. super textu 2. & 2. Præsag. com. 26. Vrinæ quæ sanis similes sunt, venosum instrumẽtorum

Vrinæ odor & color.

Color & substantia indicant secundam, coctionẽ hypostasis tertiã.

& partibus solidis. A colore igitur & substantia præcipuè qualitates humorum dignoscuntur: ab hypostasi verò dignoscimus quo modo se habeant facultates in concoquendo & administrando sanguinem, & quàm validæ aut infirmæ sint. Duplex enim fit in vasis concoctio: altera eorum humorũ qui alendo sunt apti, & in substãtiam alitorum conuertuntur: altera excrementorum; quæ cùm nõ possint à natura omnino superari & in alimentum commutari; parantur ad facilem expulsionem. conatur enim calor innatus rem in quam agit sibi assimilare quantum potest: ita membra calore innato prædita, humores, quoad fieri potest, sibi assimilãt. ob id hypostasis, quatenus fieri potuit, assimilatur substantiæ alimentariæ: & ideo est alba signum coctionis: æqualis etiam; hoc enim signũ est, æqualiter omnes partes superatas fuisse à calore naturali: mutantur enim in hypostasim, teste Hippocrate, vbi veram & exactã formam sanguinis consequi non potuerunt. Eadem quæ in hypostasi contingunt, etiam in puris generatione fiũt. Ex his igitur prædicere poteris de affectio-

genus satis robustũ esse demonstrãt: quæ verò crudiores sunt, eiusdem imbecillitatem significant. lib. 1. De crisibus ca. 6.

Vrinæ multæ, tenues, nihil neque iudicatorij, neq; boni habentes fiebant in cõstitutione febriũ ardentium populariũ. li. 3. De pop. morb. sec. 3. Vrinæ si crassiores, & pallidiores sint, meliores sunt. eodem li. tex. 45.

Vrinæ si tenuiores & nigriores, deteriores. ibid.

Vrinæ tenues, multæ subsidentiæ, densæ & cõturbatæ in Polyphanto febriente apparuerunt. eodem libro.

Quicunque vrinas tenues & crudas mingũt multo

fectionibus quæ in vasis continentur; venis præcipuè iocinoris & splenis, renibus & vesica. Quin etiam aliæ plęrunque particulæ sua quædam excrementa emittunt, quibus coctio vel cruditas similiter manifestatur: vt thorax ea quæ tussi ducuntur: oris ventriculi affectionem præ se ferunt quæ vomitu reiiciuntur: emũcta è naribus & palato cerebri virtutem expediunt. Hæc itaque singula aliquando coctionem, aliquando cruditatem, aliquãdo etiam perniciem significãt. Est autem cõmunis in his omnibus obseruatio, quòd morbi cuiuscunque partis solutionem frustrà expectamus, antequàm à superfluitatibus quæ à se propriè egeruntur, signa coctionis appareant:

A cuiusque partis particularib' excrementis indicia.

tẽpore, si alia veluti superstitibus futuris signa fuerint, his abscessum expectare oportet ad locos infrà septum transuersum. eodẽ libro 34.

Quibus in febribus ab initio vertigines, & capitis pulsus fiũt, & vrina tenues; in his exspectare oportet, vt ad iudicationes febris exacerbetur. lib. 4. De rat. vic. acut. 37. Quibus incipiente morbo, vrina crassa est, aut veluti nubecula in ipsa suspendũtur, eos purgare conuenit, si nihil obstiterit. eod. lib. 38. Qui tenues vrinas ab initio mingunt, medicamento purgandi non sunt. eod. li. 38.

Vrina crassa qualis est alba in quartanis delassatorij, liberat ab abscessu. eod. lib. De iudicationibus. De densis vrinis nullam Hippocr. mẽtionem fecit, cùm in prognosticis omnes vrinarum differentias quæ in acutis morbis fiunt, enarrauerit. Com. 2. ad 1. Prorh. super textu 3. Plato Dialogo de virtute secundùm Gorgiam definit colorem. inquit enim: Color est defluxus quidam rerum visui congruens, atque sensibilis. In dialogo verò De natura, seu in Timæo, ita definit; Est autẽ, inquit, color veluti flammula quædam, fulgorq; à singulis corporibus emanans, partes habens visui ad sentiendum accommodatas. hîc videtur Plato intelligere, colorem esse speciem à luce elicitam è materia, in medium à superficie terminatam. sed ex verbis Platonis potiùs colligimus modum visionis, quàm coloris essentiam. Arist. verò libro De sensibus dixit, Colorem esse extremum quiddam rei perlucidæ, quæ cum

corporibus

corporibus cohæreat; videlicet rei perlucidæ in corpore certo & determinato extremitas. quod igitur, inquit, in aëre lumen præstat, idem etiam in re perlucida partim lumen efficit, partim tenebræ: idem in corporibus, candor & nigror valent. ita & rationem aliorum colorum ex horum admixtione adfert. Videtur tamen quòd lux habeat pro subiecto tantùm corpus cæleste; & si color niger esset sicut tenebræ, non videretur: est enim lux actus quidam visibilitatis; tenebræ verò priuatio. Alij definiunt colorem esse qualitatem in toto suo corpore subiecto, sua specie, quæ educitur à luce, pingentem aërem ad visionem faciendam. habet autem color subiectam substantiam cui inhæret; in se verò potentiã & actum: ex quo vnum fit in subiecto & à subiecto, ex qua essẽtia producitur proprium illud visile: est enim color actu visilis non potentia; alioquin necesse esset, visibilitatem produci nouam ab aliqua causa. color quidem sua natura visibilis est, etiamsi non videatur: fluit enim ab internis principiis essentialibus. non enim per obiecti amotionẽ tollitur potentia; nec è contrà: ex se enim est quod est. Deinde Plato reddit causas colorum: qualia enim sentire nõ posse quæ Diaphana, id est, vtrinque perspicua nominantur, si essent æqualia, vtraque haberent actionem & passionem: minora verò aut maiora; partim discernere, partim contrahere visum: & hæc alba & nigra vocat; nec minora quoad vitam. deinde subiungit, quòd ex vno quidem igne veluti corruscatione quadam exiliente, altero verò penetrãte, & ab humore extincto, varij creantur ex huiusmodi mixtione colores: atque ipsam passionem, fulgorem, coruscationemq́ vocamus; quodq́ id facit, splendidum atq; coruscum. deinde subiungit, ex ipsa ignei radij ad humorem admixtione sanguineum creari colorem, rubeum videlicet. Splendidum albumq́ rubeo mixtum, flauum procreat: rubeum cum albo nigroq́ purpureũ generat: paulo obscurior, moreus, luteolusq́ fit color, quando his inuicẽ conflatis adustisq́ magis est adiuncta nigredo: fuluum, flaui fusciq́ temperatione producitur: fuscum albi & nigri confusione: pallorẽ albi flauiq́ copula generat: splendidum albo adiunctum plurimaq́ obfusum nigredine, cæruleum efficit: cæruleum cum albo glaucũ creat: fului nigriq́ temperie color viridis nascitur. Cætera fermè ex his omnia manifesta fiunt. At si quis, inquit Plato & rectè, imbecillitatem ingenij nostri contemplatus, horum discussionem, probationemq́ opere ipso aggredietur; quid inter humanam, diuinamq́ naturam intersit ignorare videbitur: nempe Deus multa in vnum colligere, rursusq́ vnũ in multa producere sufficiens est; scit enim simul ac potest: homo autem nullus qui alterutrum valeat, aut est nunc aut vnquam erit. Theophrastus autem diuidit colores alia ratione, à subiecto scilicet. Si quis verò ab ipsis elementis velit quatuor colores deducere, albi erit subiectũ terra; vt apparet ex saxis; & erit in sicco: viridis in humido crasso, cuius sub-

iectum erit aqua: cæruleus, in humido tenui, qui fit in aëre, vt videtur: flauus in calido, vt apparet in igne condensato. ex cæruleo & viridi erit niger. Ex albo & nigro, si verum est quòd albus sit habitus, niger verò priuatio, reliqui colores componi non possunt; cùm ex habitu & priuatione nihil eodem tempore & simul constitui possit. deinde incertum est, an niger sit habitus, cùm nullum colorem recipere possit: albus verò priuatio, cùm ad omnes colores recipiẽdos sit aptus. Licet sint albi & nigri contrarij effectus, ob id etiam contraria forma & species, non tamen sunt in medio contraria natura distincta; vt calidum & frigidum sunt causa tepidi, quod est qualitas media, vno impediente puram actionem alterius: sic album & nigrum in eadem parte medij virtualiter continentur. dicuntur enim secundum gradũ, qui reperitur in perspicuo terminato per opacum, nec propriè medium potest dici coloratum nec lucens, quia non habet nec lucem nec colorem, licet fiat à colore, & habeat lumen eiusdem speciei cum luce. Colores varijs de causis nomina sumunt. Vnumquodque genus colorum proprias habet species & differentias: quemadmodum sub albo continentur lacteus, niueus, cãdidus (qui splendore à reliquis differt) aqueus, vitreus, marmoreus, papaueratus, eburneus, argẽteus, gypsatum, cerussatum: sub flauo, (qui à flamma ita dicitur) continentur mellinus, à melle, palearis, pallidus, luteus (à quo oui vitellum luteum vocatur) galbaneus à gummi, melinus à malorũ pallore, citreus à citro, croceus à croco, icterus, aureus; rufus obscurior flauo; rufo, fuluus; æneus, mustelinus, rubiginosus, ferrugineus, pullus, roanus, tanatus, regius, cerinus: sub rubro adsunt & quàm plurimi colores: à corticibus mali punici vel à granis nomen sumit rubidus, remissior est, rubicundus intentior, rutilus, sanguineus, roseus, giluus, lateri semicocto similis in quo fulgeat nitor. spadiceus dicitur, igneus, flammeus, puniceus à corio mali punici, vinosus, balaustinus; purpureus, à bestiola marina nomen sumit; beluus color neque purpureus neque niger, sunt qui statuãt cum giluo: cæruleus à cælo ita dictus, glaucus, cæsius qui oculorum dicuntur colores; glastinus à planta glastum dicta, huius species sunt, persus, turchinus, azurus, & lasulus à lapide lasil ita dictus: sillatus ab herba seu eius succo; cymatilis ab vndis; saphirinus his si addatur; qui verò est remissior, cinereus appellatur, quẽ vulgò griseũ appellant; quem in equis glaucum Virgilius, nunc leardũ appellatur: quod eo fuscius erit, fiet plumbeum, liuidum, & oliuastrum: Viridis herbas refert; festucinus, viridis est leuior, vt in palea nondum matura; prassinus à porrorum caule; nitidior ab ærugine: viridis fit ex flauo & nigro, & gradus quosdã habet; sequũtur niger, ater, fuscus; ater quasi à terra; fuscus quasi à fumo; zophirus color in tenebris, zophos caligo; orpheos brunum, crepusculum cum rubore, murinũ à muribus, piceum nigerrimum à pice. fit autẽ niger color, cùm aër & aqua

ab igne consumuntur: non omnino tamen, vt in carbonibus; nam si procederet omnino consumptio, in cineres redacti albescerent. Affectus coloris sunt splendor & pelluciditas: impropriè tamen: nullus autem color alius fit à sua specie; & fulgor ac nitor & pelluciditas non sunt coloris differentiæ, sed subiecti affectus. Mutantur colores re vera, ut in cera cùm albescit; aut ex mistione, aut superinductione; vt in picturis. Sunt autem colores vrinæ ij: vrina alba; quæ fit vel ab absentia humoris biliosi, vel ob intemperiē frigidam, aut ob cruditatē, vel, vt inquit Hip. 2. Prog. ob aliquem abscessum infra septum trāsuersum. sequitur subspicea, & spicea. Vrina coloris quidem perfectæ concoctionis, aurea: crocea, rubea, ab immoderato calore, vel ex affluxu alicuius humoris calidioris, seu sanguinis: vinea indicium est sanguinis superassati, & pessimum est signum. quemadmodum & passea, quæ indicat biliosum humorē aduri: longè etiam est peior viridis, indicans humores igne absumi; vel prassinam seu æruginosam bilem in vasis contineri: oleaginosa colliquationis indicium est: liuida, nigra; vel caloris extinctionem aut humoris melancholici admixtionem indicat. Est semper animaduertēdum in vrinis, an aliqua sit affectio in membris vrinæ inseruientibus; vt præcipuè sunt renes, vreteres, & vesica: an aliqua expulsio fiat à natura; vt contingit in crisi. Sanguinem mingere, rarò quidem, & sine febre, ac dolore; nihil mali significat. lib. 2. Prædic. Vrina rubra, velut erui lotura, cum subsidentia multa, alba, postea subrubra, apparuere in tussicula populariter grassante, in Charite ægroto. li. 7. De pop. mor. Vrina subrubra, in qua subrubrum, læueq́; residet; quamquam superiore morbum diuturniorem; eundem tamē salubriorem fore declarat. eod. lib. 27. Quamdiu fulua fuerit vrina & tenuis, morbum incoctum esse significat. lib. 2. Præs. 30. Vrina perniciosissima est, quæ mali odoris; & diluta, & tenuis, nigra & crassa est. eodem lib. 32. Nigra vrina, tum in viris, tum in mulieribus, pessima: in pueris autem aquosa. eodem lib. 33. Vrina in turbulentis, vigilibusq́; decolores, nigra, sublime petentes, atque in sudore, phrenetica. lib. 1. Prorh. 4. Vrinæ color, nunc potum, nunc succos inde generatos. Com. 5. ad lib. 6. De pop. mor. super textu 11. Inculpata vrina sola siquidem vna est; quæ colore quidem subluteo mediocriter fuerit, & substantia moderata; quæ scilicet tum crassæ, tum tenuis vrinæ medium obtinet. Com. 2. in primum lib. Pro. textu 1. Vrinæ colorum differentiæ omnes exposita libro De vrinis, & lib. 1. De crisib. cap. 12: & eorundem colorum generatio, & significatio, eod. lib. De crisib cap. 12. Vrinam nigram, quo fuerit crassior, eo deteriorem haberi obseruauimus. lib. 2. Præsa. Com. 32.

Vrina nigra, & aquosa, in omni ætate exitiosissima est. eod. li. co. 33.

Vrinas nigras ob serum bilis atræ vnà cū excrementis aquosis emissum procreari, demonstratum est. com. 1. ad lib. 1. Prorh. textu 4.

Vrinæ nigræ in turbulentis & peruigilibus apparentes, phrenitidem arguunt. com. 1. ad lib. 1. Prorh. textu 4. Vbi amplior semicrudus sanguis per vrinam expellitur, rubram eam efficere, atque ideo diuturnum fore morbum; quòd requirat scilicet ad concoctionem longius spatium sanguis. com. 1. ad 3. De pop. mor. textu 6. & lib. 2. Præsag. com. 27.

Vrina tenuis, & rufa, crudam esse significat ægrotationē. lib. 2. Præs. com. 30. Vrina colore subrubra apparet, quoties sanguinis serum pariter cum vrina excernitur: indicat autē exuperantiam sanguinis non exquisita ratione confecti. eodem lib. com. 27. Vrinæ albicantes, spumosæ & perichola, in acutis, malæ: Iecur enim ab obstructione, aut inflammatione, aut flammea dispositione laborare demonstrāt. com. 2. in 1. Prorh. textu 18. Vrinæ albæ graueolentes, abscessus malos significant. com. 3. ad 1 Prorh textu 68. Vrinas tenues, sed boni coloris, ob coloris bonitatem salutem promittere planum est. com. 3. ad 1. De popul. mor. textu 27. Vrinam è linguæ coloribus diiudicari: etenim lingua, sicut & vrina, succorum affectiones detegit. com. 5. in 6. De pop. morb. textu 10. Vrina, succorum qui in vasis sunt, qualitatem prodit: albiores enim à pituita superante fiunt; vti pallidiores bili abundante: quòd si meracior bilis sit, etiam flauiores. eodem libro.

Vrina illa optima est, in qua per totum morbi decursum, residet albū, læue, æquale: hæc nimirum securitatem, breuemq́; morbum significat. lib. 2. Præsag. 26. & lib. De iudicat. Nubeculæ in vrinis suspensæ; albæ quidem bonæ; nigræ verò malæ. eodem libro, 29. Concoctiones vrinarum paulatim maturescentes, si in iudicatoriis diebus concoctæ fuerint, morbum soluunt. Lib. De iudicationibus.

† *Ratio autem cur vrina clara procul, propè verò non, hæc est, quia propinquum vbi est sedimentum, efformat speciem sui, & videtur: est autem crassum. vbi procul est, præuenitur & obtegitur ab affluēte luce quæ est in interuallo, & à vitro. In aliis liquoribus ignis ille non est. Itaque diuersa effectio.*

quæ [1] si citò apparent, celerem morbi solutionē; si tardiùs, tardiorem significant. hinc illud Hippocratis vbique in iis memoria tenendum: Coctionis celeritas, salubris crisis certitudinem; cruditas extrema, vel diuturnior & sedimentorum malitia, crisis defectum, labores, mortem, vel recidiuas significant.

1. Quemadmodum in affectionib⁹ Thoracis signa sumuntur ex Hipp. & Gal. inquit enim Hip.: Sputum in morbo laterali, si circa initia statim

cant. Ex quibus quoque de criticis verum fit iudicium. nam (vt idem Hippocrates scribit) decretoria quæ non decernunt, quædam mortalia, quædã verò difficulter decernunt. hæc verò qualia futura sint, ex coctionibus vel cruditatibus iudicantur. Reliqua verò quæ ad præsagium attinent, secũdùm totam substantiã, à propriis locis sunt petenda; præsertim verò ex gestu, decubitu, & facie ęgrotantis. nam facies longiùs à sanitate remota prauum est signum; nisi præcesserint vigiliæ, ventris solutiones, sanguinis profluuia, vel assidui labores. Pessima etiam sunt signa, oculi concaui, tempora dilatata, aures frigidæ & contractæ; color citrinus, viridis vel niger; fœtor anhelitus, cum magno incendio. Præterea mortalia etiam sunt signa, vnius oculi prauitas, oris contorsio; manifestatio præter solitum albuginis oculorum, dum dormiunt; nec non oculorum lachrymæ inuoluntariæ, fuga à luce, oculi cõgelati, vel adeò mobiles, vt ex multo motu circuire videantur; decubitus supinus, & ad pedes descendens. Ad hæc si labra contorqueantur, aut supercilium, nares, & palpebræ postquã sensum

Signa à corporis positu & facie.

apparet, morbum breuiat: si verò postea appareat, producit. lib. 1. Aph. 12. Qui tabe molestãtur, si sputum quod extussiũt graue olet iniectũ carbonibus, et capilli à capite defluunt, lethale. lib. 5. Aphor. 11. Quicunque spumosum sanguinem expuunt, iis à pulmone eductio fit. lib. 5. Aph. 13. Quicunque ex morbo laterali suppurantur, si in quadraginta diebus purgãtur à die qua fit ruptio, liberantur: sin verò non, ad tabẽ transeũt. lib. 5. Aph. 15. A sanguinis sputo puris sputum, malũ. lib. 7. Aph. 15. A puris sputo phtisis, & fluxus:

ſenſum amiſerint; iam imminet mors. Deiectiones & excreméta nigra ſemper pernicioſa: item ſingultus poſt vehementem vomitum, aut alui fluoré, mortale ſignum: item in fronte, poſt laborem, pulſus motuſque caſum, ſudor mortalis: pudenda contracta in acutis febribus malum; ſi procidát vnà cum inteſtino recto, ſignú exitioſum. Et, vt ſummatim dicá, corporis iactatio, vigilię, ęſtuatio, nauſea, timor, ſenſuum perturbatio, extremorum frigiditas, interiorum incédium, anhelitus craſſus, malarum rubedo; vrina nigra, viridis, craſſa, pauca; inappetentia cibi & potus, ſine calore febrili veheméti, vnà cum quiete, ſanguinis è naribus ſtillatio; ſi omnibus quę æger inuenit, inhæreat, & ſuſpendat, flocculos quærat, ſe detegat, è lecto ſurgere velit ſine occaſione, ſtridat dentibus, labor poſt ſomnum: praua hæc omnia ſunt: &, ſi laborantis corpus humectatum, præſertim circa caput & frontem, cú frigido anhelitu, mors propinqua eſt. Conferenda tamen ſunt ſigna bona, & mala. quádoque ſignum vnum bonum præualet multis prauis: nam exiſtéte virtute vitali valida, & facili corporis

cùm verò ſpiritu retinetur, moriuntur. li. 7. Aphor. 16. Excretiones in febribus non intermittentibus, liuidæ, cruentæ, fœtidæ, omnes malæ, & bilioſæ. li. 4. Aph. 47. & li. 7. Aph. 66. Screatio flaua, ſi ſincera eſt, cum periculo eſt: Cãdida verò, glutinoſa ac rotunda, inutilis eſt. eodem libro 46. Si viridis & ſpumans admodum eſt, mala eſt. eodẽ libro 47. Screatio flaua nõ multo permixta ſanguine, in pulmonis morbo: ſi inter initia excernitur; ſalutaris admodum eſt; ſi ſeptimo die, pigriúſve, minus ſecura eſt. lib. 2. Progn. 50.

poris motu, cum aliqua concoctione in virtutibus naturalibus; plæraque ex istis enarratis non sunt pertimescēda: non enim mortem denunciant, sed potius futuram crisim; præsertim vbi ea die contingent quæ criticum præcedit. Ne mireris verò, cur præter instituti rationem, plura de præsagiis attulerim: magnam enim hęc medicinę partem sibi vendicant; nō solùm medendi vsus, verùm etiam Medici decoris est, eum honestandi gratia.

Lateris dolor ex sputis biliosis si absque ratione euanuerit, in furorē aguntur. eod. lib. prorh. 5. Comment. 3. Galeni.

Tussicula cū frequenti sputo abscessum post aures tollunt. eod. lib. Prorhet. 72. comment. 3. Galeni.

Si sputum in laterali morbo statim apparuerit in morbi principio, eum facit breuiorem. lib. 1. De crisib. cap. 7. & lib. 1. Aph. comment. 12.

Sputum cùm fuerit exquisitè simile illi quod aduenit sanis, integram sanitatem instrumentorum, quibus vis spirandi est demandata, significat. lib. 1. De crisib. cap. 7. Ex pectore & pulmone, ab aliis alius secundùm humorum conditionem spuitur humor: spumans quidem, cùm pituitosus est; pallidus cùm biliosus; niger cùm melancholicus; sicut & ruber, cùm sanguis defluens purus fuerit. lib. 6. De popul. morb. com. 3. Aph. 41. Sputa rotunda delirium significant: & eorum materialis causa est crassitudo atque tenacitas humorum in fibris pulmonum collectorum: causa veluti effectrix est loci caliditas. com. 3. ad li. 6. De pop. morb. Aph. 36. Nihil educi cum sputo in laterali morbo, sufficiens est morbi coctione carentis indicium. lib. 1. De crisib. cap. 5. Item si educatur quidem, sed non bonum. Sputum duplex: vel quod caret coctione, vel quòd etiam prauum existit. lib. 1. De crisib. cap. 3. Ex sputo temporum morbi vniuersalium, in thoracis & pulmonū affectibus, dignotio. lib. 1. De Crisib. cap. 18. Nihil omnino expuere, sed tussim tantūmodo siccam habere; tale quiddam est, quale in vrinis extremè crudū, quod aquosum nominamus. lib. 1. De crisib. cap. 18. Crudissimus morbus est (De laterali loquens Gal.) in quo nihil omnino exspuitur. lib. 1. Aphor. com. 12. Sicuti igitur sputum perfectæ coctionis signum est, quando album fuerit, & laue, æquale consistentia, neque nimis humidum, neque nimis crassum: eodem modo integram cruditatem ostendit quod nullo modo exspuitur. com. eodem. Spuitione, contenta in thorace in asperas pulmonis arterias recipiuntur, atque tussiendo excreantur. libro 5. De loc. aff. cap 42.

Quemadmodum salutis indicia sunt quæ virium laborantis robur nobis ostendunt; vt coctiones, facilis spiratio, pulsus bonus, morbi tolerãtia, cibi appetentia, somnus & decubitus faciles, quies, animi tranquillitas, vrinarum, sputaminum, & alui excrementorum optima cõcoctio, & functionum quæ à principibus facultatibus oriuntur, integritas; & præcipuè coctiones, quæ (vt inquit Hippocrates libro primo Epidemiorum) Crisis celeritatem & securitatem sanitatis significant; hæ enim sunt inter fidissima signa quæ Crisim præmonstrant: contrà verò cruda & incocta, vt idem inquit, in malos abscessus conuersa, aut Crisium defectum, aut diuturnitatem, aut mortem, aut recidiuas. lethalia verò magis erunt, si adsit virium ægrotantis maxima imbecillitas, morbi grauitas, malus mos, difficilis tolerantia, inappetẽtia, post somnum labor, anxietas per totum morbi decursum, desperatio; cruditas in vrinis, sputis & alui excrementis; functionum præcipuarum corruptio aut defectus.

CAP. XV.

De Medicinæ partibus & earum vsu.

NVNC ad alteram Medicinæ partem transeamus, quæ consistit in auxiliorum vsu. Tres autem habet partes: vnam Curatiuam dicunt, alteram Resumptiuam seu Refectiuam nominant, tertiam Præseruatiuam appellant. Curatiua autem consistit in recta remediorum vsurpatione: hæc verò perficitur apposito remedij genere, debita eius quantitate, nec non conuenienti vtendi ratione. [1] Circa hæc versatur tota curandi methodus. Et quemadmodũ morbi species nobis indicat remedij genus: ita virium

Tres Medicinæ partes, Curatiua, Resumptiua & Refectiua.

Curandi Methodus.

1. Methodi medendi non solùm generalitatem didicisse, sed etiam in singulis ei⁹

robur

robur & morbi magnitudo medicamenti quantitatẽ; locus verò affectus vtendi rationem. ab his igitur præcipuè sumendæ sunt indicationes. Dicendum est igitur quidnam ipsa indicatio sit, & quot differentiis sit distincta. Indicatio itaque curatiua nihil est aliud quàm sequentis siue agendi insinuatio: formatur enim in mente Medici, ex causa morbi, morbo, natura ægrotantis, & reliquis, quidnam conueniat. Et licet Empirici viam quoque habent consequentis faciendi; tamen illud non ratione, à causa morbi ac morbo & cæteris, formãt; sed quibusdam coniecturis. tota enim eorum ars est obseruatio, quid cum quo, quid à quo, quid post quid subinde videtur. Nos hoc loco generales indicationes recensebimus, quas vbique in omni curatione memoria tenere Medicum oportet. Nam vt in reliquis disciplinis parandis duobus, vt eas rectè comprehendamus, opus habemus instrumentis; nempe methodo per vniuersalia theoremata, & exercitatione in particularibus exemplis: ita & medendi ars iisdem opus habet. hæc enim probè exerceri absque vniuersalium cognitione

Indicatio quid.

Duo instrumẽta ad parãdas disciplinas

partibus exercitatum esse oportet. lib. 4. Meth. med. Vera medẽdi methodus potest post tot tantosque Medicos, non solum meliora medicamenta quàm prius fuêre, sed etiã vniuersum curationis modum, inuenire. lib. 6. Met. med. Inprimis quinam sit morbus cognoscere oportet; atque ita demum curationem ipsius aggredi. eodẽ lib. & com. Curare exactè is sanè poterit, qui laborantis naturam à primo ortu exactè cognouerit, & ex qua nunc causa laboret; & per multas rationes ad minimam vsque cognitas, euidentes simili-

tudines, & quæ dissimilitudines esse videntur speculans. gnitione non potest: nec vniuersalium vsus aliquis est nisi ad particulares curationes transferantur. Prima *culans.com.3.in lib.6.De pop.morb. Aph.20.cuius initium Caput ex artu. Tria sunt vniuersa, in quibus, & per quæ curatio conficitur. Primus morbus, deinde Medicus, tertius est præter illos æger. Oppugnant se mutuò, & inter se depugnant, ac dimicant Medicus ac morbus.lib.1. De popul.mor. com.2. textu 51.* *Curandi optimæ rationes tripliciter indicantur: tum ex temporis curandi breuitate, tum ex curando citra dolorem, tum ex maximè tutò curando. lib.14. Meth.med.* *Vt tutò cures tria propria sunt, quibus intentus sis oportet: Vnum primumque, vt absolutionem operis consequaris; alterum, vt sicubi hanc non consequaris, saltem cubantem laborantem non lædas: tertium, vitium vt non facilè reuertatur.lib.14.Meth.med.* *Curatio tutior licet longiore fiat tempore, magis est sequenda quàm quæ breuior est, & non absque periculo.11.Meth.* *Curatio morborum omnium, vnam præcipuam, ac communissimam habet intentionem; ad id quod est dispositioni auferendæ contrarium; & illius ad singulares curationes adaptatio.in arte Medicinali, cap.89.& lib De consti.artis Medicinalis, & lib.11.Met. meden.* *Curationem indicantia prima tria sunt: nempe ambiens ipsa congenitus corpori siue affectionibus siue constitutionibus; vna naturali, altera quæ præter naturam sit; quæ sanè morbus est. lib.9. Meth. med.* *Indicatione inuenire quidpiam est ab ipsa rei natura ordiri, atque ab ipsa quod sequens est, citra experientiam inuenire. Scopus autē omnis curationis, vniuersæque methodi medendi præcipuus est & vnus, vt corpora ægrota in sanitatem vindicemus. hoc autem fiet, actiones, si quæ vitiatæ sunt, corrigendo. Vt autem (vt inquit Hipp.2. De ratione victus) Methodo morbus auferri possit, morbi ipsius primum attendenda est natura, vis, atque species; & , vt inquit Gal De constitutione artis, primum curatricis rationis, ac via est, communem scopum omnium reperire; nempe contrarias esse contrariorum medelas: secundum, substituere in vnoquoque genere contraria: tertiū ad hæc æstimare, quando à nobis aut natura, scopo quem præfert indicatio suppeditari opera valeat; quando verò aut omnino, aut pro tempore aut ex parte non possit; fueritque non minima Physicæ pars contemplationis; in qua exercitatus is oportet sit, qui quid præstari in re qualibet futura queat, aut nequeat, comperit.* *In libro artis medicinalis inquit vnum commune præceptum esse obseruandum; vt vnamquamque prius, quæ efficit, causam rescindamus: deinde ad illam, quæ ab eadem causa facta est, ægritudinem accedamus; causarum salubrium inuentionem faciemus.*

itaque

Prima omnium indicationum est, quæ à virtute sumitur, vt inquit Galenus libro 9. Meth. meden. Curationis indicationes ab ipsa partium natura sumuntur; è temperatura scilicet partis, ab actione eius, à partis figura, à positura, ab acrimonia aut hebetudine sensus partis.

Prima Indicatio.

itaque ac communissima [2] indicatio est à morbo contrarietas; is est enim profligandus contrariis: siquidem immoderatum ab immoderato ad mediocritatem reducitur: sanitas mediocritas est, morbus immoderatio. Secũda est à causa morbi: tertia à natura corporis: quarta à temperatura partis affectæ; ab excellentia, operatione, & vsu partium; à positu, figura sensu, loco & aliis; ab aëre, à virtute ægri; ab ætate, & consuetudine. dehinc quo ingenio sint tractandæ contrariæ indicationes. Nec minor habenda est ratio indicationum, quarum subsidio ratio victus ordinatur. At non sufficit hæc in genere dixisse, nisi singulas indicationes rursus inspexeris, ac ad vltimas vsque differentias distribueris: singularumque vis & efficacia examinanda est; vtrũ præstari id possit quod ab ea indicatur; & quo medicamento molienda sit ipsa curatio. Sunt etiam quædam indicationes aliquando magis, aliquando minus considerandæ. Sæpe fit vt vnius virtutis rationẽ Medicum

Secũda, tertia & quarta.

2. Videtur quòd non omnis curatio perficiatur per contrariũ: nam magnitudinis & numeri non esset curatio; cùm hæc comprehendãtur sub prædicamento quãtitatis cui nihil est contrarium. Sæpe etiam calidã febrem curamus, & fluxũ fluxu: & morbũ qui in forma existit nõ curamus contrariis; cùm forma sit substantia; & substãtiæ nihil est cõtrarium. Pro hac quæstione sciẽdum quænam sit contrariorum ratio. 10. Metaph. Ratio verò cõtrariorum est, quòd maximè distent, ac sint

dicum habere oporteat: rursus subinde non ita multum indicet: postremò aliquando omnino negligitur. Rursus considerabit simplicísne sit naturæ id quod indicat, an compositæ: nam & intentio ex simplici indicatione simplex fit. si id quòd incidat erit compositum, faciendi consilium itidem erit compositum. Prima generalissima indicatio, vt diximus, contrarietas est à morbo desumpta: morbus enim immoderatio est; sanatio verò, illius immoderationis ad naturalem habitum reductio existit. In hac itaque indicatione omnibus morbis conuenit: nam & ipsi inter se, quia affectus præter naturam sunt, conueniunt: quod enim multis commune est, communé quoque habet indicationẽ. Morbus verò triplex in genere est: quare indicatio illa generalis genere triplex erit. Sed cùm singula morborũ genera in species discernantur; eadem quoque ratione genera illa indicationum contrariarum ad species descendere oportebit. Itaque si in quadam parte simplex intemperies inciderit, simplex indicabitur contrarietas: si verò composita intemperies membrum occupauerit,

in eodem genere, ac idem apta sint susci pere; differenter tamen. & in his hoc pacto contrariis nõ cõtingit vni plura esse cõtraria; vnũ tantùm vni est cõtrarium. Sed, vt habetur 5. Meta. multis modis dicitur cõtrarium: nam cõtraria dicuntur esse quæ nõ possunt simul inesse eidem; quia differãt secundùm genus; vt logica & color: contraria etiam sunt quæ plurimum inter se differunt, etiã quòd possint ab eodem suscipi; vt album & nigrũ: alia verò quæ sunt sub eodẽ genere, plurimum tamen distant; vt homo & asinus: & illa etiam quæ sunt vna

Indicatio in similari morbo qualis.

pauerit, indicatio erit cõpoſita. cumq; octo ſint intemperaturarum differentiæ, octo quoque curatiuæ indicationes efficiuntur. ac in omnibus communis meta eſt, ſimilaris corporis alteratio. Facta itaque intemperies, curationẽ requirit: quæ verò in fieri eſt, curationem & præſeruationẽ. Morbi organorum quatuor generibus comprehenduntur: ac efficiunt ſinguli pro ſua natura indicationem contrarietatis: vt in formatione quidquid vitij acciderit, ab eo docemur quid faciendum ſit. Vacuamus itaque repleta; replemus mole vacua, obſtructiones aperimus; patula contra naturam congregamus & dẽſamus. Magnitudinis morbum, ſecundùm quamcunq; ſpeciem inciderit, contrariis ad naturam reducimus: Numerum eodem modo vel augemus vel minuimus. Poſitionẽ malam, prout vbique intentio eſt, vel ante vel retro, ſupra vel infra, ducim⁹. Tertij verò generis cõmuniſſima intentio eſt vnio; quæ & ipſa ſecundùm partes affectas proprias facit indicationes. Sed in communi illa contrarietatis indicatione quæ à morbo ſumitur, in primis ſcire oportet, quando

natura

Indicatio in morbis organicis.

Indicatio in vnitatis ſolutione.

poteſtate, vt cõgruũ & incongruum ſub grammatica: deinde quæ habent & ſuſcipiunt, habere & ſuſcipere, actiua & paſſiua, vel agẽtia & patientia, abiectio et receptio, habitus & priuatio: cõmuniſſimè verò dicũtur quæ ſecũdùm categoriam ſunt diuerſa, & quæcunq; ex æquo diuiduntur, par & impar, nõ extrema extremis, vox media acuta, acuta graui, fuſcum albo. Hæc vidẽs Galenus dixit ex mente Hipp. & Platonis. ſi nolumus dicere contraria, dicamus oppoſita: & ita hoc pacto magnũ paruo eſt oppoſitum, rarum denſo. Ariſt. etiã dixit igni

natura indicationi possit satisfacere: quando verò omnino non possit; aut ad tempus saltem: & quando partim potest, partim non: atque horum omnium cognitio à natura morbi, ac magnitudine ac malignitate, à natura & substantia partium affectarum, à virtutis robore ac debilitate haberi poterit. Hæc de prima communi indicatione quæ à morbi natura suggeritur, dicta sunt. Huic succedit proxima quæ à causa morbi sumitur. Sunt autẽ causæ duplices: primitiuæ siue externæ. à quibus in vniuersum nulla curatiua indicatur intentio: neque enim ab eo quod nõ est, aliquid faciendum sumitur. ad affectus tamẽ cognitionẽ, qui tum sensum tum rationem fugit, causarum primitiuarum inuestigatio confert: vt, cùm scorpius aliquem percusserit, confert Medico id scire; vt deinde à veneno & affectus natura quem venenum induxit, curatiuam intentionem sumat. Aliæ causæ sunt internæ & corporeæ; à Galeno antecedentes vocantur. Causam Antecedẽtem recentiores in duas partiuntur: nam quæ iam actu morbum fouet, vt bilis putrefacta febrẽ efficiẽs; causam coniun-

aquã esse contrariam; cùm tamẽ sint substantiæ. Et est sciẽdum, quòd secũdùm Medicos cõtrariũ tripliciter assumitur; Intrinsecũ, Extrinsecum, & Mixtum ex vtroque. Intrinsecũ etiã tripliciter dicitur: vel ratione virtutis naturalis, aut ratione tẽperiei, aut ratione instrumẽti naturæ. calor enim naturalis habet facultatẽ non solùm frigiditatẽ destruere, verùm etiã immoderatũ calorem; frigiditas autem nõ dicitur innata. Cõtrarium Extrinsecum etiam tripliciter intelligitur: vel ratione cælestis influẽtiæ; vel ratione ministerij, vt

Indicatio à causa morbi.

A causa externa nulla sumitur indicatio.

coniunctam vocant: eam verò quæ in proxima accessione putrescit, antecedentem esse volunt. sic in tumoribus, vocant materiam fluxam, causam cõiunctã; quę adhuc fluit, antecedẽtem.

Causa primò auferẽda

Commune itaque præceptum est, vt causam quæ affectum alit, primò auferamus: illud pro comperto habẽtes, non posse ad perfectionem vllũ morbum sanari, manente adhuc ipsa vnde natus est causa. Causarũ verò ablatio in prophylactica ac præseruatiua artis parte continetur: huius siquidem officium est causam quæ morbum creat adimere; qua ablata amouebitur affectus; nisi permanẽs dispositio sit facta. ita in morbo iam facto amouenda est primùm causa: inde morbo succurrẽdum: ex vtriusque amotione sedãtur symptomata. Sed cùm causarum curatio vt plurimũ euacuationibus perficiatur; hinc illud generale præceptũ, in omnibus quæ particulatim fiunt, memoria tenere oportebit, Vniuersales euacuationes oportere præcedere; aliàs enim topica medicamenta cum detrimento sæpe vsui veniũt. Est verò omnium euacuationum communis intentio humor superabundans; qua-

Medici vel ratione laborãtis, ministrorũ & extrinsecorum. Cõtrarium verò ex his mixtũ, vt morbus morbo, vt spasmo febris superueniens, & quartana epilepsia. Qui morbos ponũt tantùm in cõpositione, contrarietatem constituunt in angustia & dilatatione. Vera tamen est ratio quæ dicit curationem fieri per cõtrarium. est enim tanquã Maxima, & principiorum primum artis curatiuæ: principiorum verò nõ est ratio, vt inquit Arist. confirmanda tamẽ sunt rationibus. Duobus itaque cõtrariis aquè potẽtibus simul applicatis, ex

eorũ actione & passione mediũ quiddã confractũ ex ambobus necesse est cõsurgere; vt apparet ex coniunctione niuis & aquæ feruentissimæ: ita immoderatum cùm sit cõtrarium quiddã præter naturam; vt morbus; moderatum verò secundùm naturam, vt sanitas: fiet necessariò medicamentũ immoderatũ, vt ex administratione alterius immoderati contrarij reducatur ad moderatũ, id est, ad sanitatem. Deinde cõseruatio & curatio sunt cõtraria: cõseruatio verò perficitur similibus: ergo curatio cõtrariis. atqui curatio perfici-

Qualitas & Quãtitas medicamẽti vnde sumatur.

litas humoris medicamẽti qualitatem nobis indicat: quantitatem verò vacuationis moliẽdam cognoscimus ab humoris quantitate, morbi magnitudine, à virtute, ab ætate, laborantis tẽperatura, anni tempore, regione, consuetudine. Locus autem vacuationi aptus sumitur pręcipuè ab affectarum partium diuersitate & corporum natura, & consuetudine. Tertia generalis indicatio in omnibus quæ particulatim pręcipiũtur, obseruatu necessaria, est à corporis natura, hoc est, ęgri temperamento ac sanitate. morbus siquidem præscribit cõtraria: at natura ægri similia: quæ enim secundùm naturam nobis insunt, omnia similia indicant. Quantitatem verò contrarietatis, quã morbus indicat, cognoscere possum⁹ ex diligenti collatione morbi cum naturali ægroti temperatura. Quare vt rectè contrarietatis mensurã inuenire possimus, temperamentum natiuum curandi corporis scire oportet: vt quãtum morbus à corporis natura discesserit, intelligentes, mensurã medicamento imponamus. quod enim plurimũ à sua natura discessit, vehemẽtiùs eget contrariis: quod non multum, leuio-

Locus vacuationis.

Tertia generalis indicatio.

Natiuũ temperamẽtũ.

seuioribus. sanè plurimũ recessit morbus frigidus à corporis natura calida. Et profectò non ratione solùm, sed & experientia constat, non omnem naturam eadem requirere medicamẽta. At nõ solùm à temperamento totius corporis indicatio sumenda est; sed nihilominus ab ipsius loci affecti natura & temperamento. etenim calida dispositio vbicunque fuerit, semper est refrigeranda: sed quousque, aut quomodo, aut qua materia refrigerare conueniat, locus affectus commonstrat. hinc quoque si frigidior pars calido laborat morbo, liberaliùs & diutiùs postulat refrigerari; & ita de reliquis intemperaturis. quippe eatenus redeat ad naturam suam vnumquodque quatenus à natura recesserit: hinc siccior pars sicciora, calidior calidiora indicat medicamenta. Cùm itaque totius natura vt plurimùm partium temperamentum sequatur; hinc & in superioribus qua methodo natura, tẽperamentum, constructio, facultas, operatio partium singularum cognoscenda sint, diximus. Quoniam verò non par est actionũ dignitas, ad ægros seruandos maxima in partiũ dignitate

Partis affectę natura & tẽperamentũ.

Partis dignitas.

tur suo maximè contrario: hoc autem fiet secundùm æqualẽ gradus excessũ. Huius inuentionis certa scientia soli Æsculapio tribuitur. Ad argumẽta verò aduersariorũ satisfactum erit, si dicamus; aliquando cõtrarium aliquid esse per se, quãdoque per accidens: vt scamonea bilem educendo per accidẽs refrigerat. deinde cùm dicimus per cõtrarium fieri curationem, nõ semper respicimus morbũ, sed sæpenumerò causam. ita calidis amouendo obstructiones, febrẽ amouemus. semper pro obiectis cõtrarius habemus sanitatem & morbũ: & ita propri-

& operationis præstantia sumitur indicatio, in omni morbo curando; inprimisq; in ipsis euacuationibus. Cordis itaque officij dignitas in ęgris omnium maximè necessaria: deinde cerebri; sed & iecoris opus partibus ac vniuerso corpori summè est necessarium; non ita tamen vt cordis. Ad portionem iecoris, ipsius ventriculi operatio se habet: nam & huius vsus vniuerso corpori est necessarius: vbi enim prima concoctio impediatur, & sequentes impediri oportebit. quamobrem siue alterandi, siue euacuandi quid fiat; vbique respiciendum est, ne robur harum partiū dissoluatur. hinc si quando ventriculus aut hepar phlegmone tentabitur, peculiarem curādi rationem præscribunt. Est quoq; commune opus venarum, arteriarum, thoracis, renum, vesicæ vtriusque, splenis, item pulmonis, asperæ arteriæ, fauciū: ex quibus omnibus quamprimùm euacuare redundantiam licebit. Sed & à sensu partiū indicatio minimè spernenda est. quæ enim tardi sunt sensus & hebetis, fortiora sustinent medicamenta: quæ acuti, à valentibus præsidiis dolore resoluuntur. Ita quoque partium

loquēdo, cùm morbo obstamus, contrariis agimus; & verè curatio dicitur: cùm verò causa prouidem⁹, ratione morbi, potiùs præseruationis quàm curationis nomen adipiscitur. licet in forma specifica non appareat contrariū immediatè, ex differentiis ignotis nobis: tamen inducitur cōtrarium cōsequenter. Nos verò ita dicamus: quòd nō solùm contraria contrariis curantur, sed eisdē cōtrario modo acceptis. per eadē enim cōtrario modo facta fit virtus & corrūpitur, vt docetur secundo Ethicorum. & quēadmodum sēsu deducimur ad

Cordis dignitas prima, deinde cerebri, postea iecoris & ventriculi.

Sensus partium.

Raritas & Densitas. partium raritas ac densitas peculiares faciunt indicationes;maximè ad euacuandi consilium. ex raris faciliùs tum vacuamus tum resoluimus : ex dẽsis difficiliùs. Suppeditat quoque ad euacuationes rectè faciendas figura partium vsum non mediocrem. vẽter enim vomitu & deiectione inanitur: intestina deiectione tantùm ; sicut & iecoris caua: renes, vesica, iecoris gibba, si multo vitioso succo sunt referta, per deiectiones expurgantur: si modico , per vrinam. Cerebrum verò per palatum, aures & nares. Pectus & pulmones per asperam arteriã. Postremò vniuersi corporis excrementa ad ventriculum, mediante hepate, trahi possunt;ex quo deinde per aluum excernuntur. Sumuntur prçterea particulares indicationum differentiæ à positu, figura , situ, communitate partium, à loco ipso. quæ omnia non oscitanter saltẽ percurrenda, sed iudicio ac certa diligẽtia indicationum à partibus vis & efficacia perdiscenda est. vt in euacuatione non satis est generalis hæc indicatio ; sed statim prima indicationis diuersitas variatur: constatque cõmunem indicationem non magis esse

Figura. (margin, beside "euacuationes rectè faciendas figura")

Positus, Figura, Situs, partium Communitas, Locus ipse. (margin, beside "nuntur. Sumuntur prçterea…")

peccata ; ita etiam eorundẽ medio deducimur ad pœnitentiam, reductis ad Dei obedientiam sensibus.

vtilitatis quàm noxæ causam. Scire igitur oportet omnes indicationes, secundùm totam earum vim, & vsum quem in singulis curationibus pręstát. cùm enim pars acuti est sensus, ex hoc didicimus nec confertim nec semel valentibus auxiliis mederi oportere; sed tutò potiùs in tempore: at vbi tardus est sensus, iis etiam celeriter obire quòd iustum est licet. quemadmodú in coronaria sutura vehementior liquoris casus conducit: ita in oculis est contrarius. hac etiam ratione inueniéda sunt medicamenta mitissima, minimè mordentia, & si detergere oporteat, lentore potiùs prædita sint, & ob exquisitum sensum ad vnguem lęuigata. A raritate verò & dēsitate membrorum didicimus; cùm in tédonibus aut ligamentis scirrhosa fuerint, curationi quam per mollientia molimur aliquid incidentium miscere; ex quorum numero acetum est; quo non solùm in dictis, sed in aliis partibus, siquando scirrho laborauerint, vtimur. Positus verò & figuræ ratione excogitatum est, ventriculo exulcerato medicamenta esse bibenda: gula verò exulcerata, paulatim & assiduè esse deglu-

degluciendũ; vt ex transitu & cõtactu vulneribus quę hic sunt, accedat vtilitas. quinimo & crassiora hîc & magis lenta sunt adhibenda; ne ita citò & facilè diffluant. Item intestina crassa exulcerata iis quæ iniiciuntur per sedẽ curantur: tenuia verò requirũt, & quæ supernè sumũtur, & quæ inferius per sedem infunduntur. sic etiam affecta gula, cataplasmata spinæ dorsi imponimus. At si vlcus sit in aspera arteria, vt supinus, quàm diutissimè medicamentum in ore teneat, ac omnes qui illic sunt musculos relaxet, pręcipiendum: hoc enim pacto aliquid sensibiliter in ipsam arteriam influit. quod enim circa arteriæ tunicas, minimè tussim excitat; sed quod in mediam spiritus viam. Ratione verò figuræ & situs, excogitata sunt instrumẽta; quẽadmodum clysteres, apti & intestinis & vtero; siphones vesicæ; necnon & oculares clysteres. Pręterea situs etiam indicat, quatenus pro societate partis accipitur. nam, nisi compertum haberemus quòd cauo iocinoris subiicitur ventriculus & ieiunum, tum quòd ieiunum tenue intestinum succedit, id verò colon excipit, ac colon, quod

 appel-

appellant rectum: vtique illud non licuisset inuenisse quod iecur per aluũ & ventriculum expurgari possit: cæterùm aptior sit prior vacuatio; tãquam vsu iam callentibus intestinis, hepatis superflua tolerare. ita iocinoris gibba per renes; caua per inferiorem vẽtrem expurgari oportet. In liene verò alteram tantùm esse superflui vacuationẽ: cùm quæ per renes agatur, nulla huic visceri vacuando via pateat. Proinde vbi phlegmone premitur; deiectoriis id medicamentis tũ detergimus tum lacessimus; quo remittat quæ superuacua. A loco verò & situ dabitur indicatio, tum ad solidarum intemperies, tum ad succorum vitium tollendum. nam qui per summa corporis intemperie laborant, iis medicamenta quæ intemperies requirit, applicabimus: quibus autem in profundo corpore intemperies est, in iis rationem interualli inibimus. si enim medicamentis his vtêre quæ intemperies requirit, vtique multo imbecilliora quàm pro vsu tuo ad locum peruenient: quare eorum vim intendere eatenus oportebit, quatenus per transitum ad profundũ est remittẽda. didicimus enim,

vlcera

vlcera in pulmone & thorace hac etiã de causa difficiliùs sanari, quoniam medicamentorum vis antequam ad locum affectũ perueniat, admodum remittatur. hac etiam de causa meritò affecto cerebro coronariæ suturæ infunduntur medicamenta. non solùm enim qualitas, sed etiam substantia, si tenuis, facilè intrò penetrat; si præsertim torrentis ritu ab ictu compellatur.

Formæ medicamentorũ variæ.

Causa etiam loci, formæ medicamentorum variæ parantur. quæ enim longiùs distant, & in profundiori ac densiori parte, medicamenta humidiora requirunt; contrà pars propior, & densior solidis magis iuuatur. Hæc autem omnia etiã quàm maximè obseruãda sunt [2] in vnitatis solutione: quæ fit in osse, carne, neruo, vena, arteria, ligamentis, tendonibus, mẽbrana, & cute: prius perpendere oportet an possibilis sit vnio. est autem duplex via inueniendi: vna per lõgam experientiam; altera ex ipsius rei natura; quæ considerat particulæ substantiam, actionẽ, vsum & situm. substantia indicatur à figura: vt si telo acuto factum, si rotũdum, si vnicum. à tẽpore, an sit cruẽtũ, recens, an vetus. à loco si internum

In vnitatis solutione quæ obseruãda.

2. In vnitatis solutione duo præcipuè reperiuntur: videlicet vulnus & vlcus. differunt tamẽ: nam vulnus semper fit à causis externis: vlcus verò nõnunquã à causis internis, ex interiori vitio; aliquando etiam ab externis,

vt abigne & medicamentis causticis. Vulnus itaque semper habet causam efficientem manifestam: vlcus verò sæpenumerò internam occultè. Vulnus verò infertur ab his quæ incidunt, pũgunt, contundunt, multifariam agunt. Simplices itaque vulneris species: incisio in mollioribus partibus; punctio, in vnaquaque parte perforatio; cõtusio, interior diuisio, externa facie integra; durioris partis vt ossis, fractura dicitur: partium verò tensarum; vt nerui, & venæ & arteriæ, membranæ & tendonis ruptio. Alia differentia vulneris sumun-

est vulnus partis internæ; vt est iecur, ventriculus, pulmo; finis, principium & medium musculi. à magnitudine diuisionis, longitudine, latitudine & profunditate; æqualitate, inæqualitate; à modo incisionis; an pars tota sit incisa; an rupta, partim contusa. hæc autem sunt ex iis quæ vlceribus & vulneribus accidere possunt. Est autẽ vlcus, aut simplex & solitarium; aut compositum & comitatum. simplex dicitur & solitarium, vbi nec aliqua causa adest permanens, nec alter affectus, nec aliquod symptoma sequitur. In simplici affectu, indicatio cõmunis ipsius diuisionis est coniunctio orarum vulneris. Adducũtur verò aut vinculo aut sutura, aut fibulis. atque trãsuersa, quia labra longiùs distant, diligentiùs coniungi postulant. vtendum ergo suturis ac fibulis in huiusmodi vlceribus. per longitudinem musculorum, hæc à duplici initio deligata, nec sutura nec fibulis opus habẽt. profunda à duobus initiis liganda, nec citò glutinanda. profunda & lata à duobus initiis liganda nec citò labra coniungenda. Secunda intentio est, vt labra vulneris cõiuncta maneant. hoc autẽ

Vlcus duplex.

Indicatio communis est coniunctio.

Vlcus per lõgitudinẽ musculorũ.

Vlcus profundum.

fit,

fit, aut per se; vt carnosa; hæc enim mollia sunt; aut opera; vt vinculo & glutino. Tertia verò intentio, vt scilicet labia adducta coalescāt. id autem opera naturæ, non Medici perficitur. in simplici tamen vlcere, si prædicta sint ritè facta, proculdubio vlcus coalescet. si verò vulnus ita magnum fuerit, vt præ magnitudine labra præcisè coniungi non possint; glutinatorio medicamento opus est, quod plus coagat ac siccet & astringens sit; nihilominus aliquid humiditatis habeat, emplasticis simile, vt ad profunda subire possit. Si verò vulnus non sit simplex, sed simul cum solutione vnitatis adsit intemperies; vtique duplicem exigit medelam; quæ non modò moderatè siccet, sed etiam tantum calefaciat refrigerétve, quantum subiecta caro à naturali habitu recesserit. nam alioqui fieri non potest vt ad sanationem perueniat, nisi subiecta caro pro naturali modo se habeat. at si facta sit substantiæ deperditio, vt in vlceribus cauis contingit (fiunt autem vel ab excisione, vel erosione: erosio fit à causis intrinsecis, vt à vitioso succo; ab extrinsecis, à valentibus medicamentis, ab igne)

Vulnus magnū.

Vulnus cum intēperie.

Vlcus cū substātię deperditione.

tur, ratione quantitatis, respiciendo omnes dimensiones: ratione etiam rectitudinis et æqualitatis. præterea an simplex sit an cōpositum. est enim cōpositū, in quo maxima intēperies excitatur; vt solet cōtingere in morsibus alicuius animalis venenati concomitantur quandoque vulnus & inflammatio & dolor.

igne) id nobis proponitur, vt caro quæ periit restituatur. scire licet sanguinē bonum materiā esse carnis generādæ; naturam verò opificem & authorem. Sunt igitur duo consideranda: videlicet vt pars subiecta naturaliter se habeat; & sanguis nō peccet, nec in quali nec in quanto: quibus bene se habentibus, nihil obstabit quin carnis generatio optimè succedat, etiam absque externi medicamenti ope. Porrò cùm in carnis generatione duplex excrementum proueniat: vnum crassum quod sordes dicitur; alterum humidū, quod ichor appellatur: necessariò ad curationem requiruntur remedia siccantia ac detergentia. Quoniam verò siccantium quædam magis, quædam minùs siccant: ex vlcerum diuersitate, partim ex partium & ęgri natura conueniens est eligēdum. Contingit verò quandoq; loco cauitatis, carnis adesse supercrescentiam. hic cùm sit morbus in quantitate, indicat sui ablationem: hæc autem non naturę opera, sed medicamentis perficitur quæ vehemēter siccant: sunt verò huiusmodi medicamenta proxima iis quæ vehementer detergūt. Tandem (quod postremum

Duplex excrementum, sordes & ichor.

Vlcus cū carnis excrescētia.

est

est in omni vlcerum curatione) est cicatrix inducenda; in qua quidē aliquid quod periit regignere oportet. Ceterū caro, similiter etiam adeps, eadē specie gigni possunt: cutis verò quę periit prorsus restitui non potest; sed (quod eius officium supplet) fieri potest quid simile cuti. id autem fieri debet per alterationem, vt scilicet subiectæ carnis pars non amplius caro maneat, sed veluti cutis euadat. & quia cutis ipsa carne tum siccior tum densior est; si carnē siccabimus & astringemus, cuti illam persimilē reddemus. nam glutinatorium satis vt consumat redundātiam quę est pręter naturam, cicatricē inducens etiam aliquid naturale deradere debet. Si igitur morb⁹ simplex non sit, ordinem agendorum ex dictis inuenire licet. Primò phlegmonem, secundò sordes, tertiò cauitatē, quartò vlcus curare oportebit, tandem cicatricem inducere. Ita luxatio si inciderit, prius vlcus quàm luxationem curare oportet: alioqui si à luxatione inceperis, conuulsionem excitabis. Et licet fiant indicationes à differentiis, nō tamen ab omnibus: à tempore enim nulla sumitur indicatio. nam si vlcus caret

Cicatrix quomodo inducitur.

Ordo in vlcere nō simplici.

A tēpore nō sumitur indicatio.

caret accidentibus; siue recens sit siue antiquum, semper indicat agglutinationem. Ad noscendum tamen quid affectus ipse cacoëthes sit, cum aliis notis aliquam portionem habet diuturnitas: idoneam verò rationem indicat pars vlcerata malè affecta. est quidem signum vitiosi succi ipsa vlceris diuturnitas; inuentio verò eius quod expedit non ex diuturnitate, sed ex succi vitio suggeritur. nam cùm vlcera quædam omnibus rectè decenterque factis, tamen curationem non admittũt: ea Græcè Medici cacoëthe; nos maligna, contumacia, rebellia dicimus. Sunt ergo tria consideranda. signum est diuturnitas ipsa, affectus est succi vitium, [3] curatio est euacuatio. Atque vitiosus succus ad partem cui vlcus insedit aut non amplius fluit, aut fluit. si non fluit, ipsi tantùm parti quæ laborat succurendum est; siquidem vel nigrum, vel liuidum, vel rubrũ fuerit; curabit scarificando, sanguinem detrahendo, labra etiã, si dura & callosa appareant, exscindendo: sin ex toto corpore humor fluat, totũ corpus vel sanguinis missione vel cathartico medicamento euacuabis; non solùm ob super-

In vlcere maligno tria cõsideranda.

3. Vlcus est fœda & impura continui solutio. causa continens est, vitiosus humor, & omnis corruptio in affecta parte consistens: antecedens verò, cacochymia ex improbo cibo, aut ex alicuꝰ visceris affectione. Præter has differen-

superuacui ac noxij humoris eductionem; sed vt inde etiam reuellatur & deriuetur. & quia, iuxta Galeni sententiam, tripliciter affectus redditur maior; vel ob affectæ partis præstantiá, vel ob affectus ipsius magnitudinem, vel quia sit cacoëthes; in quo numero sunt capitis magna vulnera, pectoris, articulorum, tendonum, neruorum & ossearum partium: in quolibet horum vel sanguinis missione vel purgatione vtendum, iuxta affectus, accidentis, causæ exigentiam. his peractis tandem vlcus siccandum: omne enim vlcus quatenus vlcus, eget siccátibus; exceptis tamen contusis. necesse est enim vt contusum quàm celeriter suppuretur; nam & minus phlegmone vrgebitur: fiet autem, si citò liquescát carnes in pus versæ: quæ intentio calidis & humidis perficitur; ex quo caro noua inde producitur. Nunc in reliquis partibus solutiones vnitatis percurramus. & primò de sanguine pro-

Tripliciter redditur affectus magnus.

Vlcus cõtusum quid exigat.

tias quas cõmunes habet cum vulnere, connumerantur, saniosum, virulentum, sordidũ, verminosũ; praeterea phlegmonodes, erysipelatodes, oedematodes, & carcinodes; vel cũ tumore vel sine; vt phagedana, vlcus depascens, sed solũ cutem: cuius causa est biliosus & acer humor. iis succedunt vlcera maligna seu cacoëthe; cuius etiam generis sunt quæ Telephia dicuntur; quæ etsi nec depascant nec dolore afficiant, & sint sine tumore; nihilominus habent ora prædura, quibus subest vlcus. horum maligna est causa: in pestilentia solent euenire. In putrido vlcere, caro mollis grauiter olet, & plerunque in sphacelum desinit. oritur sæpenumerò ex sola humoris prauitate: frequentiùs tamen ex insito calore quacunque de causa in ea parte extincto Gangræna est incipiens partis corruptio: cùm verò iam extincta & corrupta est, sphacelos dicitur seu sideratio: in qua fœtor, nigrities, frigiditas, sensus & motus priuatio, ob caloris & spirituũ defectum; vel quia eius prohibetur transitus è corde per arterias; aut vinculo,

vinculo, aut contusione, vel obstructione, vel quia calor partis extinguitur & suffocatur; vt in magnis inflammationibus & ingenti obstructione, magno frigore, vel à maligna & venenata qualitate. sæpenumerò consequitur abscessus & praua vlcera.

4. *Si inciditur vena, sanguis abundè profluit: ab arteria verò tenuior & flauior & saliẽdo. Arteriis et venis magnis dissectis, ex nimia sanguinis & spirituum profusione sequitur interitus.*

De sanguine profluẽte ex vena vel arteria.

fluente [4] ex vena vel arteria. Hoc autẽ contingit vel ore reserato; ob vasis imbecillitatem, sanguinis copiam, ob acrem qualitatẽ. Percolatur etiam ex tunica ipsa rarefacta, vel sanguine attenuato, vel gracilium venarum ore aperto. Aut tunica diuiditur vulneratione, contusione, erosione, ruptione. Vulnerant, acuta & ad secandum habilia: erodunt acria: contundunt grauia & dura: rumpunt plethora, intẽsior vehementia alicuius actionis, grauius pondus, cursus, saltus. Primùm igitur causa tollenda; mox sanguis sistendus; deinde vlcus curandum. Vlcus verò aut est in partibus internis aut in externis. Sistitur verò: aut quia non amplius confluit, aut quòd occlusa est diuisio, aut propter vtrumque; quod est tutissimum. Prohibetur autem confluxus tam in internis quàm in externis, propter animi deliquium; per reuulsionem ad contraria; deriuationem ad vicina; refrigerationẽ totius corporis, vel partis; & medicamentis astringendi & refrigerãdi vim habentibus.

Clau-

Clauditur diuisio, si contrahitur ita vt conniueat. diuisio in intrinsecis, astrictione &refrigeratione: in extrinsecis, tantùm deligatura, vinculo labris in idem adductis manuum opera, per deligationem: aut vasculi os obstruitur intrinsecus thrombo, id est, sanguine concreto; iuuatur linimẽtis emplasticis: extrinsecus verò præter hæc etiam crustam facientibus. hæc si habent cõiunctam vim astringendi, vtiliora sunt; hærent enim diutius quàm quæ tantùm vrunt. his vtimur vrgẽte necessitate, cùm præcipuè putrescens aliqua pars causa fluxionis sanguinis fit: ob id non est vtilis eorum vsus in vulneribus venarum & arteriarum: gignitur enim crusta ex subiecta carne: quare quantum adustum est tantum de subiecta carne deperditur: indeque crusta decisa, maius profluuium oritur. sistitur autem tutò sanguis, si totas praecideris: sed ferè incurabile vlcus redditur: vtrinque tamen prius sunt vinculo amplectendæ. Et licet arteriæ tunica durior difficultatem agglutinationis indicet; tamen non tantam vt euinici non possit; præcipuè in corpore molliori: & licet difficilior sanatu

Arteria magis siccantibus eget quàm vena.

ſit quàm vena; non eſt tamen valdè diuerſus vſus in vtriuſque curatione: ſed ſpecie eadem ſunt; differũt ſaltem minoris maioriſque ratione: quæ diuerſitas ſumitur à natura partium: ſiccioribus eget medicamẽtis quàm vena, quãto ipſa quàm vena eſt ſiccioris naturæ. Carnis verò generatio circa arteriam & venam vtrobique parem habet curandi rationem. At ſi in partibus internis contigerit harum partiũ diuiſio; pro ratione partium varias requirunt medicamentorum formas & qualitates. quemadmodũ in veſicam & vterum infunduntur liquabilia & ſicca: in pulmonis verò & pectoris huiuſmodi affectibus, vehementer refrigerantia & aſtringentia ad extrà adhibita ſanguinem intrò compellunt, ac manifeſtè lædunt; ſed intus exhibendum medicamentum emplaſticum, ac aſtringendi vi pollens: in ſepto tráſuerſo, ſi in carnoſa parte fuerit ſciſſio, antequam contraxerit phlegmonem, ſanari poteſt: in neruoſa verò, minimè. Eſt ergo iſtis omnibus commune, euacuatio & reuulſio, & vt inhibeatur inflammatio; & omnis cura adhibenda eſt vt ſiccentur; tum per ea quę intrinſecus

Vena vel arteria in parte intrinſeca quomodo curetur.

ſecus aſſumuntur, tum per ea quæ foris apponuntur. Vbi verò vlcus ex eroſione contigerit, reuocanda ſunt in memoriam quæ de rebelliũ vlcerum curatione dicta ſunt opere perficiẽda: quemadmodum ſi pulmonis fiat exulceratio; primùm reuocanda eſt fluxio à capite, inde vlcus ſanandum. fluxio à capite amouetur, ſanguinis miſſione, purgatione, & iis quæ caput roborant, & prauam intemperiem immutant. vlcus ſanatur quiete: præſertim cùm pulmo ſit in perpetuo motu, & tuſſi expurgatur, ab ea cauendum eſt; inde leuiter aſtringentibus & detergentibus agendum, nec non emplaſticis. vt plurimũ autem inſanabilia ſunt eiuſmodi vlcera. Hæc enim, ex partiũ natura, didicimus [1] in pectore faciliores eſſe curationis quàm in pulmone: primò quia pectoris vaſa ſunt minora: ſecundò quia ſanguis in ſpatium interius effluit. tertiò quia pectus magis quàm pulmo carnoſum eſt: in pulmone verò difficilis eſt & deſperata redditur curatio, propter ſaniei & puris vacuationem. ſi igitur priuſquam phlegmonẽ contraxerint, cõglutinantur, ſpes eſt ſalutis; alioqui incerta omnis cura

Vlcus ex eroſione

Vlcera pulmonis difficilius ſanantur quàm pectoris.

1. Vulnus cùm eſt in cauũ pectoris penetrans; exſpiratione flatus erumpit, & medicamenta vulneri impoſita in ore percipiũtur. vulnerato pulmone, difficultas magna ſpirãdi, cum ſtrepitu, & ſanguinis ſpumã:

tis reiectatione: ni moriantur, breui ſuccedit phtiſis. vulnerato corde, extrema frigeſcũt, morſq; ſtatim adeſt: vulnerato diaphragmate maxima adeſt ſpirandi difficultas, tuſſis, cruẽta expuitio, præcordiorum cõuulſio & delirium, & quãdoque tabes.

cura erit; motu enim perpetuo, & tuſſi excitata veram conſolidationem non admittũt. Item intelligimus inteſtina quidem craſſa vulnerata, facilioris eſſe curationis; tenuia difficilioris. Ieiunum verò omnino incurabile eſſe: tum propter multitudinem & magnitudinem vaſorũ; tum quia tenue, & valde neruoſum eſt, & bilem prę̨terea ſinceram recipit, eſtque maximè iocinori vicinum. Ventriculi pars inferior faciliùs curatur; quia pars eſt craſſior, & medicamenta ſubſiſtunt: quæ in ore eius, & gula, contactu tantũ medicamentorũ in trãſitu fruuntur: & acumen quoq; ſenſus obſtat ſanationi. Omentũ verò ſi exciderit, etſi præſcindatur, curationem non prohibet; non eſt enim eius vſus animali admodum magnus: & licet à magnis venis & arteriis ortum ducit, profuſionem tamen ſanguinis prohibebimus, partẽ ſanam vinculis excipiendo; reliquum amputabimus. Contrà verò fit in inteſtinis: ea enim ſi exciderint, reponim⁹; quod poſſe fieri contingit, ſi vulnus fuerit magnum: nam ſi paruum, ſurgit in tumorem inteſtinum, ac inflatur ex ambientis refrigeratione: igitur calidis & humidis emol-

Inteſtina craſſa faciliùs quàm tenuia ſanantur. Ieiunum inſanabile.

Ventriculi pars inferior faciliùs ſanatur quàm ſuperior.

Omentũ exciſum ſanari poteſt.

Medulla ſpinã vulnerata partes ſubditæ reſoluuntur; motus ac ſenſus deperditur; ſtercus & vrina & ſemen aliquãdo præter voluntatem exeunt. Vulnerata gula, cibus euomitur, ſingultus adeſt, animi defectio, et cõuulſio. Vẽtriculo verò, vomitus cibi & potus, ſingult⁹, cito in-

In vulnere magno inteſtinum reponi poteſt.

tereunt; vulneratis intestinis, feces in abdominis spatium descendunt, & ex plaga egrediuntur: vulnus in parte septi neruosa & tenuibus intestinis non coalescit. 6. Aphor. Iecoris aut lienis vulnus præcordia ad spinam reducit; cruenta vomitio & deiectio, animi defectus, dolor ad iugulum & è directo, febris, alui profluuium; tandem Atrophia. si altius penetret, cum sudore frigido, mors adest. Ex Rene vulnerato vrina cruenta, pauca, dolor ad inguina, & testes; colligitur vrina sub abdomine in hydropis speciem: eadem ferè contingunt, vesica vulnerata, & præterea vomitus, singultus, delirium.

emolliendum est vt reponi possit. [2] At vbi punctus est neruus; ex sentiendi acumine necesse est tum dolorē maiorem incidere, quàm in reliquis partibus; tum ex necessitate phlegmonē consequi: nisi quis & dolori medelam inueniat; & phlegmonis generationē prohibeat. Vt igitur sanies effluat, cutis vulnus nequaquam agglutinandū: imò si opus est, dilatandū: prohibenda etiam inflammatio vniuersali euacuatione & reuulsione. præterea ad sedādum dolorem, locus fouendus est calidis & humidis actu, potestate tamen siccis. & vniuersa curatio perficitur calidis temperatè & siccis, quæ dolorē non excitant: talia enim ex profundo saniem trahunt, citra contractionē ac mordicationē particulæ. Vulneratus autem neruus medicamenta postulat quæ & tepidum calorem excitent, & valenter siccent; tum quæ substantiæ suæ natura, & trahendi vim habeant

Neruus punctus.

Vulneratus neruus.

2. Puncto neruo aut vulnerato motus læditur, & quandoque sensus: dolor ingens, inflammatio, quam quandoque consequitur gāgræna; nonnunquam delirium & conuulsio insequitur; præsertim puncto vel non omnino præciso neruo.

& ſint tenuium partium. Detectus autem neruus non adeò ſiccantia ferre poteſt medicamenta. Vbi vulnus eſt, per nerui longitudinem, maior conuulſionis metus impēdet; quæ ab ipſis fibris diſſectis excitatur. curatio cū ſuperiori eadem eſt: largius tamen eſt vacuandum, & ſuccurrendum ideo calente oleo vbertim axillis, collo, tēdonibus, ligamentis, & capiti. Neruo verò in cruribus vulnerato, fouentur oleo bubones, & tota ſpina ad collum aſcendendo. Si adſit in neruo cōtuſio, præter digerentia miſcenda etiā ſunt aſtringentia; ſi præſertim adſit cutis contuſa. præciſo tamen neruo [3] vel muſculo per tranſuerſum, ſi opus eſt, conuulſio prohibetur; ſed tamē alicui particulæ motus adimetur. Ligamēta verò, copulæ, ſyndeſmi tendonibus ſimiles, valentiſſimorum remediorum vim tolerant: quia nec ad cerebrum pertingunt, & ſenſus ſunt expertes. Tendones compoſiti ſunt ex ligamētis & neruis; minus tamen quàm nerui conuulſionem accerſunt. Syndeſmi ex oſſe oriuntur, & neruis ſunt ſimiles; duriores tamen & lati, à neruis faciliùs diſcernuntur: hæc validiora ſiccan-

Detectus neruus.

Neruus cōtuſus.

Ligamēta.

Tendones.

Syndeſmi.

3. *Vulnera quæ ſunt in capitibus aut finibus muſculorū, maximè neruoſorū, praua dicuntur: in quibus ſi tumor non appareat, periculum eſt, ne humores ad vulnera defluere ſoliti ad partes principaliores trāſferantur. & ideo monet Galenus, ne admodū me-*

ſiccantia quàm nerui requirũt. Nunc ad [4] oſſium fracturarum methodum tranſeamus. Licet oſſa, in iuuenibus, adoleſcentibus & viris, propter duritiem, coaleſcere non poſſint, quemadmodum in pueris: tamen alia quadam interueniente ſubſtantia ceu glutino quodam agglutinari poſſe, rationi experientia ſubſcribit. quum namque quælibet particula animantis propriũ ſibi attrahat nutrimentũ; oſſibus certè tum craſſius tum terreum magis conuenit: nõ eſt igitur alienum à ratione, vt quod ex hoc proprio alimento redundat, & in labris fracturæ cõcreſcit, ſuo interuentu oſſa quoque conglutinet. Vocatur verò iſtud oſſium glutinum, callus; Græcis poros. Quo igitur callus ille oſſa agglutinans tum quali, tũ quanto rectè proueniat, primò omnium indicatio à fracturæ forma accipiẽda, deligatura ſcilicet ſuper fracturæ principium iniecta; quæ nec admodum ſit aſtricta, nec omnino remiſſa; ita tamen vt confluxus à partibus ſanis ad patientem prohibeatur. Hippocrates iubet tertio die ſoluẽdum eſſe; ne dolor excitetur, aut pruritus ex inſolita cõpreſſione; aut ne prohibeatur tranſ-

Oſſium fractura.

Oſſium glutinũ callus.

Intentio in oſſis agglutinatione.

dicamentis refrigerantibus & aſtringentib⁹ vtamur, lib 5. Aphor. com. 66. ſi verò in vulneribus tumores molles, boni ſunt: crudi verò & duri & renitentes, mali. eodem libro.

Vulneratis tendonibus, membranis, omnia ferè cõtingunt quæ in neruis, ſed obſcuriora.

4. *Os vulneratum exaſperatũ percipitur. Os peculiare habet morbos. nam & continuum eius ſoluitur, loco mouetur. ſoluitur, cùm aut vitiatur aut frangitur: vitiatur, cùm colorẽ demutat, vel molle vel carioſum redditur, colliditur, contunditur, perforatur, finditur.*

trāspiratio: & si qua humiditas prohibet calli generationē, siccāda est; si verò siccitas, humectanda est pars. ideò partē quādoque fouem⁹ aqua tepida; & humiditatem ligatura exprimimus. Victus verò ratio à principio sit tenuis: quo tempore verò callus gignitur, nutriendum est corpus boni succi cibis, & qui multum nutriant, & ex quibus nō bonus solùm, sed etiam tenax proueniat succus. Generant verò callum medicamenta emplastica modicè calefacientia. In quibus verò fracturis ligatura vti non licet (quæ maximè facit ad expulsionem, expressionem; & ad reprimendum tum fluentes hu-

Est autē fractura ex Pauli sententia, à violētia quadam extrinsecus accidens. Galenus verò definit esse, cōtinuitatis solutionis diuisionem. Contingit autem fractura, reb⁹ duris; cuius rationem reddit Arist. 4. Met. inquiens, ea tantùm frangi posse quæ substantiam solidā & duram & renitentem & minimè sequacē & porosam habent; sicuti sunt ossa. Galenus quinque differētias fracturæ ossium posuit in libro qui inscribitur Medicus: Prima schidacedon, id est per rectitudinem: altera per transuersum, cauledon Græci dicunt: Tertia raphani in morem, raphanidon: quarta caryedon, id est, in modū nucis: postremò alphitedon, hoc est, in speciē farinæ. Ferè omnia ossa fracta communia habent signa: costa tamen si perfringitur, præter communes notas, adest sanguinis sputū, dolor grauissimus, spirandi difficultas, inflammatio, febris, suppuratio: contusa verò aut depressa, eadem contingunt, sed leuiora: fracta spina, adest pūctio, locus concauus, corporis in partem interiorem inclinatio.

Sequitur luxatio; quæ vt plurimum à causis externis originem ducit; nec non ab internis, quæ vincula & articulos infirmant: vt contingit ab humore pituitoso, mucoso & lubrico. Quatuor autem modis cōtingere solet: aut in partem priorem, aut in posteriorem; aut in internam, aut in externam. Indicium autem luxationis est, qua parte os prosilit, articulus extuberat. Maxilla ad partem priorem; mentum prominet, foras excidit, inferiores dentes superiores excedunt: si in latus, in contrariam partem contorquetur, nec dentes sibi inuicem respondent. Ceruicis vertebra si in partem internam; spiratio difficilis, præsertim cùm

sibus deglutitur: si in externam, mentum pectori transuersum fit resolutio brachiorum & laterum: si sub septo, crura resoluuntur, fex & vrina modò supprimuntur, modò multis exeunt. Reliquorum ossium luxationes communes habent notas: aliqua tamen ad omnes partes luxari non possunt; vti genu in partem priorem.

In fracturis capitis quid agendũ.

mores tum fluxos) vt [5] in fracturis capitis: tunc necessarium est fracturæ aliquid nudare, vt saniem detergere à membrana liceat: prohibere enim nõ possumus, vt sanies non gignatur. Inhibenda est autem phlegmone, quantum fieri potest; quò tẽpore transacto, omnia sicca ad vnguẽ sint, vt carnem producere & locum cicatrice includere liceat. Attamen ea pars ossis quæ admodum est confracta, omnino auferenda. Perforãtur etiam ossa, quum ex læsis partibus sanies ad interiora confluit: medicamenta verò post foratum os, sint admodum sicca. [6] Nunc superest vt aliquid de tumoribus præter naturam dicamus; vt omnes generatim omnium morborum indicationes absoluantur. Tumorum igitur omnino præter naturam; vbi scilicet partes à naturali habitu in quantitate discedunt, differentiæ siue varietates nascũtur ex influentis materię natura: vt enim maior copia vel flatulentæ materiæ vel sanguinis vel flauæ bilis, vel

Tumor præter naturã

5. Fractura caluariæ capitis si vehemẽs fit, effluit sanguis per nares per aures; bilis vomitus, vertigo, priuatio vocis & sensus. Vulneratis meningibus, capitis dolor ingentissimus, vomitus, sanguis profluens è naribus vel ex oculis, sensus attonitus, neruorũ distẽtio: exorta inflammatione, deliriũ. Vulnerata cerebri substantia, grauiora contingunt: si ad vẽtriculos cerebri peruenerit vuln⁹, statim intereũt.

6. Tumorũ vocabulo, vnum aliquod eorum, quæ corporibus ac-

vel attræ;ita fiunt œdemata, phlegmones, tumores flatuosi, erisypelas, scirrhi, cancri, carbunculi, & reliqui tumores. Omnium autem communis indicatio est, vt quod præter naturam in particula est, totum vacuetur. at si adhuc sit in generatione, duplicem habet curandi solicitudinem: quod enim factum est, curationem; quod futurum est, ne fiat prouisionem requirit. sed non satis est, vacuandũ esse scire; imò pro partium & humoris varietate etiam euacuationis indicationes diuersificantur. est enim quàm maximè ad diuersa loca & ignobiliora trahenda materia; non autem ad locum affectum ducenda. non temerè igitur vacuandum, sed prius inuestigandũ, an interna vel externa sit pars; an nobilis aut ignobilis. eadem enim medicamenta non conueniunt iocinori affecto & articulis: nec tumorem curamus eo pacto circa adenes quo circa alias partes. Cognita parte, & humoris qualitate; videndum an tumor factus sit vitio partis, an ab aliqua parte vicina transmittatur, aut totũ corpus sit plethoricum; & an originem duxerit ab aliqua causa externa. si vitio

cidunt, significatur. Sic enim dimẽsionem in longũ, latum, & profundũ nominant. Et cùm incrementum naturalẽ statũ immutat, tumorem appellam⁹. Tumorũ triplex est differentia iuxta Gal. li. 4. Aphor. 34. vel enim sunt cum dolore, quos iuniores inflammationes nominãt: vel absq; dolore duri, quos Græci scirrhos vocant: vel sine dolore molles, quos iidẽ Græci oedemata, id est, inflationes appellant. Tumores prætér naturam sunt ij qui sequũtur: Phlegmone tumor est calid⁹ præter naturam collectus, prominens. huic calor est ex inflammatione,

Cõmunis indicatio in tumore.

vitio affectæ partis ; vti ab intemperie genita , aut à causis extrinsecis ; vti à medicamentis, ab aêre, vulnere, cõtusione, distorsione, tensione, venenati animalis morsu : aut ab intrinsecis; ex vitiosis succis, congestione in corpore, ex spiritu flatuoso , & obstructione. quibus cõtrariis occurrimus, pro amotione causæ & affectus ; qui quandoq; simul eodem medicamento tollũtur; vti contingit in tumore flatuoso. est autem, vt diximus, communis indicatio quæ sumitur à morbo. Residentis in parte affecta humoris redundantia duplici modo fit : aut translatione ad alias partes eius humoris qui in parte affecta consistit : hoc autem bifariam contingit: aut ipsa pars affecta humorem à se abigit; aut integræ & sanæ ad se trahunt : aut expulsione humoris extra corpus; vel sensibiliter per ipsam partem affectam; aut per ea quæ cum hac aperiuntur ; aut per insensibiles meatus. A causa verò sumitur indicatio: ab antecedente, vt inhibeatur fluxio, euacuatione, reuulsione, & his quę astringunt, densant, & his quæ ad partes vicinas exprimunt. quæ tamen diligẽti obseruatione sunt perpendẽda. quæ

Humoris redũdantia.

A causa indicatio.

distentio ex copia; pulsatio, quia Diastole partem inflãmatam ferit, dolor ex calore & pulsu. causa sanguis est in partem & substantiã impactus; qui non potis cohiberi per oscula effluit : extra vasa collectus nec liberè perflabilis necessariò putrescit, atque inflammatur. non omnis tamen inflãmatio suppuratur, nec in tumorem manifestum attollitur . iuxta mentẽ Hipp. quæ ex sanguine solo fit, vera phlegmone dicitur: permiscetur enim non vera cũ aliis humoribus. Phygethlon est Phlegmone in adenosis locis, Latinis panus: in inguine propriè bubo.

Phyma hoc est minus; pituita habet aliquid permixtum.
Carbunculus ex crasso, nigro, calido & feruenti sanguine. pars nõ suppuratur, sed ardoris vi crusta obducitur, nigra, vel subcinericia. duplex: alter simplex ex solo ardore; alter malignus ex venenata qualitate, vt in pestilentia.
Furunculus tuberculũ est acutum, vix cutẽ excedens, oui columbini magnitudine; à putrido sanguine. & vt Phlegmone, signũ est plethora: ita hoc signum est cacochymiæ; natura hunc à reliquo puriore secernente.
Epinyctis est pustula pessima, subrubra, liuescẽs, è qua

A particula indicatio.

quæ enim toto genere, secundùm totam substantiã sunt deleteria (quemadmodum in carbunculo, & in morsu venenatæ bestiæ) in iis non arcendi sunt à parte affecta humores, sed euocãdi calefacientibus, trahentibus, cauteriis escharam facientibus, igni, & his quæ à tota substantia cõferunt. A particula verò præcipua indicatio est virtutis conseruatio. Cùm hæ indicationes inter se pugnant, vtendum est necessariò medicamentis compositam vim habentibus. In aliquibus virtus obstat, vt in iocinoris affectu: virtus verò ferè negligitur, vt si affectus fuerit in femore vel tibia. Quandoque etiam morbus eadem postulat remedia: vti in œdemate, vbi digerentia & calefacientia morbo & causæ conueniunt. cùm omnino dissentiunt, quadam mediocritate vtendum: vti increscente phlegmone, reprimentia permiscẽtur digerentibus. Ita in omni fluxione calida, nisi quid aliud obstet, astringentia conuenire videntur: in statu, digerentia: in incremẽto permixta. Si digeri nõ possit, suppuretur. Hæc præcipuè ita fieri ordine debét, in fluxione humorum calidorum. in

frigidis

frigidis namque, digerentibus à principio vtimur; quemadmodum in scirrho, nisi pars obstet, vtimur his quæ obstructioné eximunt, & vehementer *subcruenta sanies emanat. speciē & causam carbunculo habet similem, sed pe*stilentia non est particeps. Ecthymata pestilentia conditionem sequuntur; ex sanguine tamen prodeunt: tempore concoquuntur, & albescunt; tandem in squammas siccescunt. Pituita vt varia est, varij etiam sunt tumores. Oedema est tumor frigidus laxus, mollis, albidus, doloris expers. duplex est, collectus, alter diffusus, & expansus. Exquisitum oedema fit ex pituita; vt plurimū ex destillatione: alterum ex sanguine crudo iecoris, aut assumptorum vitio: qui in partes illapsus, nec in substantiam conuersus, sensim redundat. Scirrhus tumor est durus & renitens & indolēs: duplex; alter incipiens, alter cōfirmatus. vtriusque materia est, crassus & viscosus humor: vel congestu vel fluxione in partem impactus: qui vel ab initio talis existit, aut malè curato erysipelate vel phlegmone, nimis refrigerantibus, aut diaphoreticis resoluta tenuiori parte. Ganglion est tumor durus, ex pituita, vel melancholia naturali circa neruos & articulos: extra hos nodus dicitur: cuius generis est bronchocele, id est, hernia gutturis, ex pituita per auris posteriora fluente. adenis verò tumor glandula dicitur. quarum alia resoluuntur, alia suppurantur, alia dura permanent; vt struma, quæ quandoque cōtracta malignitate exulcerantur. defluit earum materia per ceruicis tēdones sensim, adeò vt obscura sit origo: si atrabilis sit permixta, carcinomatis speciem refert. Cancer tumor est durus, rotondus, inæqualis, liuescēs, calore, & dolore grauis. oritur, vt plurimū, in partibus fungosis; vt sunt mammæ. huius obscura sunt rudimenta, paulatim augetur; hinc instar fabæ, inde attollitur; dolor similis cādentis acus: inde pars liuescit, & nigricat. huius causa est bilis atra, & sanguis feruidus; qui nisi irritatus excandescat, diu citra perniciē existit. qui si exulceratus est, caro corrupta, sordida illuuie, prædura & inuersa; frequēs animi defectus, febris lenta. phagedæna cancrū imitatur. Sarcoma est carnis incrementum ex solo partis alimento; vt in malè curatis vlceribus. Sic Polypus in naribus; epulis, in gingiuis; sycosis in ano. Varix est venæ dilatatio ex immodico sanguine, præsertim in cruribus; ex ictu, labore, plethora. Aneurisma est arteriæ dilatatio ex spirituoso sanguine. Fit interdum in interioribus partibus; vbi vehemens pulsatio animaduertitur. Erysipelas est ardor per summa corporis effusus, sine tumore, cōpressui cedens, sed rediens; colore subflauus: duplex est, alterum simplex ex sanguine bilioso; alterum exulceratum, quod & ignis sacer dicitur. vel solam cutem, vel altius depascit, ex

feruentiori bile. huc pertinent phygetha & phlyctides ex feruenti bile; in quibus, vesiculis diruptis, pustulæ similes combustis apparent.

Papula est ardor, minimis pustulis exasperans ac rodens; herpes dicitur: cuius species, altera miliaris prominens in modum milij, altera ferè rodens ac depascens. vtraque quasi in orbem diffunditur. differt ab erysipelate, febre, ardore, dolore: horum loco adest pruritus. fit sæpe à bile prassina & æruginosa; quæ sensim nullo fluxionis impetu vsque in cutem tendit. Impetigo, cutis est asperitas, dura ac sicca, cum ingẽti pruritu: cùm sit sine humore. Distat à scabie. Huius quatuor sunt species: vna simplex, pruritus dicitur, ex bile vel tenui pituita; altera lichen, acriùs corrodit; sæpe ex neglecta papula fera, fit ex bile ardentiori, vel pituita putrida; tertia psora; cutis asperior ex pustulis serpentibus euadit, furfures decidunt; fit ex atra bile, & ægrè sanescit: quarta est lepra omnium deterrima, altiùs depascit & findit, squammulæ decidunt; fit ex atra bile & salsa pituita. Pustula est vitium cutis: cuius duo sunt genera: alterum humidum est, ex quo humor vel sanies fluit; vti hidroa, ephelides, & omnia scabiei genera: alterũ siccum, vti sunt extãbemata, pruritus, verrucæ. Hidroa sunt pustulæ exiguæ milij magnitudine, sine rubore & dolore: fiunt ex sudore sub epidermide cõtento: aliæ pustulæ maiores & dolorificæ; fiunt ex calore, & impuro sanguine sub cutẽ contento. Scabies est exulceratio leuis, pruriens: cuius multæ sunt species, iuxta humorum varietatem. In capite propria habent nomina, vti sunt psydracia; fauus, qui emittit sanguinem mellis crassitudine, amplis foraminibus existit: Vlcus manans seu Achor glutinosam saniem, angustis foraminibus producit: causa est, nitrosa & salsa pituita; aut melancholia, sub cute putrescens. Verrucarum alia pensilis; alia tenuior, sed minor, dura & aspera; altera verruca sessilis dicta, seu myrmecia, magnitudine lupini, dura, altioribus radicibus, dolorifica. Clauus rotundus callosus, prædura radice, dolorificus, & quasi emergens ex ossium membranis. Callus clauo similis, sine radice tamen, & doloris expers. Sequuntur vitiliginis species: vt Melas nigro colore ab atra bile cutẽ inficit: alphus albo: leuce albo etiã, sed altius descendit. in hac pili decidunt, & succrescit lanugo; quæ confirmata non amplius rubescit: causa est crassa & glutinosa pituita.

Ecchymomata cutem inficiunt, effuso per eam sanguine: modò cum tumore ac dolore; modò sine iis. cùm liuescit, pelioma dicitur: cùm nigrescit, melasma. nobis hæc suggillata dicuntur. sequuntur stigmata, vibices, quales relinquuntur è flagellis.

7. *Abscessus est collecta materia in pus*

dissecant. Quandoque etiam [7] tumor nullam curam expostulat; cùm videlicet

Quandoque tumor non est morbus, sed symptoma.

licet non est morbus, sed symptoma; vti cùm in hydrope & alijs malis corporis habitibus, œdemata fiũt in cruribus; tunc nullam curam ad se trahũt huiusmodi tumores; nisi quandoque, ratione causæ coniunctæ, siccantibus vtimur, & sæpe etiam scarificatione. Hoc autem notandum in omnibus tumoribus, quòd semper portio materiæ est minuenda per vniuersi corporis euacuationem: sæpe enim etiam nulla redundãtia in corpore existẽte, solùm ob magnitudinem morbi, totũ corpus purgari oportet: nam dolor & calor membri affecti attrahunt, etiam si nulla affuerit redundantia. Præterea vbi pus adest, & eius copia vicerit vim medicamentorum digerentium; incisio facienda est in altissimo loco, ad imitationem folij myrti: & si quid cõputruit, resecandum est: inde medicamentis sine corrosione siccantibus vtendum: foris verò, aliquo humido dolorem mitigante, & his quæ pus mouent & expurgant. Si cauitas adsit, quæ implent imponere oportebit: deinde cùm ad æqualitatem peruenerit, cicatricem inducere erit tempestiuũ. Hucusq; nos paucis indicationes quæ à

Quando incisio facienda

aut in alienã substantiam cõuersio. Gal. in Def med. dixit esse corporũ ex phlegmone in pus trãsmutationem. abscessus duplex in Method. med. 1. genus est: vnũ cùm phlegmone in pus versa, pus ipsum tanquam in sinu aliquo est collectũ: alterum cùm nulla præcedente phlegmone, humor aliquis statim ab initio, ceterum omnino acris in parte aliqua colligitur. & De cau. mor. quod abscessuum generatio fit per trãsmissũ humorem à partibus robustioribus ad imbecilliores; & com. 2 in 1. Epid., quòd abscessus in corpore fit ab effluxione aliqua. vult nã-

à temperatura, à causa, & morbo sumuntur, descripsimus: Nunc ad illas transeamus quæ istis omnibus sunt communes. Et primò ab aëre nõ vulgaris indicatio sumitur: siquidẽ velut medicamẽtum quoddam corporibus nostris incidit. habet ergo aliquando rationem materię sanitatis; aliquando verò rationem causæ morbum fouentis. si igitur morbum fouet, occurrendum est contrariis: si verò morbo est contrarius, pro gratia habendum. At quoniam aëri mutationes in calido, frigido, humido, & sicco accedunt; partim ex præsenti cæli statu, partim ex anni tempore, partim ex regionis natura; & ex iis rursus priuatæ indicationum differentiæ oriuntur: danda est opera vt ita alteretur aër, vt excessui occurrat. Altera communis indicatio sumitur à virtute, quæ à natura manat. Ars quidem & artifex agunt materierum interuentu: natura verò agit per seipsam; & virtus est illi instrumentum: cuius dignitas aliquando excellentissima est; nec de alterius indicationis vi diligentiùs scripsisse videtur Galenus. licet enim ad affectus curationẽ nihil propriè indicet virtus

ægri:

Indicatio ab aëre.

Indicatio à virtute.

que Hippocr. ipse, decumbẽdo, & etiã effluendo fieri abscessũ. Abscessus etiam vocare solet Hip. nõ tantũ eos qui per effluxionẽ fiunt: sed etiam cùm alius morbus in aliũ trãsit; cùm dicat, abscess⁹ in quartanis factos esse. 2. et 1. Epi. com. 2. Inflãmationis enim materia, sanguis scilicet, cùm extra venas putrescit, cùm non eiicitur à natura, degenerat in gangrenã: euict⁹ verò suppuratur. Fiunt & alij abscessus ex frigidis humoribus, qui nec inflãmantur nec suppurãtur; sed degenerant in alienam substãtiam omnino præter naturã, quãdoque similem

ægri: pro vitæ tamen custodia hanc obseruare oportet. nã etsi omnia quæ sanitatem conseruant, vitam ac vires tueantur: non tamen quicquid morbos curat, vitã quoque continuò conseruat. multa enim sunt quę morbum curant, quibus si immodicè vtaris, vitam quoque vnà auferes. Prima itaq; & maxima est ea quæ à viribus sumitur indicatio. ex curatiuis verò indicationibus non est nisi per accidens: virtus enim morbo ceu aduersatrix est proposita. quare Medicus omni dilig͂etia viribus subuenire studebit; quibus cõfortatis, morbus expugnabitur fortiùs. est ergo indicatio à virtute, sui custodia ac conseruatio: at custodia similium exhibitionem indicat; per cõtraria enim deiicitur & extinguitur. De virium substantia ac differentia aliàs diximus: vbi ostensum, tres diuersi inter se generis virtutes siue facultates animal gubernare: quælibet verò earum distribuitur, suo veluti ex fonte, per suos spiritus veluti vehicula in corpus vniuersum. Natura itaque tota, ac cum ea virtus, consistit in substantia spiritus solidarum & carnosarum partium, subsistit verò

ossi & lapidi: alij etiam adsunt, qui tunica seu cysti quadam obuoluuntur; in steatomate quod seuo simile apparet, in atheromate pulti, in meliceride melli. Hæc crebriùs in capite, ob cutis densitatem, reperiũtur: quemadmodum talpæ & testudo; hi autem sunt humores crassi & lenti qui seorsim fiunt. Quandoque abscessũ cõsequitur sinus; qui est cauitas latens, ex purgato abscessu manẽs: & ex Galeni sententia, fit ex pure acredine sua erodente, & cõtinẽtia ab subiectis separãte. putrefacta enim materia in abscessu, contactu vicinam carnem

putrefacit: & hic affectus si in longũ producatur, & callo obducatur, fistula dicitur.

quælibet harum, præter vniuersalem formam, in proprio temperamento, & quantitate: quamobrem siue solidarum aut carnosarum substantia digeratur aut alteretur; aut si spiritus in iis patitur, aut secundùm totam essentię proprietatem corrumpitur; semper virtutem proportione affectuũ extinguunt. Lapsus quidem solidarum partium in longissimis morbis cõtingere solet; animante nutrimenti defectu extenuato; vel ex aliqua intemperie corpus liquante: alteratio verò in spiritu, ex vitiosis prouenit succis, & ex ambientis qualitate. essentiæ spiritus corruptio partim ex veneni qualitate occulta, partim ex aëris malignitate. Resoluuntur ex concitatiori motu & labore, ex vigiliis, ex venere immodica, ex spirituum nimia tenuitate, item ex corporum magna raritate. Extinguuntur etiam ante omnia ex ipso respiratu prohibito, nutrimẽti defectu; animi accidentibus, timore, gaudio, mœstitia, anxietate. in his enim omnibus anima mouetur per se ipsam: in corporalibus verò actionibus ipsa corpus mouet. vtroque motuum genere, si modum excedunt, resoluitur spirituum

Lapsus virtutis & alteratio.

Formæ corruptio & spirituũ resolutio.

tuum

tuum robur. Proinde quiidquid simile acciderit, tota Medici intentio ad virtutis custodiam traducitur; vt tum quantitate tum qualitate, quoad fieri licet, naturaliter se habeat. Quoniam verò non solùm in morbis, verũetiam dum rectè valemus, impossibile sit spiritus & solidarum substantiam à resolutione & alteratione custodire: necessum est vt quæ substantiæ portio defluit, hanc nutrimẽto resarciamus: item quod alteratur, contraria qualitate ad temperiem reducamus. si sensim facta est resolutio, & alteratio; sensim etiam ad pristinum statum redire oportet: sin confertim fiat, morb⁹ est, & methodo pro ratione causę vtendũ. virtutis autem custodia fit similibus: spiritus quidem ex respiratione, & transpiratione; & ex vapore lucido, qui ex sanguine attollitur: solidarum substantia, solido nutrimento: carnosum genus, per eam naturã, quæ medio modo se habet. Quantitas verò ex eorum substantiæ modo inuenitur: qualitas verò à temperatura singulorum. Sed & partiũ diuersa est natura: ita quálibet similibus conseruabimus. In quibus verò morbis aut magis aut

Quo pacto virtus sit instauranda.

Quo pacto spiritus instaurentur: Itẽ solidorum substantia.

minus respicimus virtutem, facilè licet perpendere: in euacuationibus verò, omnium maximè, ac in ipsa missione sanguinis huius habenda est ratio. quare cùm euacuationes propriè virtutem, si modus nõ seruatur, prosternant, & sæpe vsuueniat, vt affectus curatio notabilem exigat vacuationem; ægri verò virtus hanc sufferre non possit; vt si quando cum humoris putredine virtus sit debilis: in his affectibus paulatim quod noxium est euacuare, & paulatim salubre reponere oportet; summamque prudentiã Medici hoc genus curationis requirit. *Vbi putredo adest cum virtutis imbecillitate.*

Consuetudo. Cõsuetudinem verò inter ea esse collocandam, quæ haud vulgares faciunt indicationes; ratio ipsa testatur. eius enim subsidio plurimùm adiuuamur in naturæ ægri cognitione.[8] est enim consuetudo, vt Galenus ait, acquisita natura; & quãtum ad rationem victus probè ordinandã conferat, paulo pòst dicetur. Eadem quoque necessitate

Aetas. [9] ætatis habenda est ratio: non in euacuationibus solùm, in quibus præcipuam

8. *Est autem consuetudo secunda quædã natura, ex vsu paulatim acquisita. & ideo cõsueti aliquibus morbis, min⁹ malè se habent quã insueti; dummodò morbus non sit in membris præcipuis: tum enim contrarium aduenit; vt exẽpli gratia, Hip. ait, Qui sæpe exoluuntur, derepẽtè moriũtur. animata cõsuetudine paulatim acquisita possunt immutari in mediũ aut in contrarium. est enim animatis consuetudo propria: inanimata verò actiuè propriè non recipiunt consuetudinem.*

9. *Ætas est animalis dispositio permanente tẽpera-*

puam habet conſiderationem; ſed & in omni morbo curãdo ætatem reſpicimus. Conſuetudo igitur eſt quiddam eorum, quæ curationis rationem per morbi naturam intercedentem, indicet; & ad remediorum inuentionem plurimum facit: quemadmodum etiam ætas. nam Galenus ante decimum quartum, & in vltimo ſenio prohibet venæ ſectionem; licet in puero boni habitus, vrgente neceſſitate, præcipuè in inflammationibus internis, liceat venam ſecare. maximè etiam faciunt conſuetudo & ætas ad victus rationem præſcribendam. Reliquum eſt igitur vt de indicationibus obſeruandis in victus ratione, ſecundùm methodi ordinẽ dicamus. Nos quidem in genere has indicationes, vt in pleriſque fecimus, perſtringemus: at particularia ſummo ſtudio & exercitatione parantur. nam cùm ars tota ſit magna; nõ leuiſſima eius pars ſcientia eſt ordinandi victus. Iam quæ ad medicamenta, prioribus indicationibus complexi ſumus: hîc verò quæ ad aërem, cibum & potum, vigilias, ſomnum, affectus animi pertinent, comprehendimus. horum enim omnium natura

De victus ratione.

tura media rebus naturalibus attributa, ex actione calidi in humido, alicuius influxus ratione temporali periodo metita; ex qua augetur, ſtat, decreſcit & declinat. aliqui diuidunt ætates iuxta numerũ planetarum; ita vt infantiam lunæ primò tribuant; deinde hoc ordine vſque ad ſenectam & ſaturnũ. ordo autẽ ætatum hic eſt: primò Infantia vſq; ad ſeptimum: ſecundò Pueritia vſq; ad decimũ quartum: tertiò Adoleſcentia vſque ad vigeſimũ quintum: quartò Iuuentus vſque ad trigeſimumquintum: quintò ætas Virilis ſeu cõſiſtentia

natura & cōseruare, & alterare poteſt; ac Medicum ſumma prudentia eſſe, horum commodus vſus oſtēdit. Sunt itaque indicationes ordinandi victum primùm omniū morbi natura, virtus ægri, conſuetudo, natura, & ætas patiētis, regio, anni tempus, cęli ſtatus. quas omnes indicationes, ſecundùm rei indicantis naturā diuidat ac examinet; donec ad id quod ex vſu eſt, perueniat: vt ſecundùm omnes indicationū differentias in vnum collectas, iudiciū verum conſequi poſſit. Sed occurrunt frequenter contrariæ ac pugnātes indicationes. ſæpe morbus indicat extremum & exquiſitiſſimum victum: virtus verò imbecillis cibum exhibendum indicat. ægri quoque temperatura ſimilibus cōſeruatur: morbus verò contraria indicat. ita & à conſuetudine, ætate, ſimilium ſunt indicationes: à regione, anni tempore, cæli ſtatu; ſi intemperata ſunt, indicantur contraria. in quibus omnibus iudicium non vulgare deſideratur; vt quantum quælibet indicatio aut vincat aut vincatur, cognoſci poſſit. Iam ſi quis ſingularum indicationū vim explicare vellet, infiniti penè eſſet laboris: vt ea quę

vſq; ad quinquageſimum-quintū: Sextò primū Seniū vſque ad ſeptuageſimū: ſeptimò vltimum Seniū. Mulieres verò citiùs permutant ætatum ſtatus: nec in omnibus eadē eſt ratio: aliquibus enim citiùs, aliis tardiùs cōtingit ſeneſcere. In his ætatibus, iuuenes ſunt temperatiores & validiores: quòd manifeſtè apparet in actionibus vitalibus et animalibus: in naturalibus tamē fortaſſe vidētur ſuperari à pueris, vt oſtēdit plurimus eſus & eius cōcoctio: ſed multitudo caloris innati & humidi radicalis, quæ à primordio vſque in finē deficit, hoc præ-

Pugnantes indicationes

à morbi natura ſumitur, ſe extẽdit ad omnes morbos vſque ad vltimas ſpecies: & alia ratio victus eſt in febre intermittente, alia in continua: rurſus in ipſis tum intermittentibus tum continuis, ſecundùm varietatem febrium, variatur ipſa dięterica. Ita ſi eſt febris à certo loco inflammato, priuatæ erunt intentiones. nec enim in genere quædam ſcire ſatis eſt; alioquin artẽ potiùs breuem quàm longam Hippocrates iudicaſſet; ſed quomodo ratio 10 victus ad futurum vigorem reſpicere debet, à morbo & ęgri virtute, ac reliquis eodem iudicio colligere licet. ſpectanda enim ſunt duo illa quæ Hippocrates ſcripſit, ex quibus cibandi conſilia petenda, morbi ſummus vigor, & ægrotantis vires. tenuiſſimo enim victu vtendum, donec tranſactum ſit incrementum. quod ſi non liceat, cibus offerendus eſt hora declinationis: quæ ſi non adſit, ſaltem eo tempore quo faciliùs morbum tolerat, eaque potiſſimum hora dici, qua cibari prius erat aſſuetus: & quemadmodum in internis inflammationibus magnis vna ſpes ſalutis eſt virium robur: nam quod ad phlegmonem ſpectat, minimè ciban-

ſtat: ad reliquas tamen actiones obeũdas ineptiores ſunt. dicũt autem calorẽ in pueris, multitudinis gratia, ſuperiorẽ eſſe: ſuperari verò à iuuenibus in qualitate. vel quòd pueri innato, iuuenes elementari præſtant.

10. Victus ratio dupliciter accipitur, cõmuniter & propriè primò accepta, eſt quadam & certa viuendi ratio vſui humani corporis appoſita: propriè verò, eſt apta cibi & potus exhibitio, quam metimur in quãtitate, qualitate, tempore, opere ac ordine Diæta autem tripliciter diuiditur: vel eſt tenuiſſima, ut melicrati

In cibãdo ægro duo ſpectanda.

 dum

exhibitio; alia tenuis, vt ptisana, vel panis plurieslotus; vel crassa vt carniũ aliquis vsus. omnes autẽ suas habent latitudines, & in qualitate & in quantitate. oportet autem dignoscere, pro instituenda victus ratione, robur virium, morbi vehemẽtiam, & futurum statum.

dum est; quod ad virium imbecillitatem, vtique sæpe: ita in humorum redundantia & putredine perniciosissimum est ante accessionem cibare: ita in vtrisque post accessionem vtilissimum, quibus infirma est virtus; quæ quandoque adeò est infirma vt totam curam ad se trahat. tunc vt plurimùm natura imbecillis, à morbo defatigata, vel cibos malè concoquit, vel corrumpit; & tandem morbo succumbit. hîc adest locus ille qui sincerè intellectus Medicum rationalem inprimis ornat; nempe si quando pugnantes indicationes inciderint, qua methodo quid primùm aggrediatur cognoscat. Est quoque in complicatis affectibus hæc tractandi contrarias indicationes methodus summè necessaria. Cõsistit verò in triplici hac consideratione; vt obseruemus id quod vrget; tale verò est à quo maxime discrimen ægro imminere videtur; id verò cognoscimus à læsæ actionis præstãtia. quòd si princeps aliqua operatio sit læsa, ilico maturo consilio noxæ occurrendum; aut si affectus præter naturã, hoc est, morbus ipse magno impetu ægrũ cõficiat; hic enim & ordine & causa dimissis,

Complicati affectus.

Prima consideratio.

vni

vni morbo præſidia afferemus; ita enim & in ſæuitia ſymptomatum, cogimur reliquis relictis, ſymptomatib⁹ occurrere. Secundum, quod vrgentis nomine intelligitur, eſt virtus ægri; nã hæc ſi confertim dilabitur, dimiſſis morbo & cauſa, eius reſtaurationi toti inuigilamus. Sed cauſarum indicatio, quæ ad hunc locum plurimum facit, antea eſt adũbrata: hæc indicat, niſi quid vrgentiùs obſtiterit, vt primò auferatur. Tertiũ, ex quo is locus abſoluitur, eſt ordinis obſeruatio; in quo notabimus, quid à quo, quid cũ quo, quid poſt quid curari poſſit. itaque quotieſcunque pugnantes indicationes inciderint, exquiſito iudicio perpendi debent magnitudo & dignitas eorum quæ indicant: perpetuò enim obſeruandum eſt, vt ſemper eligantur indicationes quas digniora & maiora indicantia præſcribant. Dignitas verò exiſtimatur vitę vel ſanitatis reſpectu; magnitudo verò, vel propriæ ſubſtantię ratione vel declinationis à naturali habitu. Conſiſtit igitur tota ratio tractandi pugnãtes indicationes, vt diximus, in tribus; cauſa, morbo, & virtute. Eſt igitur perpendendum, vtrum

[Margin notes: Secunda (beside "occurrere. Secundum"); Tertia. (beside "auferatur. Tertiũ"); Dignitas quæ. (beside "indicantia præſcribant. Dignitas"); Magnitudo. (beside "magnitudo verò")]

morbus solus sit curandus, non respiciendo causam; an causa propulsanda sit non curando morbum: an virtuti & eius ratione symptomati sit succurrẽdum, ceteris neglectis; an causę & morbo sit medendum, quibus curatis symptomata euanescunt. Prima particula prorsus explodenda est; secũda distinguenda. nam si maximus fuerit morbus, considerãdum est ne cùm causam amoueamus, hominẽ vnà extirpemus: Tertiæ semper habenda ratio; & si adsit necessitas, ad tẽpus morbus & causa sunt relinquenda. Quarta placet; ita tamen vt semper ad id quod magis vrget festinemus, minimè tamen alterũ negligamus. Constat ex dictis, primò causam, secundò morbum esse propulsandum, vbi vires valentes sint, & possint perferre: quòd si vires imbecilliores sint, ita vt præsidia non possint sustinere, tum iis roborandis animum applicabis: cuius rei gratia symptomata quæ vires maximè deiicere solent, sunt propulsanda; ceteris tamẽ, quatenus fieri potest, non neglectis. Is locus rectè à Galeno pluribus in locis est illustratus.

CAP.

CAP. XVI.

De præceptis artis Medicæ communibus.

Pręcepta communia.

MEMINISSE verò oportet in omnibus affectibus communiũ præceptorum. Primũ itaque omnium

Primum

est, [1] Contrariorum contraria esse remedia. Et quidem alia simpliciter dicuntur contraria, vt calidum frigido; alia priuatiuè, vt plenum & inane, cõtinuum & solidum, integrum & corruptum: alia etiam per se sunt morbo contraria, alia verò per accidens. Per se morbo opponuntur, vt frigido calidũ, exagitationi sedans & repellens, exuperantię euacuãs, tenuitati incrassans, duritiei emolliens, lentori detergens, acrimoniæ illinens, glutinosum; laxitati corroborans, corruptioni alexiterium, putredini concoquens, suppurãs & expurgans; asperitati læuigans, angustiæ dilatans, densitati rarefaciens, occlusioni aperiens, cõtinui solutioni agglutinans, sarcoticum, epuloticum. Per accidẽs verò, vt reubarbarum per accidens refrigerat, humores calidos educendo, cùm tamen per se calefaciat;

Contraria quot modis dicãtur.

1. Contraria multipliciter accipiuntur: vno modo propriè pro aliquibus quorum vnum expellit reliquũ realiter, & ad quorũ vtrunque potest esse motus propriè dict[9]: alio modo dicuntur cõtraria illa de quibus hoc prædicatum prædicatur primò & adæquatè: tertio modo dicuntur cõtraria aliqua prædicata denominantia illa in quibus sunt cõtraria primo modo dicta, & ab illis aliis concreta

ciat;& ita cõtingit vt morbo ſit ſimile, cauſæ verò contrarium. Alia verò actu ſunt contraria, alia potentia, aut & poteſtate & actu: talia actu, vt aqua frigida; poteſtate, vt ſuccus vuæ immaturæ; actu verò & poteſtate, vt balneũ: vtraque enim facultate morbo eſt cõtrarium, ſecundùm diuerſas eius partes. Paucis autem contrarietas explicatur, videlicet eius quod exuperat ablatio, & eius quod deficiens eſt adiectio, ita vt rectè alibi ab Hippocrate dictum ſit, Medicinam nihil aliud eſſe quàm adiectionem & detractionem, deficientium, & redundantium: cùm verò & redundant & deficiunt quædã in quantitate, quædam in qualitate; ſecundùm vtrumque priuatæ curationes per contraria exiſtunt. Secundum commune præceptum eſt, Simplicem affectum ſimplicem requirere curationem; Compoſitum verò compoſitam. Diligenter igitur attendere oportet vt ſimplices affectus à compoſitis diſcernantur. Tertium verò, Cauſam quæ affectũ alit, ſemper eſſe primò tollendam: nam in omnibus in quibus effectrix cauſa adhuc manet, ab hac (niſi quid ex ſuperiùs dictis prohi-

trariis accepta; quia eidẽ non poſſunt aliquo modo reſpectu eiuſdem cõpetere: & hoc pacto ſunt relatiua contraria calefieri & frigefieri, calefacere & frigefacere, eſſe idẽ eidẽ & diuerſum, ſimile & diſſimile. Aliqua etiam reperiuntur quæ nullam habẽt cõtrarietatẽ, quẽadmodum ſubſtãtiæ nihil eſt contrarium. ſed contraria dupliciter accipiũtur, magis cõmuniter & magis propriè, & ſtrictiùs. aliqua enim ſunt quæ non poſſunt ab aliqua virtute creata ſimul fieri in eodẽ ſubiecto: ita enim duæ animæ ſenſitiuæ ſunt contraria, quia

Secundũ præceptum.

Tertium præceptum.

prohibeat) inchoanda curatio est, ac illud pro comperto habendum, non posse ad perfectionem vllũ affectum sanari, manẽte adhuc ipsa vnde natus est causa. Quartum erit, Vniuersales euacuationes oportere pręcedere. Cõuenit autem vt diligentissimè commune hoc præceptũ obseruetur: præcipuè in particulis affectis, vbi redundãtia in toto corpore sit. si enim hoc statu digerentia & attrahẽtia particulis applices, impleri ipsas potiùs quàm euacuari videbis. Est itaque Euacuatio, eorum quæ præter naturam sunt, expulsio: sunt autem præter naturam, aut quantitate aut qualitate: & euacuationis duæ differentiæ, altera vniuersalis, altera particularis. Vniuersalis est quæ ab vniuerso corpore materiã subtrahit; vt sudor, perspiratio, sanguinis missio, vomitus, alui deiectio: particularis ab aliqua parte materiam educit. Adsunt autem instrumenta ad omnes euacuationes Medico nota. Præcipuæ Euacuationes sunt Sectio venæ & Purgatio. Sectio quidem venæ omnes humores euacuat, & respicit qualitatem, & quantitatem humorum peccantium. Purgatio autem est

corum

Quartũ præceptum.

Quid sit euacuatio.

Sectio venæ.

Purgatio quid.

possunt sibi succedere in eadem materia, & nõ possunt simul in ea per agens creatum produci; & sic substãtiæ aliquid est contrarium: sed strictiùs loquẽdo & magis propriè, cõtraria sunt inter quæ est motus, ita quòd vnũ est termin⁹ à quo motus, & aliud terminus ad quem. illa formaliter repugnant, nec possunt fieri in eodem per agens creatũ nec increatũ; & hoc pacto duo contraria nõ possunt esse in eodẽ subiecto, quia tunc nec expulsio vnius prior natura esset inductione alterius, nec è conuerso: videtur .n. quòd inductio vni⁹ contrarij, sit

eorum tantùm quæ ſua qualitate lædunt, euacuatio. Sicut ergo cõſtat, detractionem ſanguinis non ſemper ob redundantis ſanguinis euacuationem fieri: ita purgationem non ſemper ob redundantiam vitioſi ſucci molimur; ſed propter abundantiam alterius cuiuſdam ſucci, vel propter vim morbi. Conuenit enim quandoque nõ ſolùm euacuare, ſed ad diuerſa trahere. Docuit enim Hippocrates ad contraria auertere, deriuare ad vicina. hoc autẽ perpetuum eſt, incipiẽtem fluxionem ad contraria trahendam eſſe: fixã verò in laborante particula vacuãdam eſſe; vel ab ipſa particula quæ affligitur, vel à maximè vicina. Sectio itaque venæ ſemper conuenit in plethora, tam pura quàm impura: ſed magis in pura; ne aut ſuffocetur, aut vaſa dehiſcant, aut diſrumpantur: conuenit etiam in impura ſeu cacochymia. nam licet humores omnes nullo ſelectu educãtur, natura tamẽ exonerata faciliùs quod reliquum eſt conuincit. Reuulſio verò pertinet ad fluxionẽ, quę reuelli debet ad cõtraria. ſunt autẽ contraria dextrũ & ſiniſtrũ, ante & poſt, ſurſum & deorſum, intus & extra. Eſt autem ſemper ſpe-

prior expulſione alterius cõtrarij. expellitur enim cõtrarium per accidẽs, & nõ ex intentione agentis. hoc autẽ intelligitur in his quæ formaliter propriè & intrinſecè ſunt cõtraria, quia nõ poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto niſi ſucceſſiuè: & ideò non eſt cõtrarietas quòd aqua ſit calida in ſummo: in illis verò quæ habẽt cauſam extrinſecam, alia inſecunda eſt ratio: vti dicũt Theologi de culpa & gratia. Contraria autẽ propriè ſunt illa quæ maximè diſtant diſtãtia illa quæ poteſt eſſe inter indiuidua diuerſarum ſpecierum.

Reuulſio.

Deriuatio quid.

Reuulſio.

ſpectanda rectitudo venarũ & fibrarũ, quá ex anatome didicimus. Deriuatio verò fit, ſecta ea vena quæ in propinquá partem inſeritur; niſi fluxionis imminet periculũ. Opportunè autem fit, præmiſſa reuulſione. Morbis verò ſectio venæ conuenire poteſt, aut per ſe, cùm euacuat aut reuellit aut deriuat; aut per accidens, cùm corpus refrigerat, aut obſtructiones ex multitudine tollit. Quibus ſectio venæ per ſe medetur, ſemper eſt adminiſtranda; quibus per accidens, non ſemper. in morbis enim bilioſis magis conuenit, in melancholicis minus, & multo minus in pituitoſis. Quibus verò & quantum ſit ſanguinis detrahendum, æſtimandum eſt à virium robore & morbi magnitudine. virium verò robur dupliciter labefactatur: aut diminuitur, aut opprimitur. ſi nulla externa cauſa pręceſſerit, indicium eſt vires oppreſſas eſſe. Magno morbo, & viribus non diminutis ſed potiùs oppreſſis, conuenit magna ſectio venæ; viribus imbecillis, mediocris; proſtratis verò, nulla. Habenda eſt autem ratio aëris, vtpote calidi & ſicci, vel admodum frigidi; temperaturæ mollis, & laxæ; ætatis, puero-

Deriuatio.

Quantitas ſanguinis.

puerorum & ſenum; & etiam ſi appareat naturam ſponte aliquid molituram. Hæc enim omnia ſectioné venæ minimè ſuadent. Ad hoc, ſi præcedat cruditas, tanto tempore differre venæ ſectionem iubebis, quantum ſatisfacere tum ad eorum coctionem, tum vt excrementa deſcendant, videbitur; ſin verò ſequetur neceſſariò vacuatio quępiam, tantum illi de ſuperante parandum, quantum eſt per eam vacuádum. Non ſolùm enim præſentes vires metiri oportet, ſed etiam futuras. Symptomata etiam quę eueniunt, remorantur venæ ſectionem, vt timor, animi deliquium ex ſenſu ventriculi nimis exquiſito. Corroborandus eſt itaque ventriculus, & iubendum vt ſupinè iaceant dũ detrahitur ſanguis: contrà verò poſtulant venę ſectionem vnà cum affectu cuius cauſa primùm requirebatur, habitus durus, denſuſq;, &, vno verbo, qui haud facilè digeritur; tum temperatus vel frigidus & humidus. Cacochymia, ſola purgatione tolli poteſt. ſi tamen omnes venas æqualiter inuadat, nõ refert an à venæ ſectione an purgatione incipias. Eſt autem purgatio duplex, vniuerſalis, & parti-

Quę impediant venæ ſectioné.

Purgatio duplex.

particularis. hęc proprium membrum affectum respicit; illa autem fit vel vomitu vel alui deiectione. Primus gradus purgationis est clyster, consequutione enim quadam, licet ieiunum nõ ascendat, copiosè euacuat. Sequitur vomitio, quæ tamen non conuenit in affectibus supra ventriculum existentibus: in reliquis verò, moderata, est præstantissima purgatio: extirpat magis humores noxios quàm purgat; facilius enim in ventriculum remeant, quàm in aluum descendãt. An vomitu, an deiectione sit vacuandum, ostẽdunt & sedis vitium, & motus naturæ: nam ventriculo imbecillo, non cõuenit prouocatio vomitus. motus verò naturæ obseruandus: si per conueniẽtes vias promptè traducatur, sinẽdus; sin tardiùs, promouendus & incitãdus; si contra naturæ cursum, inhibendus.

Vnde nã fieri debeat purgatio.

Genus verò medicamẽti sumendum est ab humorum noxiorum qualitate. Vt autẽ vtilis reddatur purgatio, præter medicamentum accommodatum, fluxilis reddendus est humor pręparatione, & viæ liberæ & patentes. Ob id quintum præceptum commune est, Singularum particularũ meatus, qui

Genus medicamenti.

Quintũ præceptum.

ad superuacuorum emissionem sunt proprij, oportere peruios, & patentes reddere: vt qui sunt in intestinis, ventriculo, mesenterio, cōcauo iocinoris, intestinum ipsum rectum, vesicā; vasa itē quæ sunt in renibus, iocinoris gibbis; necnon vasa venæ cauæ, arteriæ magnæ, eaque quæ in lumbis habentur; eum quoque meatum qui vrinis est delegatus, atque eos qui pulmonibus & pectori; ipsam etiam asperā arteriam & fauces; meatus quoque cerebro, & eius inuolucris seruientes, eum qui per palatum & nares descendit. Horum medicamentorum materia ex simpliciū cognitione petēda. Sextum commune præceptum ex Hippocratis sententia desumptum est, Quæ matura coctaque sunt, medicari ac mouere oportet, non cruda. excipit tamē morbum turgentem ac furentē. Concoctio est autem duplex, altera quæ fit à calore naturali, altera verò à præternaturali: concoctio quę fit à calore naturali, supra modum augeri nō potest; à supranaturali, excessum habet: à naturali nihil corrumpitur; à prçternaturali fit corruptio. Concoctio naturalis mediocritatē seruat; ignea, inquinat, adurit,

Sextum præceptum.

Concoctio duplex.

adurit, corrumpit. Eſt itaque cōcoctio naturalis, ex Ariſtotele 4. Meteor. perfectio natiui & inſiti caloris, quo res promouetur, cauſa patentium qualitatum, ad iſtam perfectionē quarum qualitatum cauſa eſt habilis materia, vt hoc pacto queat moueri ac perfici.

Concoctio quid

Eſt autem duplex: vna qua peruenitur ad ſpeciem aliquam & formam, qua noua ſubſtātia incipit & prior deſinit; vt cùm ex alimento gignitur ſanguis: Altera quando non prior ſpecies aboletur, ſed cauſa qualitatis aut quantitatis concoqui dicitur quidpiam: vt cùm ex immaturis poma fiunt matura, ex putrido ſanguine fit pus. Perficitur autem concoctio à calore naturali. Generari quidem omnia poſſunt; cōcoctione tamen fiunt, generātur omnia, & perficiuntur. nec ſolùm vt generetur ac cōſeruetur animal, neceſſaria eſt concoctionis perfectio: ſed etiam vt liberetur morboſis cauſis, quas vi expultrice à ſe expellere ſine concoctione non poteſt. Hunc enim ordinē ſeruat natura, tam in alimentis quàm in morbis: primùm vt concoquat, aut ſaltem euincat; deinde ſeparet; poſtremò excernat. tā diu enim res interni

Concoctio duplex.

Ordo naturæ in concoctione.

humoris causa ab innato calido patitur, donec ad perfectionem quandam traducatur; ita vt vel tanquam vtilia assumantur, vel tanquam excremēta inutilia reiiciantur: in putrefactione verò, ab externo patitur calido, non à natiuo. & vt calor innatus perficit humidum, ita externus expellit humidū innatum. Sunt autem quatuor cōcoctionis differentię apud Medicos; prima est cibi & humorum naturæ familiariū, nutritioni dicata: altera humorum vitiosorū, qui benigni non nihil continent: tertia omnium humorum & excrementorum quæ euinci & expelli debent: quarta humoribus, meatibusque per quos illi ferūtur, ad euacuationem præparādis est accommodata. Quę ob nutritionem fit, propriè dici potest concoctio: quæ humoribus verò euincēdis est apta, potiùs dicitur euictrix: quæ verò ita putrescunt, vt calor innatus nihil conferat ad immutationem, vt in serosis & aquosis humoribus; nihilominus vrinas etiá concoctas dicimus, licet ex illis corpus nutriri non possit; separationem & segregationem concoctionem appellamus: ita distillationes concoctas appellamus, Quatuor cō-coctionis differentiæ.

pellamus, ob mediocritatem acquisitam. humor enim crassus & lętus pertinaciter inhæret: admodum verò tenuis imbibitur & dispergitur, ita vt excerni nequeat. humores enim omnes pro sui eductione nullo pacto incrassari & inspissari debent, nisi in his quæ ad pectoris & membrorum spiritualium morbos pertinent. Maturatio etiam est quid concoctioni simile. est enim concoctio qua res perficitur, causa caloris natiui, vt in fructibus. Dicimus etiam maturari quæ fiunt in generatione puris in abscessu. Pus autem hoc pacto gignitur. sanguis enim aut in suis vasis corrumpitur, aut extra suum locum. si in loco proprio corruptus fuerit, aut totus aut pars est præter naturam: si pars, ita vt in pristinam naturam restitui possit: si totus, vt denuò habitum naturalem non recuperet; vt vinum penitus acidum factum. at si extra suum locũ contineatur, aut putrescit ex imbecillitate caloris mẽbri recipientis, qui non vincit materiã sed vincitur; aut in pus vertitur; cuius permutationis causa est vigor caloris naturalis. Generatur etiam cùm sanguis extra proprium locum, calidum

Maturatio quid.

Pus quid

Generatio puris

 inna-

innatũ amittit, & alieni fit particeps; tum enim necesse est vt putrescat, vt in inflammationibus contingit. Concoctio igitur in omnibus promouetur à calore naturali. adiuuantes causæ sunt, medicamenta, balnea & exercitium. Cõcoctio verò vt plurimum ex natura sua cogit & incrassat. est enim proprium caloris vnire simul & cogere: nihilominus cogit tantum homogenea, & separat heterogenea: ita in concoctione nõ peracta, omnia simul permixta manent, & inutile ab vtili non educitur. & cùm inutiles humores & noxij sæpenumerò laudatis humoribus sint crassiores, ideò attenuari debent: quanto enim tenuior humor aliquis fuerit, tãto faciliùs à facultate medicamenti attrahitur, & euacuatur. Quocirca tenuibus existentibus humoribus peccantibus, à principio ante concoctionem, euacuare possumus; præsertim si in ventriculo, venis primis, & circa iecur fuerint. nam si expectemus concoctionem, imminet periculum ne venæ nimis repleantur: si verò lenti & crassi, vel alicui mẽbro inhærentes fuerint, purgare non conuenit: nam humor noxius non expurgatur,

Concoctio quid præstet.

Quãdo non est expectãda concoctio.

gatur, ſed vtilis; fit maxima virium iactura; humor motus nõ amplius cõcoqui poteſt, bono etiã permiſcetur, & quandoque nobiliorem locum petit. at licet crudi ſint, ſi tamen tenues & aquoſi & quãtitate ſua naturam nimis grauẽt, nõ expectata cõcoctione, euacuãdi ſunt; dũmodo meatus per quos deduci debent, ſint aperti. Nec etiam morbo furẽte ſemper purgatio eſt adhibẽda; non enim cõuenit, quãdo corpus repletũ eſt crudis humoribus, aut præcordiorũ magna inflãmatione aut tẽſione laborat, aut eorũ obſtructione vel calore ingenti. Craſſi itaq; humores incidendi, diſſecandi, & attenuãdi: tenues verò educẽdi. Trallianus tamẽ bilioſum humorẽ, vt cõmodè euacuari poſſit, humidiore priùs alimento preparat, balneis tẽperatis, vnctionibus, aquoſo potu liberaliore. ita enim diffuſa bilis veluti imbecillior facta facilius à medicamẽto trahente ducitur. Benigni autẽ humores eiſdem quibus cibus, calidis ſcilicet & humidis cõcoquuntur; vti fructus à ſole & pluuia: reliquis verò contrariorum vſus eſt aptus; nam & intemperiẽ ſi qua adeſt, corrigere oportet; ad hæc humores

Bilioſi humores & tenues ex Tralliani ſentẽtia concoctionem admittunt.

fluxiles reddere, meatus recludere, concoctioni opitulari: tandem medicamento euacuare, quod quidem non solùm vires non deiiciat, sed potiùs ipsas corroboret. Post humorum euacuationem, in morbis quos vitiosus succus creat, in eorum fine calefacientibus & siccantibus est vtendum; vt quod reliquum est humoris absumatur. Vltimum cõmune preceptum est, A Medico naturarũ occultas proprietates diligenter inuestigari debere. & quoniam cuiusque naturæ proprietas est ineffabilis, nec exacta sciẽtia comprehensibilis: constat hunc esse optimum cuiusque particularis ægritudinis Medicum, qui sibi methodũ comparauit, ex qua & dignoscere naturas possit, & coniectura cõsequi quæ sunt cuiusque propria remedia: non enim hominum omnium cõmunis est curatio. curandus enim non homo communis, sed vnusquisque nostrũ. Vera igitur medicina de laborantis natura coniecturam facit: hanc idiopathiam vocant, omnesque incomprehensibilem fatentur; ideoque veram ipsam Medicinæ artem Æsculapio Apollinique concedunt. Pendet verò omnis Vltimũ præceptum.

hæc

hæc ratio ex duplici causa: ex longa obseruatione eorũ quæ manifestè apparent;& cognitione elementorum& temperamentorũ & formæ specificæ. Ab elementis & temperamentis ratio sciri quidem potest, at nõ sine magno labore &acri iudicio. si namque quindecim differentias in hominum temperamentis, ex minoris in his maiorisque ratione, idque in humida tantùm natura statuas: necesse profectò est, medicamentorũ etiam, quibus sis vsurus, quindecim differentias noueris, quarum alię magis, aliæ minus siccẽt, prout cuique naturæ cõgruat. ita quoque similiter in reliquis obseruare oportet. Specificæ verò differentiæ, solo vsu dignoscuntur & curantur. Hactenus quanta potui breuitate curandi methodum secũdùm vniuersales indicationes exposui: sed cùm tanta rerũ moles in hanc angustiã constringatur, non omnia debita luce illustrata vidẽtur. obiter enim quædã dicuntur, quorum nec vsus videtur esse magnus, nèc dignitas ampla; quæ si propiùs cõtemplentur, ac tota eorum natura excutiatur, priuatim sibi plus operę deposcũt, quàm toto hoc ordine exhausimus.

Quare quanti faciendus sit huius methodi vsus, dictu est difficile. Eius enim auxilio ducimur ac quasi certa regula dirigimur, vt omnia iudicio, ordine, ac plana via, explicare quæcunque inciderint, possimus.

CAP. XVII.

De Resumptiua quam vocant & Præseruatiua.

ABSOLVTIS itaque cognitione corporis, methodo conseruationis, morborum & affectorũ locorum agnitione, prognosticis, ac theraupeutica; instituto tamẽ deesse videtur, resumptiua & præseruatiua: licet resumptiua nulla peculiari opus habet explicatione. facilè enim cùm sit medium inter curatiuam & sanitatis tuendæ rationem, ex eisdem formatur. Est tãtùm obseruandũ, variam esse victus rationem sanis. itaque quisq; paulatim reducendus est ad eã qua vti cõsueuit. nam sicut nec aliarum rerum, ita nec victus vna omnibus species in cõsuetudine: ob id etiam naturarum inspiciendæ sunt proprietates: aliqui enim bubulã coquunt, alij ptissanã nauseãt. Plurimi sanè ex morbis qui conualuerunt,

Resumptiua & Præseruatiua.

luerunt, plurimũ nutrimenti requirũt; tamẽ plurimum ſuſtinere nõ poſſunt. Quare cibus ſumendus eſt concoctu facilis, & vt excrementum eius facilè deſcendat, & vacuus puruſque ventriculus ſecundum excipiat. At quoniam ſomnus nõ ſolùm eſt quies, ſed etiam longius tẽpus ſecundùm naturalẽ adminiſtrationẽ excipit; rationabile eſt vt valentiores ciborũ hoc maximè tẽpore offerantur, nec cibũ nec potum aſſumant antequã priorẽ confecerint. Si admodũ ſitibundi ſint, tantillũ indulgendũ quod & deſideriũ ſedet, & ſitim leuet. Cõfecto nutrimẽto, abũdè bibere ſunt ſinẽdi. Manè cùm deiecerint, & paululum inambulauerint, modicè ſunt fricandi: & antea habẽda ratio morbi præteriti, & priſtinæ ſanitatis. Et nõ ſolùm ex his materię quæ ad victũ pertinent copia ſuggeritur; ſed etiã ex regione & tempore. [1] Nunc ad Præſeruatiuã quã vocant accedamus. Et licet pręſeruatio generaliter in omnibus cauſis abſcindendis, ex quibus morbus fouetur, cõſiſtit: tamẽ hoc loco earũ cauſarum fit mentio quæ nondum actu morbũ fouent, ſed periculũ ſaltẽ ęſt morbũ opinione citiùs affuturum.

Præſeruatiua.

1. Hic oritur quæſtio, An corpori lapſo debeatur præſeruatio per contrariũ, & non cõſeruatio per ſimile. à ſimilibus n. conſeruantur quæ ſecũdùm naturã ſunt, à cõtrariis verò in priorem ſtatũ reducũtur quæ præter naturam ſunt. licet videatur quòd etiã per ſimile fiat augmentũ. nã (vt habemus 3. Topic.) tale additum tali illud magis tale reddit. & hoc pacto etiã quod adhibetur corpori lapſo, aut eſt illi æquale, & ſic nõ fit actio neque paſſio, res enim non patitur à ſuo ſimili, vt habem⁹ proble. 8. & ſic non patitur, nõ agit. omne namque naturaliter

turum. Itaq; prohibemus ex arte præseruatiua, ne morbus efficiatur à caussis illis. Sed cùm causæ istæ occultiùs faciant effectus suos, etiã difficiliùs cognoscũtur. Siue igitur aliqua repletio vel prauitas humorum, aut obstructio, aut corruptrix aliqua vis collecta sit; statim exquisito iudicio ex symptomatibus, quid horũ sit inuestigare debemus: tamen ista symptomata non sunt ita euidentia, sed quiddã medium habent. cùm enim sani sumus, omnia nobis insunt naturaliter: cùm ęgri, pręter naturã: si medio modo, etiam ista mediã habebũt significationẽ. De istis mediis, vt quæ futurã significant ægritudinem, nunc agendum est. Primum omniũ in hac parte inuestigandũ est, quid sit ipsa Plenitudo, quæ eius differentiæ, deinde qui effectus, siue propria cuiusq; speciei signa, & quã curationem Medicum scire cõueniat. tota enim huius negotij summa negotiatur circa humores; quos neque lentos esse oportet neq; crassos, neq; aquosos, neq; vehementer calidos aut frigidos, & quodcunque horũ inciderit, indicationem contrarietatis in promptu est colligere. nã crassities indicat attenuationem

agens sic patitur, & è contrà: quod autẽ est tale, cõseruare nõ poterit; cùm cõseruatio sit quadam actio. videtur etiam quòd ex contrariis cõseruatur corpus, quatenus pertinet ad respirationem, & inspirationẽ; cùm si quis cõferat ad calorẽ naturalem & spiritũ aërẽ, longè frigidiorẽ reperiet. cõtrà verò sunt præcepta Gal. qui posuit corpus lapsum in latitudine sanitatis: præcipit verò & in libris paruæ artis, & in quã plurimis aliis, quòd sanitas & tẽperies similibus conseruẽtur. Est autẽ sciendũ quòd corpus lapsum in tribus gradibus constitutũ sit; videlicet, pa-

Signa media quę morbum futurũ indicant. Plenitudo quid, & eius differentiæ.

tionem, viscosum incisioné, prætenue indicat ingrossationem, sic obstructio apertioné præscribit. Hæc quibus medicamétis sunt prestanda, facilè intelliget qui vim medicamentorú cognouerit. Licet enim morbum præcauere

Venæ sectio in plenitudine.

venæ sectione, vbi humores æqualiter ita sunt aucti, vt amplius à vasis contineri nó possint, & inducant tumorem, distentioné, obstructioné, ruborem. moles enim corporis vnà cú sanguine augetur: hec minatur suffocationé vel vasorú rupturam. Altera verò repletio

Repletio ad virtutem duplex; quátitatis & qualitatis.

est ad virtutem. & est duplex: quantitatis & qualitatis: quantitatis, cùm humores ex æquo aucti sunt, non tamen tantú vt faciant vasorum distésionem, sed ita, vt grauent virtutem; & vocatur repletio grauatiua. vires enim sunt imbecilles, sine corporis augmento; in qua periculum est corruptionis: cùm enim virtus grauata sit, humores non potest bene regere; quare necessariò putrescunt. In hac itaque, aliis indicationibus cósentientibus, venæ incisio conuenit. Repletio verò qualitatis, ea est vbi vel amaræ bilis succus plus cæteris colligitur, aut atræ bilis aut pituitæ. Que omnia sicuti proprij humoris habent

rum, mediocriter & multum lapsum. Conseruatio etiam dupliciter accipitur: vel propriè, cùm in corpore optimè sano; & sic fit similibus est & alia cóseruatio magis vniuersalis, quæ deducit etiam temperiem ad meliorē statū. Simile etiam dupliciter accipitur, vel propriè, & ita reponitur sub genere qualitatis; vel impropriè; & ita vel secundùm quantitatem æqualem, inæqualē; vel secundùm substantiā, & ita idē & diuersum: & 5. Metaph. dupliciter etiā accipitur simile; similia enim dicuntur quæ idē patiūtur, & plura etiā & diuersa, & quorū qualitas est vna: di-

habẽt signa, propriam etiã euacuationem requirunt. Signa enim veræ plethoræ, ætas iuuenilis, vita anteacta, præsertim ciborũ optimi succi vsus, iecoris & cordis temperies: comitantur color rubicundus, carnositas, pulsus magnus, vrinæ optimæ; venæ intumescunt, & exiles etiam circa oculos rubescunt. Tunc, ex Hip. sententia, soluere expedit vsq; ad animi deliquiũ: vbi verò sanguis redundat quidẽ, sed nõ adest copia, moliri etiã potest præseruatio sine venę sectione. Aliis enim satisfacit inedia, aliis cibi parcitas, aliis soluta aluus, aliis purgatio, vel frequẽtius balneum; aliis sola exercitatio, vel multa frictio satis est. Signa verò bilis exuperantis, iecoris & cordis calida & sicca tẽperies, victus tenuis & ciborum calidorum, exercitatio nimia, vigiliæ: cõsequuntur color faciei pallidus, flauus; pulsus vehemẽs, velox & frequẽs; vrina flammea & acris; appetitus frigidorum: si in cerebrũ, vigiliæ; si in ventriculum, oris amaritudo, sitis, nausea. tunc euacuãda est bilis, & victus instituendus frigidus & humidus. Melancholia verò augetur his qui cor & iecur frigidũ & siccum habẽt; & lienem disten-

Veræ plethoræ signa.

Leuior plethora.

Signa bilis.

Melancholiæ signa.

...itur & simile quod est simile in genere, vt apparet in mediis cõtrariorum ad extrema. Galen. pluribus in locis sumit simile pro similitudine substantiæ, quẽadmodũ vnũquodque animal habet alimentũ simile, substantia determinatũ: & est duplex qualitatis & substãtiæ. & verè potest dici natura quædã & proprietas quæ magis apparet in medicamẽto quod allicit humores sua forma seu virtute specifica: & similitudo intelligitur potẽtia nõ actu, inquit Auerro. quòd tẽperie magis proximè reddita alteri qualitati extrema, ita vt tãdem fiãt ægritudines e⁹

distentum & obstructum seu imbecillum; vitæ anteactæ cõditio tristis. Hæc autem signa comitãtur: Color fuscus, habitus siccus & horridus; pulsus paruus & tardus, rarus & subdurus, cum mœstitia; vrina cruda tenuis & alba; somnus turbulentus. his & vitæ ratione, & alterantibus calidis & humidis, & euacuãtibus est succurrendũ, antè quàm in morbos incidant. Cumulãdę

Pituitæ signa.

verò pituitæ sunt apti, qui iecur, cor & ventriculũ frigidum & humidum habent; ætas senilis & puerilis; victus plenior, potus largior, vita otiosa, somnus largus & profundus: signa sunt, color albicans, liuidus; pulsus paruus, tardus & mollis*; vrina nunc alba tenuis, nũc crassa & turbida: vt plurimũ coaceruatur in capite, ventriculo & intestinis. His cõuenit tenuis victus, alterãtia calida & sicca & pituitã educẽtia: si verò humores sint permixti, permixta etiã habent signa, mixtã quoque requirũt præseruationem. Copiam verò & supellectilem auxiliorum ac eorũ vsum & quantitatem aliquando afferemus breui methodo vti reliqua.

generis qualitatis ad quã est lapsus; vt contingit sæpenumero ab aliqua causa extrinseca: tũ nõ debem⁹ vti omnino similibus; debem⁹ enim aliquid addere quod contrariũ sit illi qualitati excedenti. Est & sciendum quòd corpus animalis tripliciter supponitur permutationi & corruptioni: primò ex contrarietate qualitatũ agentiũ & patientiũ: secundò ex actione caloris innati in humido radicali ex quo assiduè absumitur, & vsq; ad mortẽ infrigidãtur & siccãtur: tertiò ex reb⁹ sex occurrẽtibus necessariò extrinsecus, & intrinsecus alterãtibus. prima quidẽ semper fit actio à cõtrariis; secũda per simile, per cibũ scilicet & potũ, vt reparemus & cõseruemus humidum radicale quod indies absumitur à calore innato: fiet igitur per calidũ et humidũ simile. hoc etiã pacto prohibetur tertia permutatio: ideo dicẽdũ est quòd Gal. semper intelligit præseruatiuã.

CAP.

CAP. XVIII.

De causa vniuersali morbos efficiente.

Quemadmodum Deus Opt. Max. omniū bonorū est author, & creator: ita etiā conseruat ac tuetur & regit ea quæ indies fiunt, per ea quæ fecit. vt enim inquit Plato, cùm Deus vniuersitatem iam adimpleuisset, vim illam seminatricem ac tutricem astris indidit quâ hæc inferiora regerētur: nec dubitare debet quispiam, mundum non esse creatum. patet enim ex incōuenientibus quæ sequerentur si mūdus esset æternus. infinitas enim sequeretur esse reuolutiones præteritas actu

Causæ vniuersalis morborū cognitio.

SED quoniam & præter hęc habenda est etiam ratio causę vniuersalis; eius enim præcognitio plurimū facit ad præseruationē; nam inferiora hæc oriūtur ac cōseruantur à superioribus: & vti hæc inducendæ formæ authoritate ornantur; ita illa subministrandæ tantùm materię inseruiūt. Cælū enim per seipsum mouetur, cęteraq; mouet omnia. inde profluit illa procreandi agēdiq; facultas. generationis enim ac cōseruationis nostræ primordia è cælo ducuntur. Ex variis autē siderū actionibus, varij etiā effectus fiūt, aëris verò ministerio pleraq; in animantibus cōtingunt. Est enim necesse, animal spirare: non enim cælo ac stellis frustra motus est datus: est namq; motus procreationis causa. cùm verò tēpus fluat è motu, sitq; eius obseruatio quædam; nec enim ab initio ad finē absq; medio patet accessus; vti à vere in autumnum nisi per æstatē. Quæ autem gignūtur, constant quatuor elementis; videlicet calido, frigido, humido & sicco: calorē autē & siccitatē, contingere ex accessu

Cælū generationis causa & alterationis; præsertim ministerio aëris.

Quæ cōtingāt ex motu corporū cælestiū.

&

& recessu solis, nemini est dubiũ: vti etiam videmus has rerũ varietates, & vicissitudines, cælorum conuersiones sequi. ob id cõsentaneum est, cùm diuersis tẽporibus varij effectus eueniãt, aliquos esse cæli tractus, & locos ad quos cùm sol & luna, & aliqua stellarũ peruenerit, vel hostilibus, vel amicis radiis aspexerit, tum mirũ in modum locorũ vires augeri; & ob id elementa ex illis permixta variè affici: & vti medicina experimentis quàm plurimis cõstat, ita plurimarum rerũ cognitionem vsus nobis attulit. tales etiã locos & stellas adesse necesse est, quibus huiusmodi vis in nobis ostenditur. qua quidẽ cognitione nihil est vtilius: Futurarum enim rerũ euẽtibus cognitis, cõfirmatur animus ad ferendos casus, si ineuitabiles extiterint; si euitari queant, prouidentia vti poterit. Quãtum autẽ tempestatis futuræ cognitio ad præcauendos morbos facere possit, facilè intelliget sapiens, vt alios omittam, ex vnius Hipp. scriptis: nam & in tertia Aphorismorũ sectione & in libris Epidemiarum, & aliis in locis nos admonere voluit quibus præsidiis sit occurrendũ, antequam temporũ mutationes

Experiẽtia stellarũ effectus nobis indicauit.

Vtilitas astrologicæ prægnitionis.

existentes: & cùm reuolutio vni⁹ sit maior & diuturnior alia; sequeretur infinitum esse mai⁹ alio. ita enim infinitæ sunt reuolutiones Lunæ, vt & Saturni; & plures sunt lunæ præteritæ quã Saturni, & ambæ infinitæ: ergo infinitum esset maius infinito. Præterea si probam⁹ quod est primum in rebus omnib⁹ esse creatum, necessariò etiã erunt creata quæ illud consequũtur: atqui materia prima quæ est subiectũ omnium rerum, est creata: ergo & reliqua. quòd autẽ materia prima sit creata, ita probatur. quòd enim solum derelictũ nihil est, necesse est vt

tationes

tationes morbos pariãt: humana enim corpora externis affectionib⁹ sunt exposita; & cùm morbi plurimi à corruptione fiãt, idq; eueniat tum ex malo corporis, tum aëris & alimentorũ habitu; harũ autem affectionũ principia & causæ à cælo proficiscantur, cuius motibus inferiora hæc corpora subiecta sunt (neq; enim vna est corrũpendi via) quòd si corruptio existit à cęli motibus, media quoq; per quæ corruptio inducitur, inde existent; & (vti Hipp. inquit) assiduis imbribus morbi ferè fiunt, febres lõgæ, fluxiones alui, & reliqua; ita pluuiæ vere & siccitates à siderum cõcursu & orbiculatione fiũt; & præter hæc quę quotidie cõspiciuntur. Quemadmodum ætates nostrę & secula variant; ita etiã variant quodãmodo suis ætatibus ac seculis stellarũ vires, significationes, effectus. cùm enim motus ratio aliter atq; aliter mutetur, licet vna atque eadẽ ipsa sit; & partes ipsæ fines nõ eosdem retineant, verùm stellæ loca mutent sua, & cælũ per partes vndique variet, atq; à seipso in minimis partibus differat: sic nẽpe pro stellarum ipsarum mutationibus, naturis, quandoque vitia, in elemẽtis, in

suũ esse aliũde habeat: sed materia sola derelicta nihil est: ergo habet causam quæ deducat ipsam de non esse ad esse; ergo aliquando creata. nec secus censuit Arist. 2. De generatione, & tricesima sectione problem. & libro De mundo, vbi sæpe & manifestè appellat Deum mundi factorẽ. Auer. etiã primo cæli inquit Arist. dixisse, mũdum genitũ non eo modo generãdi qui per trãsmutationes fit, sed alio longè nobiliori modo. quis autem est is nisi creatio? cùm enim tria sint agentia: vnũ artificiale, quod semper eget pro suis operationibus rebus

Plures sunt corruptionis causę.

Effectus stellarũ variant.

Qua ratione cęlũ variat effectus.

in aëre præſertim & in corporibus fiunt. quæ quidẽ Medicum, quatenus humana induſtria patitur, dignoſcere oportet. eorũ autem breuiſſimã methodum trademus. Pro cõperto habemus, pleroſque morbos qui cõmuniter, & populariter graſſantur, ab aëre infecto proficiſci; aërem verò variè à ſideribus affici. & licet inficiatur etiã à vaporibus & exhalationibus quæ in terra & aquis ſunt: nihilominus ab imo nõ attolluntur, niſi medio ſiderũ motu & lumine. & quoniam mobilis eſt aër, ob id à ventis modò huc, modò illuc non ſolùm impellitur, verũetiam afficitur. & tametſi ventus omnis ſit exhalatio calida & ſicca quę circũ terram mouetur; tamẽ modò frigidus & calidus, modò humidus & ſiccus exiſtit; prout partes fuerint per quas trãſeundo afficitur: ita Auſter calidus, Boreas frigidus. Horum autem perflatu maximè immutatur aër. Flante Auſtro, corpora redduntur debiliora; Aquilone, fortiora: hic enim dẽſat & indurat; ille verò laxat & emollit & corrumpit; alter præſeruat. & ita Ariſ. ſect. 1. quęſt. 24. inquit: Corpora humana ſe tardiora, & debiliora ſentiunt cùm

Methodus præcognoſcendi ſtellarũ effectus.

Quot modis afficiatur aër.

Ventorũ effectus.

naturalibus actu exiſtentibus: aliud agens eſt naturale quod eget ad operationes obeundas propriis principiis materia & forma: & tertiũ agens ſupranaturale quod non eget aliqua re pro ſua actione (alioquin naturale eſſet vel artificiale) ergo ex nihilo creare poteſt, cùm præter illa enumerata nihil aliud ſit. & in creatione aliquid quidem noui additum eſt, quatenus ad nos ſpectat; nõ autẽ quod ad Deum. erant enim illi æquè præſentia vti nunc; perfecit autẽ quando voluit. et cùm ſit ipſamet perfectio, perfectiſſimũ etiã ita mundum creauit, vt

Austri afflant, quia multum tunc redundat humoris, qué deliquescere tepor coëgit, & ex leui afflatu grauis humor citatur: deinde vires nostræ in articulis conditæ austrinis flatibus laxari cősueuerunt; & quæst. 17 Æstas proxima grauis tam febribus quàm lippitudinibus esse solet, si venti septétrionales hiemé occuparunt. Ver autem Austros pluuiasq; exhibet, quia æstas corpora nostra multű humoris alieni cőtinétia excipit: terra fit madida, & locus perhumidus, talisq; redditur, qualis qui grauis perpetuò cőstat. vis enim solis materiá latè obtinet, quam feruescere, tum in corporibus, tű in terra, tum etiá in aëre faciat: qua de causa febres & lippitudines oriuntur. subiűgit deinde: Corpora tam vere quàm æstate laborát, si hiems austrina & pluuiosa fuerit, ver autem aquiloniű est; quia tepor hiemis, & humor, faciunt vt corpora tépori eiusmodi proxima in qualitate reddantur; humida enim & laxa fiant & soluta necesse est. quæ cùm ita se habeant, vere frigido, atq; sicco, facilè possunt cőcrescere, & indurari; & hieme quæ proxima est, dolor capitis, raucitas, tussisq; oriuntur, atque

[Left margin:] perfectiorem creare non potuit nec posset: nã si perfectior à Deo fieri posset, vel processus esset in infinitum, vel tandé procreare posset alterű ex perfectione in qua ipse est cőstitutus: ergo sibi æqualem, ergo alterum Deum: sed hoc fieri nő potest, nisi in personis diuinis. quæ non est creatio sed generatio. Et fortasse Plato in Timæo intellexit de filio non de mũdo, cùm dixit Deum Deum genuisse. Cùm ergo mundus ipse aspectabilis sit, & ideo sensibilis: at quæ sensui subiiciuntur corruptibilia sunt; ergo & generabilia. & cùm nő detur vacuum, necesse fuit vt

[Right margin:] Anni tépestates.

atque in tabem demũ euadunt. si ęstas sicca & aquilonia fuit; autũnus ex aduerso humidus atque austrinus: quia hiems multũ materiæ excipit, itaque humorẽ cogere, atque pituitã inde cõficere, magnum ei negotium est. Ergo difficile est, humorẽ densari, cõstituique inde pituitã: itaque tussim, raucitatem, & tabẽ contrahit. Docet etiam idem Arist. quo pacto mutationes tẽporũ aliquibus prodesse possint. Tunc, inquit, bona valetudo mulieribus, & omnibus pituita abundantibus cõtingit, si sicca æstas, siccusq; autũnus habuerint aquilones; quia natura mulierum & pituitosorũ in alterã exuperat partem; itaque tẽpus in partem trahẽdo contrariã, ad medium habitũ bonumq; perducit. Est verò, inquit, pernitiosus autumnus omnibus, & pueris præsertim, si post hiemẽ aquiloniã, & ver austrinum, ac pluuium, æstas sicca admodum fuit: quia omnibus eo tẽpore difficultates intestinorum fiunt, longæque febres quartanę euenire solent. hiems quoq; cõsequitur grauis, si æstas & autũnus calores & austros habuerint; quòd hiems corpora præhumida excipit: mutatio etiã ingens occurrit;

Quando mutationes temporum prosint.

cõtigua essent cum istis inferioribus, vt & virtus superiorum in hac inferiora flueret. ita enim ordine à Deo constituta sunt omnia quẽ ordinem futurum in principio creationis ostẽdit cùm enim in instãti creare potuisset vniuersũ (operationes enim Dei non egẽt tempore) nihilominus, vt rebus omnibus ordinẽ futurum indicaret (hic autẽ numero efficitur) spatio sex dierum mundũ absoluit. nec mirũ, si talẽ numerum elegerit, cùm sit prim⁹ numerus perfectus: Senarius enim numerus ideo est perfect⁹, quia omnes partes habet sibi æquales; quod

currit; non enim paulatim, ſed repẽte ex calore immodico ad frigoris acerbitatem venit, quando Autumnus tepidus quoq; extitit. Ideò etiã ſcribitur à Ptolomæo quinto ſui Centiloquij, Medicus peritiæ aſtrorũ motus haud ignarus multa mala prohibere poterit, cùm eorum naturã præſciuerit. Horũ autẽ euentuum ſignificationis, maximam partem ſibi vendicant planetarũ aſpectus, ſicuti & luminarium cõiunctiones, & oppoſitiones, eclipſes, ſtellę crinitæ, & reliquę impreſſiones quę in ſublimi fiunt. Proinde planetæ qualis naturę fuerint, & in quo ſigno exiſtũt, & qualis fuerit irradiatio inter ipſos; tales etiã effectus prodibunt. Sol itaq; ſui natura calidus & ſiccus: luna verò frigidior, & humidior; Saturnus verò frigidus & ſiccus; & Iuppiter tẽperatus ad calidũ vergens; Mars calidus & ſiccus impensè; Venus calida & humida; Mercurius promiſcuæ naturæ; quibus enim copulatur, coagit. Aſpectus amicitiæ ſunt, trinus & ſextilis; inimicitiæ verò, oppoſitus & quadratus. Itẽ Aries, leo, ſagittarius, ſigna ſunt calida & ſicca: Taurus, virgo, capricornus, frigida & ſicca: Gemini, libra, & aquarius, calida

non contingit alteri numero infra decimũ, & infra cẽteſimum vigeſimo octauo: horũ .n. partes ſi diuidãtur, toti ſunt æquales, nec eſt exceſſus aut defectus. Hoc igitur ordine inchoauit & perfecit; & illud principiũ fuit inſtãs tẽporis futuri tantùm, non autẽ terminus præteriti, non enim tempus adhuc erat, et ideo principiũ quidẽ & non finis; non eſſe non eſt finis et terminus niſi earum rerum quæ ſunt. Cùm autem hominẽ diuinæ naturæ participẽ effeciſſet, nõ eſt mirum ſi etiam quàm plurima diuina, quatenus humanus intellectus in hoc corporis erga-

Medicũ Aſtrologiæ peritum eſſe oportet.

Solis tẽperies Lunæ.

Saturni.

Iouis.

Martis.

Veneris.

Mercurij.

Aſpectuũ natura.

Signorũ natura.

calida & humida: Cancer, ſcorpio, & piſces frigida & humida. Eſt itaque ſciendũ, quoties mũtatio temporis fit ratione lunæ, quoniam cum planetis exiguam morã trahit, debilis exiſtit: ſicuti dum ſuperiores planetæ mutuò coeunt, aut ſe mutuò aſpiciunt, quia diuturnioris cohabitationis exiſtunt, magis fixos ac ſtabiles, ac magis diuturnos & efficaciores produnt effectus ſuos. ſcire autẽ oportet, quoties eodẽ die duæ fuerint cum luna coniunctiones aut oppoſitiones, mutationẽ aëris cõtingere maiorẽ, tam in oppoſitione quàm in cõiunctione; vis tamen coniunctionis præſtat oppoſitione. Quoties autem Saturnus Ioui iungitur, ſignificat accidentia magna; vti diluuia, terræmotus, ventos, cometas, & alias igneas impreſſiones. Quoties verò cõiunguntur, vel opponuntur, aut quadratè ſe aſpiciunt Mars & Saturnus; prodire tum corruptũ, peſtilentemq́; aërem, nebulas, nubes, obſcuritatem, tenebras, & tẽpeſtates, cõpertum eſt. Coniunctus verò cum Sole Saturnus, aut oppoſitus, vel quadratè aſpiciens, frigus cum nubibus, obſcuritatemq́; aëris prodit. Cùm Venere, tenebroſos ventos.

Lunæ effectus.

Saturni cum aliis aſpectus.

ſtulo contentus, aſsequi poteſt: quemadmodũ colligimus ex his quæ nuper dicturi ſumus de aſtrorum influentiis. Quòd autem calũ ſit cauſa generabilium & corruptibiliũ, ſic probatur. 1. ex ſententia Ariſ. ſol atq; homo hominẽ generat: deinde, alterans inalterabile eſt cauſa omnis alterationis. vti enim omnis motus reducitur ad mouẽs immobile quod eſt prima cauſa omnis motus; ſic omnis alteratio reducitur ad alterans inalterabile, quod eſt calũ & cauſa omnis alterationis. nõ enim eſt intelligentia alterans inalterabile, quia nõ mouet im-

ventos. Cum luna, subobscuram frigiditatem. Iuppiter verò si Marti iungatur, incendia, tonitrua, coruscationes facit: si Soli aëris temperiē, si Veneri, pluuiā, minimè tamē intemperatam: cum Mercurio pluuias & ventos: cum Luna obscuritatem temperatā. Mars cū Sole si fuerit coniunctus, calorem aiunt prodire, incendia, tonitrua, coruscationes, ventos: cùm Venere, pluuias: cum Mercurio, fortiores ventos, tonitrua, coruscationes, aëris instabilitatem: cum Luna, ventum debiliter flantem & calidū. Sol si Veneri copuletur, pluuias: si Mercurio, ventos, pluuias, tonitrua, aëris varietatē. Veneris cum Mercurio cōiunctio, inundationem & flatus: cū Luna, pluuiam imminentem. Mercurius verò cū Luna, ventos & aëris instabilitatem. Ex his prudens Medicus astrologiæque peritus facilè dignoscere poterit, quænam anni futura sit cōstitutio; & ante omnia perpendere debet introitum Solis in arietem, & erecta figura eo tēpore, inspiciat quomodo se habeat dominus sextæ domus, quæ quidem est domus infirmitatū: nam si sit impeditus, erūt quàm plurimæ infirmitates iuxta sui

mediatè ad formam. & hac ratione cælum non agit ratione influxionis ab intelligētia, nec etiam ratione motus: quod sic probatur: nā motus localis non est necessarius in generabilibus & corruptibilibus ad hoc ut agant, ut apparet in magnete, cuius motus localis non alterat ferrū: ita etiā in cælo ut agat nō est necessarius motus localis: sed quia ad actionē requiritur quod agens & passum sint approximata, quo facto necessariò sequitur actio, nisi sit aliud impedimentū: ideo si aliqua actio sit de nouo futura, oportet ut actiuū de nouo sit passiuo approxi-

Iouis cū aliis planetis aspectus.

Martis cum aliis aspectus.

Solis cū aliis aspectus.

Veneris cum aliis aspectus.

Mercurij aspectus.

Dignotio anni constitutionis

ſui naturam ſigni. & præter id conſiderandum eſt, quem aſpectũ habeat dominus ſextæ cum domino domus mortis. & in introitu ſolis in arietem, videndum eſt an aliqua ex cõiunctionibus luminarium ſit in octaua domo: tunc enim deterior erit annus. idem etiam cõtingit, ſi in octaua domo, ſeu in ſexta fiat aliqua luminariũ eclipſis, nec non aliquis ex Maleficis planetis ibi reperiatur. Cur autẽ morbus ſæpe fiat in vno loco, & minimè in alio, reddunt rationem phyſici id contingere, quia regiones & oppida variis quadrangulis & ſignis ſunt ſubiecta. inſpiciendæ autem ſunt magnę cõiunctiones: ſi enim fiant in triplicitate aquea, indicant pluuias fore multas, quas cõſequitur putrefactio, quæ quandoque

Introitus ſolis in arietẽ.

Cur morbi fiant in vno loco & non in alio.

Quo pacto dignoſcantur anni tẽpeſtates futuræ.

matum. hæc autẽ approximatio fit per motũ localem; & ideo motus localis præexigitur ad nouitatẽ actionũ: & ob hãc rationẽ dixit Ariſt. 8. phyſ. quòd mot⁹ localis eſt primus omnium motuum, requiritur etiã ad mutationẽ actionũ. nam idem manens idẽ, natum eſt facere idẽ, vt 2. De generatione. nam ſi cælũ non moueretur, ſol & aſtra quæ eodẽ modo ſemper ſe haberent ad determinatas partes terræ, ſemper idem facerent, nec eſſet in eadem parte mutatio diei ac noctis, caloris & frigoris, æſtatis & hiemis: ex quo Ariſt. 2. De generat. arbitratur motũ circuli obliqui eſſe cauſam mutationis generationis & corruptionis; quia adducit & abducit generans. & ſic patet quòd motus localis non eſt ratio agendi in alterũ, nec coexigitur ad actionem niſi propter nouitatẽ vel mutationem. fortè igitur poſſumus aſſerere, quòd in cælo licet non ſit viuens, ſit virtus generatiua viuentium: non quia motum ab intelligentia, nec quia ſit illi virtus infuſa ab aliqua intelligentia creata; ſed quia productũ eſt à Deo tanquã ſemen omnium generabiliũ & corruptibilium. & ſic cælum agit in virtute Dei, ad productionẽ viuentiũ; ſicuti ſemen equi ad productionem equi generantis ad producendum equũ; vt idem etiã ſuperius notauimus. Eſt tamen ſciendum quòd cælũ non eſt cauſa animæ quatenus ad eſſe: ideò nec facultatẽ habet in liberũ arbitrium, niſi quia eſt remouens prohibens. vti enim vires ſenſitiuæ ligantur vel

bluuntur à somno, & à morbo, & per contrariã alteratione; hæc autẽ alteratio fieri potest à corporibus cælestibus; ex alteratione aliquid potest videri magis & minus bonũ. hæc autẽ omnia perfectè solus Deus cognoscit: in quo, quia perfectus est, nec sapientia potest habere terminũ, nec fortitudo mensurã. & licet opera ipsius oculis videãtur, nihilominus quo pacto illa fecerit, ne mente quidem concipere possimus. quia (vt inquit Hermes) mortale immortali, tẽporale perpetuo, corruptibile incorrupto propinquare non potest, & intelligentia subsequi. & ideo terrenũ adhuc animal rerũ cælestium perfectionẽ nõ capit, quia corporali quasi custodia septũ tenetur, quo minus soluto ac libero sensu cernat. Sciat igitur quàm ineptè faciat, qui res mirabiles quærit. hoc est enim modum conditionis suæ transgredi, nec intelligere quousque homini liceat accedere. Denique cùm aperiret homini veritatẽ Deus, ea sola scire nos voluit, quæ intersunt hominis scire ad vitã cõsequendã: quæ verò ad curiosam & prophanam cupiditatẽ pertinebant, reticuit, vt arcana essent. quid ergo quæris quæ nec potes scire, nec si scias beatior fias? perfecta est in homine sapientia, si & Deum esse vnũ, & ab ipso esse facta vniuersa cognoscat. nihilominus homo etsi in eo nihil perfectũ sit, plus tamen efficit ratione quàm vires eius exiguæ patiãtur. ideo scit homo, quòd Deus omniũ effectionum est causa mediata vel immediata, & quòd est causa libera, nec necessariò quidquã agit; et si dicãt aliqui Deũ necessariò producere, cùm omne futurũ Deus scit necessariò producendum. sed hoc est falsum; quia non omne futurũ est necessariò producendũ; ideo nec Deus scit omne futurũ necessariò producendũ; quia primũ est contingens. omnis enim productio ab extra, potest cessare. Videtur etiã quòd Deus nõ sit causa immediata, quia agit medio causarum secundarũ: nihilominus, cùm eis nõ dicitur Deus mediatè agere, nec causæ secundæ frustra sunt, cùm sit agens voluntariũ non necessarium: & tametsi esset agens necessariũ, adhuc ageret immediatè. est enim Deus tale agens, quod potest esse causa totalis effectus, sine quocunque alio: quia tamen Deus sic res administrat, vt eas motus proprios habere sinat, ideo nõ vult totum solus producere, sed coagit cum causis secundis tanquam causa partialis, licet sit magis præcipuus, ita vt sit causa immediata omnium quando agit cum causis secundis, sicuti quando agit sine illis. nec propter hoc sunt superfluæ causæ secundæ, quia Deus non agit secundùm totã potentiam suam in qualibet actione. nec arguendũ est, quòd actio Dei est eadem cum actione causarum secundarũ vel diuersa ex termino; & cùm hic sit idẽ terminus, ergo & eadẽ actio: si diuersa, aut Deus attingit totum effectum, aut simul attingit cum causa secunda. quodcunque horũ contigerit, causa secunda erit superflua. hoc autẽ non est verum, sicut patet de forti & debili idẽ pondus ferẽtibus: fortis enim fert prius prioritate perfectionis. et si respiciamus effectum,

eadem

eadem potest esse actio; sicut idem effectus, si respiciamus obiectum. sicut sunt diuersa agentia, possunt esse diuersæ actiones: si ad respectum, qui ponit tales respectus, tunc sunt diuersæ actiones, sicut diuersa fundamenta. & si Deus comparetur ad intelligentias, tunc est causa efficiens earũ: si autẽ comparetur ad alia quæ Deus producit sicut causa partialis cum intelligentiis: sic licet sit causa efficiẽs respectu illorũ productorum ab intelligentiis immediatè concurrens, mouet tamen intelligẽtias ad producendum illos effectus partialiter cum eo sicut amatũ: quia intelligentiæ causant alia propter Deum tanquam propter finẽ: & sic dicitur mouere alia agentia secunda, sicut amatum: quia omnia ordinantur ad ipsum tanquam ad finẽ. Est itaque Deus respectu eiusdem effectus causa efficiens partialis, & causa finalis, propter amorẽ & desiderium quæ intelligentias mouent; licet desideriũ videatur nõ adesse, cùm sit eorum quæ non habẽtur: & sic etiam secundùm Phil. Deus est causa omniũ. quod sic potest probari. nullus enim negat quòd Intelligẽtiæ dependeant à Deo. hoc autem contingit, vel ratione causæ efficientis, & sic habetur propositum; vel ratione causæ finalis, & sic in idẽ incidit: nam ratione cuiuscunque causæ finalis est aliqua causa efficiens. ratio enim causæ finalis est mouere efficiẽs ad causandum: si igitur dependẽt à Deo tanquã à causa finali, oportet vt ab aliquo sint effectiuè: non possunt igitur effici ab alio quàm à Deo. his autem rationem tradidit quæ in hæc inferiora mortalia agerent.

Signa pestis futuræ.

pestis causa esse potest: vt enim inquit Aristoteles sect. 1. quæst. 21. Annus pestilens tũc euadit, cùm sol multum vaporis de terra excitat: quia necesse est vt tunc annus significetur humidus, & pluuius, & terra madescat, corporaque multis excrementis redundent. hic in æstate ægrotandi materiam habent. deinde subiungit: Annus est tunc grauis, cùm copia pusillarum ranarum rubrarum existit; quia ranæ cùm natura sint humidæ, pluuiũ annum indicant: qui quidẽ est grauis; corpora

Vt peste aliquis afficiatur, quatuor concurrunt: fortitudo agentis, dispositio patientis (actus enim agentium incidunt in materiam dispositam) contactus & mora. non enim omnes homines afficiuntur à mutatione substãtiæ aëris: corpora

enim euchyma resistunt putredini aëris, & eam resoluunt antequam alterẽtur ab ea. cõtingit tamen aliquando adeò validũ esse agens, vt in materiam agat, tametsi non sit disposita: eam enim sensim disponit, vt tandẽ formam inducat. Corpora verò quæ magis huic affectioni sunt apta, suntque à natura contraxerunt in membris præcipuis imbecillitatem, & rara sunt textura, humida & calida. Causæ verò agentes aliæ sunt vniuersales & remotæ: & hæ à variis siderum actionibus fiunt, nec non ab aliqua putredine in visceribus terræ

corpora enim præhumida excrementis scatent. quamobrem etsi (vt superiùs diximus) astra, & elementa ex illis permixta afficiant, non ita tamen suis actionibus in hisce inferioribus necessitatem inducunt, vt hominis prudentia aliqua ex parte eorum vires superare, ac effectus euitare non possit. Cognita enim anni tempestate futura, sciet Medicus vtique illos præcipuè affici, qui cũ ea aliquã habuerint symboleitatẽ: hi igitur contrariis sunt iuuandi; vti euacuantibus, vbi copia materiæ affuerit; alterantibus & corroborantibus per membra præcipua, ne ita facilè impressiones cælitus immissas suscipiant. si verò corruptio in tota substantia aëris futura est, his etiã erit succurrendum alexipharmacis, & aërem corrigentibus. & sicuti caliditas & humiditas sunt principia corruptionis; ita frigida & sicca præseruare poterunt: & ita aut morbus omnino tolletur, aut saltem temperabitur. & vti olim Athenienses nemorum conflagratione à pestilentia liberati fuere (quam ob causam iure Hippocrates Diui nomen adeptus est) ita etiam futuram pestem præscientes, faciliùs eam

Hominis prudentia euitare potest astrorũ influxus.

Quibus euitandi sunt praui cælorum influxus.

eam arcere poterunt. maior enim in-
est difficultas contractum iam mor-
bum, quàm imminentem pellere; &
sæpenumero corrigi potest aëris infe-
ctio, & infecti aëris vsus, vti & homi-
num peste laborantium familiaritas.
inquit enim Aristoteles 1. pro. sect.

Cur pestis omnibus sit cõmunis

quæst. 17. Solus morbus pestilens ex
omnibus vitiis, eos qui ad laborantes
eo morbo propè accesserint, inficit;
propterea quòd is solùm omniũ mor-
borum communis est omnibus ho-
minibus; hinc pestem omnibus infert
qui sunt deprauati habitus: nec mirũ;
tales enim iam in morbum sunt pro-
cliues; ob id ij præcipuè sunt præca-
uendi, his præcipuè quæ putredinem
amouendi manifestas qualitates obti-

Quo pacto pesti succurrendum,

nent, necnon illis quæ à tota substan-
tia seu occultis proprietatibus condu-
cere possunt; habita semper ratione &
propriæ temperaturæ, & causæ vni-
uersalis, videlicet cælestis influentiæ;
ac inter eas diligenti collatione facta,
vnicuique, prout res exigit, contrariis
occurrere poterit: & ita haud inutilis
erit præsciendi scientia, dũmodo eam
& rectè calleat Medicus, ac ea, prout
Christianum decet, vtatur. non enim

contenta, nobis quidem ignota: causæ vero particulares & propinquæ sunt quæ fiunt in aëre corruptiones sensibiles, ut à vẽtis præcipuè australibus, ex apertione cauernarum: Aër enim cõstrictus qui euentari non possit, facilè putrescit. præterea ex lacunis putridis, ex herbis, & reliquis rebus; ut animalibus, & hominibus ut contingit in bello, quorum corpora putrescentia inficiunt aërem & aquam: & omnia elemẽta præter ignẽ qui nunquam putrescit. Contingit autem mutatio in ipso aëre, ut superius diximus, vel secundùm eius qualitates, vel secũdùm eius substantiam. sed hæc perfici nõ potest, nisi

nisi & secundùm qualitates mutetur, cùm omnis actio fiat à qualitate. cùm autem ad eam mutationem deuenerit, vt propriã formam corrumpat, ea malitia pestis dicitur; quæ nihil aliud est nisi corruptio aëris ad maximam putredinem in eius substantia & qualitate. dicitur autem morbus communis: est tamen morbus communis duplex: alter quidem consuetus & cognitus, endemicus dictus quasi à propriis locis internis originem ducens; vel ratione loci, propter aquam vel ventum, vel terram: vt videmus apud Montanos Allobroges botium illis familiare esse: & alter communis morbus epidemialis dictus, ab extra eueniens, ad differentiam illius qui consurgit ex loco, vt endemicus, à quo differt; & quia hic sensim, epidemius verò de repentè fit. hoc enim etiam habet commune cum peste, quam aliqui etiam reponuut sub epidemiali, cùm tamen pestilentia aliquid generalius obtineat. est enim (vt inquit Aristoteles) pestilentia sola ægritudo omnibus communis; licet in hac etiam varij exprimantur characteres suæ malignitatis; vt carbunculi, variolæ, morbilli, fluor alui & similia.

† *Iudicium enim Astrologorum de futuris particularibus deficit in multis, & præsertim in bus quæ ad liberum arbitrium pertinent. & licet aliqui prædicant, hoc contingit tãtùm ad homines illos qui sequuntur sensum appetit⁹, in quem corpus cæleste impressit, & cuius medio oblatum est intellectui & voluntati suum obiectũ*

vanitate superstitiosa detineri debet, nec †astrologicis prædictionibus tanta fides est adhibẽda, vt in astrologorum verba iuret: sed pro comperto habendum est, hæc inferiora, Dei iussu, à superioribus regi. harum enim rerum generationis & conseruationis causæ sunt effectrices superiora; vna tantùm anima rationali excepta, quæ immediatè Deo Optimo Maximo ortus sui & conseruationis causam acceptam refert. ob id mirum esse non debet, cùm quodammodo sit auræ diuinæ particula, si cælestibus influentiis obsistere potest, prudentia, ac sapientia quasi diuina imbuta: dummodo qualis sit, & vnde originẽ ducat perpetuò memoria teneat, nec terrenis hisce sensibus

UNIVERSITATII ... BIBLIOTECA

ſenſibus ſe ſubiiciat, ex domina ancillam ſe faciens, & ex cæleſti terream; genitorem & Dominum relinquens, ſathanæ ac mundo adhærens : qui enim hæc non intelligit, & cuſtodit, proculdubio cæleſtes influxus euitare non poterit.

ſub ratione boni vel melioris; tamen intellectus poteſt rectè de eo iudicare, & voluntas liberè reiicere; ut faciunt viri boni & virtute præditi: ex quo dicunt Aſtrologi quòd vir ſapiens dominabitur aſtris. non enim poteſt cælum eſſe cauſa diſcreta alicuius actionis animæ directè, ſed indirectè quidem, quatenus diſponit corpus ad oblationem obiecti.

APPROBATIO.

Opus iſtud Medicum nihil habet contra fidem Catholicam aut bonos mores, quo minus poſſit imprimi & in lucem emitti. Quod teſtor infra ſcriptus manu propria. Datum Antverpiæ hac 12. Ianuarij, Anno à Chriſto nato 1588.

Michaël Hetſroey Breugel, Sacræ Theologiæ Licentiatus, & Cathedralis Eccleſiæ B. Mariæ Antverpienſis Canonicus.

AVCTOR AD LECTOREM.

SCIO *futuros aliquos qui acta me egisse dicant, ac eadem quæ ab aliis dicta fuêre, in librum meum transtulisse. Fateor equidem me illis quàm plurima debere; nihil enim dictum quod non priùs dictum sit: si quis tamen ordinem, compendiosam methodum, ac plurimarum rerum varietatem candidè perspiciat, non inutilem fuisse laborem cognoscet. Quæ verò aduersus aliquorum sententias dicta sunt; id sciãt factum esse non eos redarguendi studio, sed inuestigandæ veritatis gratia: quam quidem semper profitemur. Eorum verò quæ cõtraria inter se videntur, apud viros doctos & probos facilis erit causæ inuestigatio. Vbi verò aliquid vel perperam vel minus absolutum reperiatur in hisce scriptis, rogo vt mihi condonent; & sciant inter arma Germaniæ Inferioris ac quasi in castris pleraque conscripta fuisse, ac typis cudenda tradita. Pollicemur verò maiori diligentia nos breui edituros Vsum & exercitium totius Medicinæ formæ. Vale.*

CAROLO WITTESTEYN, SERENISSIMI PARMÆ ET PLACENTIAE DVCIS, TOTIVSQ. BELGII PROREGIS, DOCTORI MEDICO CHRISTOPHORVS PLANTINVS S.

PRINCIPES viri, Doctor clarissime, non ita semper adficiuntur assiduis salutantium magnatum obsequiis, & quotidianis comitantium eorum officiis; quin interdum etiam festis adclamantis popelli vocibus delectentur: simile à te, sed in absimili re, fiat desidero. Cùm enim eximia tua virtus & excellens doctrina maiores doctioresq; quàm nostras laudes promereantur, atque indies etiam consequantur: spero nihilominus, imò confido, nõ ingratum fore tibi, si qualecumque hoc meæ erga te summæ obseruantiæ monumẽtum Veræ tuæ totius Medicinæ formæ subnectatur. reuera autẽ veræ. nam licet quidẽ Medicarum disciplinarum rudis & imperitus sim; adeò tamen me mouit & commouit concinna ista methodus, & polita totius enarrationis series, atque erudita vniuersæ artis explicatio, tam elegãs, inquam, tamq; apta & aperta tot variarum amplæ vestræ artis traditionũ epitome; vt prædicare non verear primum te vidisse viam ad Medicinam sine solita confusione discendam ac docendam; medicamenta quæuis conuenienti mixtione temperanda; morborum causas indagandas; ægros deniq; (qui totius artis finis) probè probæ restituendos sanitati. Sine adfectu loquor, ac testimonij mei testis erit sufficiens liber tuus: qui vnumquemque proculdubio tãtopere in admirationẽ rapiet, vt nemo futurus sit qui nõ protinus vt legerit exclamet; Doctorem Carolum docendo rem Medicam restituisse. Cui voci iure meritoque adplaudo

Christophorus Plantinus.

INDEX CAPITVM.

CAP. I.

De Medicinæ inuentione & constitutione. Pag. 1.

CAP. 2.

De Elementis. 30.

CAP. 3.

De temperamentis & partibus. 47.

CAP. 4.

De sanitate. 97.

CAP. 5.

De auxiliorum vsu. 120.

CAP. 6.

De inuestiganda ratione medicamentorum, & eorum temperamenti. 149.

CAP. 7.

Methodi Therapeuticæ inuestigatio. 176.

CAP. 8.

De febribus. 187.

CAP. 9.

De morbo instrumentali. 202.

CAP. 10.

De vnitatis solutione. 204.

CAP. 11.

De morborum causis. 206.

CAP. 12.

De symptomatibus. 210.

CAP. 13.

De partium affectibus. 219.

CAP. 14.

De præsagiis. 252.

CAP. 15.

De Medicinæ partibus & earum vsu. 282.

CAP. 16.

De præceptis artis Medicæ communibus. 331.

CAP. 17.

De Resumptiua quam vocant & Preseruatiua. 346.

CAP. 18.

De causa vniuersali morbos efficiente. 352.

a 4 RERVM

RERVM MEMORABILIVM
INDEX.

t. indicat textum, a. annotationes.

ABORTVS causæ a. pag. 249
Abscessus quid a. 318. & 319. & eius differentiæ, ibid. & causæ, ibid.
de Aceto. a. 140
Actiones quæ sint, & quot sint, & quomodo fiant. a. 61
Actio tribus modis læditur. t. 212
Actio vitalis quæ. t. 212
Actus & potentia quid sint. t. 48. & a. ibid.
Actu tale, quid sit, & tale potentia. t. 122
Adolescens quomodo sit educandus. a. 104, 105
Ægylops quid. a. 231
Æqualitas quid sit, quomodo intelligatur, & quot modis a. 53 & 54
Aëris natura quid sit, eius differentiæ. t. a. 106, 107
Aër quot modis afficiatur. t. 355
Æsculapius primus Medicinam docuit. t. 1
Quis fuerit. a. ibid.
Ætas quid. a. 324, & 325
Eius diuisio. ibid. & t.
Affectus complicati qui, & plures cōsiderationes. t. 328, & 329
Agriculturæ scriptores qui. t. 116
Alexipharmaca quæ t. 162
Alimenti varietas secundum speciem t. 132.
Alimentorum facultates ex quibus dignoscantur. t. 134
Alimentum humidum & siccū quid efficiant. t. 132
Alimentum quid, & quot modis dicatur. t. 129, 130. & a. 110, 111
Alteratio & corruptio quomodo differant à putrefactione. a. 194
Alui cita deiectio à quo. a. 242
Alui cruenta deiectio vel purulenta vnde. a. 243
Amara omnia an sint calida. a. 158
Anasarca quid. a. 240
Aneurisma quid. a. 317
Angina quid sit, & eius differentiæ. a. 233
Ani affectus qui. a. 243
Animæ facultates quæ sint. t. a. 68
Animæ potentiæ quæ sint t. 83
Animæ sedes vbi præcipuè sedem habeat. t. & a. 67
Animalis vis triplex. t. 211
Animi accidentia quæ & quot sint, & omniū definitiones ac effectus. t. a. 108, 109
Anni tempestates. t. 356
Aphtæ quæ dicantur. a. 232
Apoplexia quid. a. 228
Arithmetica quid. a. 180
de Aromatibus. a. 140
Ars est à finis notione. t. 10
Ars Medica quibus fulciatur. t. 12
Ars quid sit. a. 8
Artes vnde sumant principia. a. 179
Artuum affectus. a. 250.
Ascites quid. a. 240
Asclepiades primus Methodicus. t. 2
Asthma quid, & eius differētiæ. a. 233
Astra quomodo agant in hæc inferiora. t. 30. & a. ibid.
Astrologia Medico conuenit. t. 358
Astrologiæ vtilitas. t. 353
Astrologorum iudicium de futuris quid sit. t. & a. 366, & 367
Astrorum influxus quomodo euitentur. t. 364
Atræ bilis affectus. a. 239
Atrophia quid, & eius differentiæ. a. 240
Auctio an sit generatio. a. 82
Auditus grauis quomodo fiat. a. 231
Augmenti & generationis an eadem sit facultas. a. 82
Augmentum morbi quid. t. 256
Augmentum quid sit. t. & a. 81
Augmentum quot modis dicatur, & ad quæ pertineat. a. 83
Auium differentiæ iuxta species & partes. a. 135, 136, 137

in Aure fluctuatio, & quomodo fiat. a. 231
Auris dolor. a. ibid.
Auris phlegmone. a. ibid.
Auxiliorum vsus quis sit. t. 120

B.

Biliosi humores an sint concoquendi. t. 343.
Bilis signa. t. 350

C.

Cachexia quid. a. 240
Cæcitas quæ. a. 230
Cælestium corporum effectus, & quomodo. a. 18
ex Cælestium corporum motu quæ contingant. t. 352
Cælum an sit causa generabilium vel corruptibilium. a. 359. & 360
Cælum causa vniuersalis, & quarum rerum. t. 14. & a. ibid. & 15
Cælum non est causa animæ. a. 361
Cælum quomodo generationis causa t. 352.
Cælum quomodo sit causa vniuersalis, & quomodo generet. t. 26. a. ib.
Calidum, frigidum, humidum & siccum quot modis dicantur. t. 49
Caligo quid. a. 230
Callus quid. a. 318
de Calore innato variæ opiniones. a. 59. & 60.
Calor innatus an sit maior in pueris an in iuuenibus. a. 326, & 327
Calor innatus quis sit. t. 59, & 60
an Calor naturalis præter naturã sub vna forma contineatur in animali viuente. a. 189
Cancer quid. a. 317
Capitis affectus qui sint. a. 220, & 221
Carbunculus quid. a. 316
Carnium differentiæ a. 129, 130. 131 & 132. tum à modo coquendi, tũ à specie, tum ab ætate, tum à partibus. a. ibid.
Causa agens non semper præcedit effectum suum. a. 23
Causa efficiens triplex. t. 206
Causæ internæ quæ. t. 207
Causarum descriptio iuxta Plat. a. 206, 207.
Causarum diuisio. t. 23
Causarum diuisio alia. a. 207
Causarum diuisio & effectus secundùm Medicos, præsertim in his quæ ad morbum attinent. a. 208, 209
Causarum morbi ablatio vnde. t. 289
Causa quid sit secundùm Medicos. a. 208
Causa vniuersalis morbos efficiens. t. 352
Causa vniuersalis quot modis accipiatur. a. 26
Chiron centaurus herbarum vires inuenit. a. 2
Cholera quid. a. 237
Chyli transmutatio in sanguinem quomodo fiat. t. 76
Cibi & potus consideratio. t. a. 110
Cibi materia quid sit, & eius effectus t. a. 111
Cibi præparationis varietas quid præstet. t. 133, & 134
Cibi praui succi & pingues quid faciant. t. 133
Cibi qui sint maximè familiares. t. 130.
Ciborum proprietas quæ. t. a. 112
Ciborum temperaturæ cognitionis vtilitas. t. 123
Ciborum varietas homini tantùm inest. a. 113
Cibus an trãseat in naturam propriã & veram animalis à quo sumitur. a. 112, 113.
Cibus & potus quare necessaria t. 113
Cibus homini primus quis fuerit. a. 114
Cibus mollis & friabilis quid faciant. t. 133
Cicatrix quomodo inducatur. t. 301
Cœliaca passio vnde. a. 242
Coitus impotentia. a. 245
Colores vnde sumant nomen. a. 276
de Colore quid sentiat Plato. a. 274
de Colore quid senserit Aristot. ibid.
de Colore quid sentiat Theophrastus a. 276
Coloris affectus qui. a. 277
Colorum mutatio vnde. a. ibid.
Colorum varietas vnde, ex Platone. a. 275.
Comparatio quot modis fiat. t. & a. 50. 51.

Compositionis diuisio. a. 9
Compositionis effectus. t. 10, & a. 10
Compositio quid. t. 9
Concoctio duplex. t. 273. 338, 339
in Concoctione ordo naturæ. t. 339
Concoctionis differentiæ. t. 340
Concoctio quando non est exspectanda. t. 342
Concoctio quid. t. 339
Concoctio quid præstet. t. 342
de Condimentis. a. 159
Condyloma quid. 243
Conseruatio dupliciter. a. 349
Consuetudo quid. t. & a. 324
Contraria quot modis dicantur. t. & a. 331, & 332
Contrarium secūdùm Medicos quot modis dicatur. a. 288, & 289
Contrarium quomodo intelligi debet. a. 291
Contrarium quot modis dicatur. a. 286, & 287
Conuulsio seu spasmus quid. a. 229
Cordis affectus. a. 235, 236
Cordis operationes quæ, & motus. t. 70. & a. ibid.
Cordis palpitatio quid. a. 236
in Corpore nostro semper sunt quatuor quæ vix discerni possunt. t. 207.
in Corpore quot sint præter naturam. t. 209
Corporis compositio quæ. t. 16
Corpúsne detur neutrum. a. 99, 100
Corpus sanum & ægrum quid. t. 13 & 14, & a. ibid.
Corpus quot modis permutetur. a. 351
Corruptio & alteratio quomodo differant à putrefactione. a. 194
Corruptionis plures causæ. t. 354
Corruptionis vera ratio quæ. a. 103
Crisim quæ præcedant. t. a. 261
Crisis nomen vnde. a. 259
Crisis qualis sit futura. t. a. 262, 263
Crisis quid. a. 259
Crisis quot modis fiat. a. 260, & 261
Crisis semper in statu. t. 260
Criticorum dierum ratio. a. 261
Cruditas quid. a. 217
Curatio an fiat per contraria. a. 285
Curationis differentiæ & venæ & arteriæ. t. 305. In parte intrinseca vel extrinseca. t. 306
Curatio per quæ fiat. a. 284
Curatio quomodo fiat per contraria. a. 289, & 290.
Cynicus spasmus quid. a. 232
Cystis fellis affectus. a. 239

D.

in Declinatione morbi vniuersali an contingat aliquem mori. a. 254, & 255.
Definitionis diuisio. a. 9
Definitionis effectus. t. 10, & a. 10
Definitio quid. t. 9
Dei cognitio quomodo habeatur, & non habeatur. a. 17
Deiectio tarda quos morbos pariat. a. 241
Dei operatio secundùm Platonem. a. 352, & 353
Decretoriorum dierum causæ & ratio. a. 257, & 258.
Deiectionum omnium rationes & signa. a. 268, 269, 270.
Deiectionum prognostica. a. 267
Dentes quomodo afficiantur. a. 232
Deriuatio quid. t. 335
Desipientiæ ordines & differentiæ. a. 222
Destillatio seu catarrhus quid, & eius differentiæ. a. 229
Deus an sit causa efficiens & finalis omnium. a. 363
Deus an sit causa immediata omniū. a. 362
Deus prima causa, deinde corpora cælestia. t. 17
Diabetes quid. a. 246
Dialectica & Rethorica Medico necessariæ. a. 180
Diaphragmatis vitia quæ. a. 235
Diarrhœa quid. a. 242
Diastole quid sit. t. 70
Dignitas quæ morbi. t. 329
ad Disciplinas parandas instrumenta duo. t. 283
Dogmaticæ dignitas. t. 3
Dogmaticæ diuisio. a. 3
Dolor an pertineat ad sensum. a. 216 & 217
Doloris capitis causæ & diuisio. a. 221

ad Doloré quæ Plato adduxit. a. 217
Doloris quænam sint propriæ causæ. a. 217, & 218
Dulcedo non est saporum finis, contra aliquos, sed maturitas. a. 157
Dysenteria quid. a. 242
Dysuria quid. a. 246

E.

Echymomata quæ. a. 318
Ecthymata quæ. a. 317
Elementa miscere pro generatione est opus tantùm naturæ. t. 40
Elementa non dari simplicia. t. a. 39
Elementa quæ & quid sint, & quot, & quomodo cognoscantur. t. 30, & a. ibid.
Elemẽta quatuor esse quomodo probetur. t. 33, 34 & 35
Elementa quomodo à Platone probentur. a. 35
Elementa quomodo misceantur, & de eorum formis. a. 47
Elementa quomodo referant humores. t. 40
Elementa quomodo referunt partes corporis. t. 39
Elementa symbola & asymbola. t. 39
Elementorum materia quæ. t. 32
de Elementorum mixtione, de eorũ substantia & effectu variæ opiniones. t. 42 & 43. & 44. & a. ibidem & præterea 45, 46
Elementorum proprietates. a. 38
Elementum vnum esse quomodo Aristoteles interpretetur. a. 34
Elementum vnum non esse, & de elementis falsæ opiniones. t. 34, 35 & 36.
Elephantia quid. a. 251
Empirica quid, & eius diuisio. t. 4, & a. ibid.
Empyema quid. a. 235
Ephemeræ febris definitio & differentiæ. a. 191
Epiphora quid. a. 230
Epilepsia quid. a. 227, 228
Epinyctis quid. a. 316
Epulis quid. a. 317
Erysipelas & eius differentiæ. a. 317 & 318
Euacuationum diuisio. t. a. 110
Euacuatio quid sit. t. 335
Eucratos quomodo dicatur. t. 53
Excrementa cuiusque partis quid indicent. t. 274
Excrementa quomodo oriantur, & quomodo lædant. t. & a. 103. 104
ex Excrementis indicia. t. a. 266, 267
Exercitij modus & tempus & qualitas. t. 116
Exercitij vtilitas & vis. t. & a. 107, quid de eo senserit Plato. ibid.
Exspiratio & inspiratio quomodo fiant & cur fiant & quid sint, & eorum instrumenta, & quæ animalia ea non habeant. t. & a. 71, & 72.
Exspuitio cruenta vnde. a. 235

F.

Faciei rubor. a. 232
Faciei vitia. a. ibidem
Facultates quæ & quot & quomodo. t. 66. & a. ibid.
Facultates tres. t. 211
Fames quid sit, quomodo fiat, & cur fiat. t. a. 76, & a. 236
in Febre quis calor augeatur. a. 188
Febres ex putredine quæ, quomodo fiant. a. 192
Febres pestilentes quæ. a. 200, 201
in Febribus quæ symptomata fiunt, & eorum causæ. a. 201
Febris an fieri possit ex sanguine putrido. a. 193
Febris composita quot modis dicatur. a. 199
Febris continua quæ, & quotuplex. a. 194.
Febris ephemeræ definitio & differentiæ. a. 191
Febris hectica quæ sit, & eius differentiæ ac gradus. a. 199, 200
Febris intermittens quotuplex. a. 190
Febris maligna quæ. a. 200
Febris intermittentis materia vbi cõtineatur, & vbi putrescat, antiquorum & neotericorum opiniones, & horum confutatio. a. 195, 196
Febris quartana quæ. a. 199
Febris quid. t. 187, a. 189
Febris quid secundùm Auerroem. a. 191
Febris quotidiana quæ & eius differentiæ. a. 198

an Febris sit calor. a. 191
Febris symptomatica quæ. a. 195
Febris synochæ definitio & differentiæ. a. 191
Febris tertiana exquisita & notha quæ. a. 198
Febris tres differentiæ ratione caloris a. 190.
Febrium differentiæ. t.187,188.a.190
Febrium partes esse rigorem, horrorē & frigus, contra aliquos. a. 190
Febrium periodorum quæ sit causa. a. 198
Fieri aliquid quot modis dicatur. a. 28
Finis effectus. t. 8
Finis proprietates. a. 11
Finis quid. a. 8
Fistula quid. a. 321
Fluor muliebris. a. 248
Fluxionis causæ & congestionis. t. 227, 228.
Formæ an suscipiant maius & minus & quomodo. t. 46
Formæ corruptio & spirituum resolutio. t. 322
Formæ proprietates. a. 21
Forma num educatur de potentia materiæ. a. 24, 25
Forma quid. t. 21
Formatrix facultas quæ. t. 80,81.& a. ibid.
in Fractura capitis quid agendum & quomodo dignoscatur. t.& a.313
Fracturæ ossium differentiæ, & morbi qui ossibus contingunt. a. 312,& 313
Fructus horarij qui & quot. t. 118
Fructus varij. t. 119
Frugum inuentores. t. 115
Frugum, leguminum, descriptio & diuisio & effectus. t. 117.& 118
Fungi qui dicantur, & quare noceant t. 118
Furunculus quid. a. 316
Futura præcognoscere non est hominis. a. 362

G.

Galenus aduersus sectas. t. 4. & 5
Galenus dogmaticus sectas delet. t. 2
de Garo. a. 240
Gemmarum virtus & varietas quæ sit & quomodo gignantur & quo pacto differant à Metallis. t. 173, 174, & a. ibid.
Generatio an egeat tempore. a. 29
Generationis & corruptionis exemplum in grano tritici. t. 24,25
Generatio & corruptio non sunt motus. a. 24
Generationis principium quid sit. t. 79
Generatio quomodo fiat, & quomodo videatur motus successiuus. t. & a. 27.
Geometria quid. a. 180
Gingiuæ affectus. a. 232
Glaucoma quid. a. 230
Gonorrhœa quid. a. 245
Grando quid. a. 231
Grauedo quid. a. 232
Grauitas & leuitas quomodo intelligantur in elementis. a. 31, 32
Gurgulionis affectus. a. 233

H.

HÆmorrhois quid. a. 243
Hallucinatio quid. a. 230
Hepar cur neruum non habeat nisi paruum. t. 75
Hepar quomodo chylum attrahat. t. 75
Hepatici qui dicantur. a. 238
Hepatis facultates & operationes. t. & a. 74
Hernia quid, & eius differentiæ. a. 247
Hippocrates primus medicinam artificiosè docuit. t 1
in Homine tria constituuntur. a. 56
Hominis admirabilis structura. t.& a. 83,84,85,86, & 87
Hominis creatio, ex Platone t. 84,85
Hominis & Dei similitudo a.86 & 87
Hordeolum quid. a. 231
Humores an omnes gignantur ab eodem calore. a. 78
Humorum cum musto comparatio. a. 77
Humorum generatio quomodo fiat. t. 77. & a. ibid.
Humorum proprietates. t. 77, 78
Hydrops quid. a. 240
Hypochondriaca affectio a. 240
Hypostasis quid indicet, & eius ratio. t. 273
Hysterica passio. a. 248

Icterit ia

I.

ICteritia quæ. a. 239, 240
Iecoris affectus. a. 237
Iecoris inflãmatio & abſceſſus. a. 238
Iecoris obſtructio quid. a. ibid.
Iecoris ſchirrus. a. ibid
Ignem non eſſe elementum quomodo probetur. a. 34
Ignem non eſſe eundem noſtratem & ſuperiorem, ex Ariſtot. t. 34
Imparibus diebus cur vt plurimum moriantur. a. 258
Impetigo quid. a. 318
Inappetentia vnde. a. 236
Inciſio quando facienda & quomodo. t. 319
Incubus quid. a. 228
Indicatio ab aëre. t. 320
Indicatio à cauſa morbi. t. 288
Indicatio à figura, poſitu, ſitu. ibid. & 291
Indicatio à loco & ſitu. t. 296
Indicatio à raritate & deſitate. t. 293
Indicatio à ſenſu partium. t. 292
Indicatio à virtute. t. 320
Indicatio in morbis organicis. t. 287
Indicatio in ſimilari morbo qualis. t. 286
Indicatio in vnitatis ſolutione. t. 287
Indicatio prima quæ. t. & a. 285
Indicationes pugnantes quæ. t. 326
Indicatio non ſumitur à tempore. t. 301
Indicationũ conſideratio. t. 285, 286
Indicatio quid. t. 283
Indicatio quid indicet. a. 284
Indicia ex excrementis. t. a. 266. 267
Indiuiſibile actu non datur, nec etiã cogitatione. a. 28
Infans quomodo ſit educandus. a. 104, 105.
Inſtrumentali morbo quomodo dicantur aliqua medicamenta eſſe contraria. a. 204
Inſtrumentalis morbus an detur. a. 202. 203.
Inſtrumentalis morbus quid, & eius differentiæ. t. 202, 203
Intellectus non datur ſeparatus, contra Auerr. t. 88, 89. a. 95, 96
Intellectus quomodo intelligat ſine ſenſu. t. 91
Intellectus, voluntas & memoria quomodo idem ſint, & diſtinguantur. t. 89
Inteſtinorum affectus. a. 241
Iouis & aliorum planetarum aſpectus t. 360
Iſchuria quid. a. 246
Iuueni quæ ratio viuendi neceſſaria. a. 104, 105

L.

de LActe & iis quæ ex lacte fiunt. a. 134, 135
Lepra quid. a. 318
Letargus quid ſit. a. 225, & 226
Lienis affectus. a. 239
Lienteria quid. a. 242
Linguæ affectus. a. 233
Loci affecti dignotio à partium colligantia. t. 26
Locorum affectorum dignotio ex excrementis. t. 223, & 224
Locos affectos dignoſcendi ratio. t. 221
Locus affectus quomodo dignoſcatur à modo motus doloris. t. 225
Locus affectus quomodo dignoſcatur à propriis accidentibus. t. 225
Locus affectus quomodo dignoſcatur à ſpecie doloris. t. 224
Lumbrici vnde. a. 243
Lunæ effectus. t. 35
Lux quid ſit. a. 275

M.

MAlacia ſeu pica vnde. a. 237
Materia cæli & horum inferiorum an ſit eadem a. 32, 33
Materia nec forma ſunt quanta, ſed compoſitum. a. 23
Materia prima eſt creata. a. 353
Materia quid. t. 19, & 21
Materia quotuplex ſit, quot modis dicatur, & eius proprietates. a. 21
Maturatio quid. t. 341
Medendi methodum primus nouit Hippocrates. t. 181
Medendi ratio quibus paretur. t. 177
Medicamenta cognoſcendi duplex via. t. 135
Medicamẽta quæ calefaciunt primo ordine, ſecundo, tertio & quarto, quæ ſint. a. 148
Medicamenta quæ primo & ſecundo

ordine humectant, quæ sint. a. 149
Medicamēta quæ, primo, secūdo, tertio, & quarto ordine siccant. a. 149
Medicamenta quæ refrigerant primo ordine, secundo, tertio & quarto, quæ sint. a. 148, 149
Medicamenta temperata quomodo dicantur. t. 145, & 146. 148
Medicamenti purgantis ratio. t. 167
Medicamenti qualitas & quantitas vnde. t. 290
Medicamentorum cognitio Methodum medendi præcedit. t. 121
Medicamento facultas quomodo insit. t. 167
Medicamentorum gradus & latitudines. t. 146, 147
Medicamentorū purgantium ordines tres. t. 167
Medicamentum quomodo purget. a 170, 171, & 172
Medicamentorum temperamentum inueniendi ratio. t. 149
Medicamentum an deferatur ad humorem, an eius virtus tantùm. a. 167, 168 & 169
Medicamentum an detur temperatum. a. 146
Medicamētum quid sit, & quomodo dignoscatur eius facultas. t. 135
Medicamentū simplex quid sit t. 134
Medicinæ finis quis. t. 11
Medicinæ inuentores. a. 1, & 2
Medicinæ partes quæ, t. 252 282
Medicina quid sit a. 8
Medicina quomodo dicatur simplex & composita a. 147, 148
Medicina quomodo dicatur temperata a. 146, 147
Medici officia. t. 100, a. 182
Medico quæ disciplinæ conueniunt. t. 177
Medico quid scire conueniat. t. 121
Melancholiæ signa. t. 310
de Melle. a. 139
Membra præcipua an tria sint an vnum tantùm, quæstio. a. 65
Membra præcipua an sint plura. a. 64, & 65.
Membra præcipua quæ. t. 64
Memoria duplex a. 90
Memoria, intellectus & volūtas quomodo idem sint, & distinguantur. t. 89.
Memoria remanet post obitum, contra aliquos. a. 91
Mensium immoderata euacuatio. a. 248
Mensium suppressio. a. 248
Metalla seu mineralia & semimineralia, & quomodo vnumquodque eorum gignatur. t. 175, & a. 175, & 176
Methodica quid. t. 4
Methodi duæ. a. 180
Methodi medendi principium & radix quæ. a. 180, 181
Methodi principium & finis quæ sint t. 182
in Methodo quid primum. t. 182
Methodus medendi. t. 176
Methodus medendi quæ. t. & a. 282, & 283
Methodus medendi quare inuenta. t. 181
Methodus medendi quot partibus constet. t. 180
Methodus quid. t. ibid.
Mictio cruenta, purulenta & subnigra vnde fiant a. 246
ad Mixtionē nouē requiruntur a. 41
Mixtio quomodo intelligatur apud Arist. a. 43
Mola quid. a. 247
Morbi indices quæ sint. t. 184, 185
Morbi in forma qui. t. a. 186
Morbi in intemperie qui. a. 186
Morbi magnitudo quæ. t. 329
Morborū causæ quot & quæ. t. 206
Morborum cōpositio. t. 220. & a. ib.
Morborū differentias quomodo posuerit Plato. a. 181, & 182
Morborum diuisio. t. 185, 186, 220
Morborū nomina quomodo sumantur. t. 219, & a. ibid. & 220.
Morbus cur fiat in vno loco & non in alio. t. 361
Morbus magnus qui. t. a. 264. & t. 303.
Morbus maximè dignoscitur ex actione læsa. t. 210. & 211
Morbus per se aut per consensum. t. 222
Morbus quid. t. a. 183. quomodo diffe-

differat à symptomate. a. 209, 210
Morb⁹ quot modis terminetur. t. 260
Mores animi an sequantur temperaturam corporis. a. 93, 94
Mores pro temperamenti diuersitate variantur. t. 93
Mortis naturalis duplex causa. t. 101, 102
Mortis non esse causam contrarietatem elementorum. a. 102, 103
Motus diuisio. t. 24, & a. ibid.
Motus quid. t. 23
Motus triplex. a. 265
Mundum esse creatum, ex Platone. a. 352, & 353.
Mũdus genitus, etiam ex Arist. a. 354
Mundus perfectissimus quare. a. 355, & 356
Mundus quare tempore creatus & quare sex diebus. a. 357, & 358

N.

Nares quibus afficiantur. a. 231
Naturæ proprietas cuiusque inuestiganda est t. 343 & 344
Naturales res quæ sint. a. 3, 16
extra Naturam quæ sint. a. 3
Naturalium rerum effectus. a. 22
Naturalium rerum genera. t. 22
Natura quid iuxta Arist. Hippoc. & Plat. t. 18, & a. ibid.
Nausea quid. a. 237
Nephriticus dolor qui. a. 244
de Neruo puncto & vulnerato. t. 309 & a. ibid.
in Neruorum distributione opus naturæ. t. 67
Neruos sensuum & motuũ à cerebro originem ducere dixit Gal. contra Arist. t. 68, & a. ibid.
Neruum habent omnia instrumenta naturalia, & cur. a. 75
Neruus detectus, contusus, ligaměta, tendones, syndesmi. t. & a. 310
Nubecula quid. a. 230
Nutritio quot requirat. a. 75 & 76

O.

OCulorum affectus interni qui. a. 229.
Oculorum externi morbi. a. 230
Odoratus symptomata quæ sint. a. 232
Odore an aliqua animalia alantur, & si alantur, a quibus odoribus suscipiant nutrimentũ. a. 161, & 162
Odor quid sit & quomodo fiat. a. 160
Oedema quid. a. 317
Oesophagus quibus afficiatur. a. 236
de Oleo. a. 140
Olera quæ in cibis assumũtur maximam communitatem habent cũ Medicamentis. a. 123
Olerum omnium numerus, nomina & facultates. a. 124, 125, 126, 127, 128 & 129
Operationes primarias tres esse t. 65
Operatio quid sit & vnde fiat. t. 13 quomodo se habeat in conceptu. a. ibid.
Operatio quid sit & eius effectus & quotuplex sit. t. 60, & a. ibid.
Operatio rursus quid sit & quomodo differat ab actione & factione, & circa quæ versetur, & ad quæ consequatur. t. 62, 63, & a. ibid.
Operatio virum fiat à similari an instrumentali parte. a. 63, & 64
Ophthalmia quid. a. 230 & 231
Ordo docendi triplex. t. 8
Ordo quid sit. a. 8
Ossium fracturæ & vulnera. t. & a. 311 & 312
de Ouis. a. 137
Ozæna quid. a. 231

P.

PAbula quid. a. 318
Paralysis oculi quæ. a. 229 & 230
Paralysis quid. a. 228
Pariendi difficultas. a. 250
Parotis quid. a. 231
Pars quæ sit temperatissima. t. 57
Pars quid sit. a. 14
Partes corporis quæ sint. t. & a. 56
Partes corporis similares & instrumentales & quæ sint. t. 12 & 13. & a. ibid.
Partes quot modis dicantur. a. 12, 56, 57, 58
de Partium affectibus. t. 219
in Partiũm instrumentalium cõstructione opus naturæ quid sit t. 63
Partium dignitas quæ. a. 291 & 292
Partium omnium corporis diuisio & enumeratio. t. 58 & 59
Penis vlcus. a. 246
Peripneumonia quæ. a. 234
Perspectiua, musica, & Astrologia quomodo

modo sint compositæ. a. 180
Pestis cur omnibus communis. t. 363
& quomodo fiat. 365
Pestis futuræ signa. a. 363 & t. ibid.
Pestis quare afficiat. a. 363
Pestis quomodo differat ab endemico & epidemo morbo. a. 366
Pesti quomodo succurrendum. 365
Philosophia quantum Medicinæ cōferat. t. 16 & a.
Philonus & Serapio empiricorum primi. t. 2
Phlegmone quid. a. 315
Phigethlon quid. a. 315
Physiognomiæ cognitio vnde. t. 94, 95.
Physiologiæ vsus. t. 30
Pica seu malacia vnde. a. 237
de Piscibus & de eorum differentiis, iuxta speciem, & aquas & reliqua. a. 137, 138, 139.
Pituita cur nullum habeat proprium instrumentum. t. 77
Pituitæ signa. t. 351
Planetarum qualitates. t. 358
Plenitudo duplex. t. 349
Plenitudo quid. t. 348
Plethoræ signa. t. 350
Pleuritis quid, & ei⁹ differētiæ. a. 234
Polypus quid. a. 232, 317
Potentia quotuplex sit. a. 48
de Potu. a. 140
de Potus varietate. a. 141
Præcepta artis medicæ cōmunia. t. 331
Præsagia circa quæ præcipuè versentur. t. 263
de Præsagiis. t. 252
Præsagium quid sit. a. 252
Præsagiorum differentiæ. t. 253
Præsagium quid turbet. t. 252 & 253
Præseruatio an per contrarium fieri debeat. a. 347
Praxis quid sit, & eius diuisio. a. 3
Priapismus quid. a. 245
Principia tria tantùm sunt. t. 20
Principium morbi quid. t. & a. 255
Principium morbi quomodo dignoscatur. t. 256
Principiū quid & quotuplex sit. t. 18 & a. ibid. & 19
Priuatio quid. t. 20
Priuatio quot modis dicatur. a. 20
& quomodo intelligatur, ibid.
de Proprietatibus occultis. a. 141, 142 & t. 142.
Pulmonis duplex motus. t. 71
Pulmonis intemperies a. 233
Pulmonis obstructio. a. ibid.
Pulsus causæ. a. 265
Pulsus consideratio a. 265
Pulsus consideratio alia. a. 266
Pulsus definitio quæ sit, quid sit, quomodo fiat, & eius differentiæ. t. 72, 73 & a. ibid. & 74.
Pulsus quis motus sit. a. 265, 266
Pulsuum an vnum sit genus tantùm. a. 264, 265.
ex Pulsu virtutis dignotio. t. 264
Purgatio quādo nō adhibenda. t. 343
Purgatio quid. t. 333 & 334
Purgatio vnde fiat. t. 337
Puris generatio. t. 341
Pus quid. t. ibid.
Pustulæ capitis & eorum differentiæ nomina & causæ. a. 318
Putredo quomodo oriatur, & eius causa. a. 192, 193
Putrefactio quæ. a. 192
Putrefactio quomodo differat à corruptione & alteratione. a. 194

Q.

Qualitates actiuæ quæ. t. & a. 37
Qualitates primæ quæ. a. 31
Qualitates primæ secundæ & tertiæ quæ sint. t. 61 & a. ibid
Qualitates quæ sint, quomodo intelligantur actiuè & passiuè apud Aristotelem. a. 54 & 55
Qualitates secundæ quid præstent. t. 168 & a. 173
Qualitatum proprietates quæ. a. 31

R.

Ragades. a. 243
Ragades, condylomata, hæmorrhoides vteri quid. a. 248
Remedia non semper morbo contraria. t. 7
Renum abscessus qui. a. 244
Renum calculus. a. ibid.
Renum inflammatio quid. a. 243
Renum obstructio quæ. a. 244
Resolutionis diuisio. a. 8
Resolutionis effectus. t. a. 9
Resolutio quid. t. 8

Resum-

Resumptiua & præseruatiua quid. t. 346
Reuulsio quid. t. 334
Rhexis quid. a. 230
Rias quid. a. 231
Ructus quid. a. 237

S.

de SAccaro. a. 139
de Sale. a. 139
Saliua saporum vehiculum. a. 154
Salutis indicia quæ. a. 282
Sanguinis quantitas quomodo. t. 335
Sanguinis vomitio vnde fiat a. 237
Sanguis profluens ex vena vel arteria quomodo fiat & quomodo dignoscatur. t. & a. 304
Sanguis quomodo putrescat. a. 193
Sanitas in quibus cõsistat. t. 184
Sanitas quid sit, & in quo prædicamento reponatur. t. & a. 97
Sanitas vtrum sit species specialissima an subalterna. a. 98
Sanitatem quæ lædant. t. 101
de Sanitate Pythagoræ & aliorum sententiæ. a. 100, 101
Sanitatis conseruatio in quibus consistat. t. a. 104, 105
Sanitatis esse quomodo dicatur, & sanitatis plures definitiones. a. 183
Sanitatis quæ latitudo. t. 99
de Sapa. a. 140
Sapientia quid sit. a. 178
Sapientia quotuplex sit. a 178
Sapor acidus. t. 181
Sapor acris qui. t. 153
Sapor amarus. t. 152
Sapor astringens qui. t. 150
Sapor austerus qui. t. 151
Sapor dulcis & pinguis qui. t. 152
in Sapore acido cur nullum sit venenum frigidum. t. 151
à Sapore alimentum nullum. a. 149, & 150
Sapores non ab elementis sed à propriis formis fieri. a. 155
de Saporibus opiniones Platonis & Democriti confutantur. a. 156
Sapor insipidus quot modis dicatur, & quòd impropriè dicatur sapor. a. 151
Saporis acidi & acris conuenientia. t. 153
Saporis acidi facultas. t. ibid.
Saporis amari facultas. t. 154
Saporis austeri & acerbi facultas. t. 153
Saporis dulcis facultas. t. 154
Saporis salsi facultas. t. 154
Saporis salsi reperiuntur aliqui fructus de mente Theophrasti. a. 159
Sapor oleosus. t. 153
Sapor pinguis non est propriè sapor. a. 156
Sapor quid sit. a. 149, 150
Sapor salsus. t. 153
de Saporum mixtione & eius ratione. t. 154
à Saporum natura præcipuè dignoscuntur medicamenta. t. 150
de Saporum natura tres opiniones. a. 154, 155
Saporum numerus. a. 157
Saporum proprietates & facultates. a. 158 & 159
Saporum vera ratio & inuestigatio. a. 152, 153
Saturni cum aliis aspectus. t. 359
Scabies oculi quid. a. 231
Scabies quid & eius differẽtiæ a. 318
Schirrus quid a 317
Scientia quomodo differat ab opinione, à fide, ab intellectu. t. 179
Scientia quomodo fiat, & eius diuisio. t. 22 & a. ibid.
Scientiarum omnium quæ sint principia & elementa. t. 179 & 180
Semẽ mulieris an cõcurrat ad generationẽ actiuè vel passiuè, vel nec actiuè nec passiuè. a. 79 & 80.
Semen quid verè sit. t. 119 & 120
Seni quæ ratio viuendi necessaria. a. 106
Sibilus quid. a. 231
Signa à corporis positu & facie. t. 279
Signa an conceperit femina. a. 249
Signa an marem ferat vtero femina an femellam. a. 249
Signa mortalia quæ t. 279, 280. & 282
Signa quę sint demonstratiua & prognostica. a. 184, 185
Similariũ essentię in quo cõsistat. t. 56
Simplex aliquid quomodo dicatur. t. & a. 41
Simplicium cognitio quomodo habeatur. t. 122

Singulare prius est vniuersali in intellectu. t. 95, 96
Singultus quid. a. 237
Sinus quid. a. 321
Somnus & vigilia quid, & quid præstent. t. 4. 108
Somnus non naturalis quomodo fiat, quos morbos pariat. a. 224, & 225
Sopor vigilans quid sit. a. 225
Spiritus quot sint. a. 66
Spiritus vitalis generatio. t. 70
Sputum quid significet. a. 279, 280 & 281
Status finis & declinationis principium. t. 259
Steatoma, acheroma, meliceridés, talpa, testudo qui affectus sint. a. 321.
Stellarum effectus & varietas. t. 354
Stellarum effectus quomodo præcognoscantur. t. 355
Stellarum proprietates. t. 353
Sterilitas vnde. a. 249
Stigmata & vibices. a. 318
Strabismus qui. a. 229
Stranguria quid. a. 246
Stultitia quid sit. a. 224
ex Sudore dignotio. a. 267
Sugillata quæ dicantur. a. 318
Sycosis quid. a. 317
Symmetrum quid sit, & quomodo consietur, & in quo sit prædicaméto. t. 50. & 51
sub Symptomatis nomine quæ contineantur. a. 210 & 211
Symptomatum quæ febribus accidũt differentiæ. a. 213
Symptoma excrementorũ quot modis dicatur. t. 214 & 215
Symptoma secundum quod sit & tertium. t. 214
Symptomatica febris quæ. a. 195
Symptomatum genus triplex. t. 210
Symptomatum quot differentiæ accidunt ventriculo. t. 213
Symptomatum quot differẽtiæ parti accidere possunt. t. 213
Synochæ febris definitio & differentiæ. a. 191
Systole quid sit. t. 70

T.

TAbes quid. a. 234
ad Tactus sensum an pertineant grauitas & leuitas. a. 215
Tactus sensus peculiare habet symptoma & quare. t 213, & 214, & a. ibid.
Tactus sensus quomodo fiat, & eius instrumenta, & quæ nam à sensu tactus percipi non possunt. a. 214 & 215
Tactus sensus quomodo fiat sine medio, & quodnam sit medium si adest. a. 219
Temperamentorũ inuestigatio. t. 47
Temperamentum natiuum & tẽperamentum partis sunt obseruanda. t. 290 & 291.
Temperamentum quomodo inuestigetur. t. 56
Temperamentum vnius visceris quomodo sequatur aliud. t. 92
Temperatura ad iustitiam. t. 90
Tempora morborum ex duobus pręcipuè dignoscuntur. t. 257
Tempora morborum quæ sint. t. 252 253 & 254.
Temporum mutatio quando futura. t. 357.
Tenesmus quid. a. 242
Theophrastica disciplina quid sit. t. 6
Theorica quid sit, & eius diuisio. a. 3
Thoracis affectionum signa. a. 278
Tonsillarum affectus. a. 233
Tinnitus quid. a. 231
Tremor quid. a. 229
à Tumoris causa indicatio. t. 315
Tumor præter naturam quid, & eius differentiæ. t. 313 & 314 & a. ibid. & indicatio pro eorum curatione. ibid. & 315. & quomodo fiant. ib.
Tumor quando morbus & quando symptoma. t. 318 & 319
Tussis quid. a. 235
Tympanites quid. a. 241

V.

Varix quid. a. 317
Varus quid. a. 232
Venæ sectionẽ quæ impediant. t. 336
Venæ sectio quid. t. 333
Venena quæ dicantur. t. 143
de Venenis & eorum omnium effectibus. a. 162 & 163
Venenorum differentiæ. a. 144
Venenorum omnium effectus a 144, 145

Vene-

Venenorum remedia. a. 163, 164, 165 & 166.
Venenum frigidum sua quantitate tantùm lædit. t. 143
Venerea lues quid. a. 251
Ventorum effectus. t. 355
Ventriculi affectus a. 236
Ventriculi dolor vnde. a. 237
Venus quibus conueniat & quare. t. & a 119
Verrucarum differentiæ. a. 310
Vertigo quid. a. 226 & 227
Vesicæ calculus quis. a. 244
Vesicæ inflammatio. a. 245
de Victus ratione. t. 325
Victus ratio quot modis dicatur. t. 327 & a. ibid.
Vigilia & somnus quid, & quid præstent. t. a. 108
de Vini differentiis. a. 141
Viro quæ ratio viuendi necessaria. a. 104, 105, 106
Virtus animalis vnde ducatur. t. 66
Virtus an vna sit an plures. a. 70
Virtus occulta ceu specifica quæ. t. 170 & a. 171
Virtus quomodo instauranda. t. 323
Virtutis lapsus & alteratio. t. 322
Visionis differentiæ quæ. a. 230
Visio quomodo fiat & variæ opiniones. a. 69
Vitiliginis species. a. 318
in Vlcere carnis excrescentiæ. t. 300
in Vlcere duplex excrementum. t. ibid.
in Vlcere maligno quid sit obseruandum. t. 302
in Vlcere non simplici ordo quis seruandus. t. 301
Vlcerum pulmonis & pectoris differentiæ. t. & a. 307 & 308
Vlcus contusum quid exigat. t. 303
Vlcus cum substantiæ deperditione quid. t. 299
Vlcus ex erosione. t. 307
Vlcus quid sit. a. 301, & 303. & eius differentiæ. ibid.
Vlcus quotuplex. t. 298
Vnguis in oculo quid. a. 230
Vnitatis solutio an verè sit morbus communis, vel impropriè ita dicatur. a. 204, 205
in Vnitatis solutione quæ obseruanda. a. 297
Vnitatis solutio quæ & quotuplex. t. 204
Vocis instrumentorum vitia quæ. a. 235
Voluntas, intellectus & memoria quomodo idem sint, & distinguantur. t. 69
Vomica quid a. 234
Vomitus quid. a. 237
Vrina crassa quid indicet. a. 274
Vrinæ colores qui. a. 277.
Vrinæ colores quid indicent. a. ibid
Vrinæ contenta quæ. a. 279
Vrinæ incontinentia quid. a. 246
Vrinæ odor & color. t. 272
Vrinæ quas partes affectas indicent. a. ibid.
Vrinæ substantia quæ. t. 271
Vrinæ substantia quid indicet. t. ibid.
Vrinæ tenues quid indicent. a. 273
Vrina optima quæ sit. t. 270
Vrina quid sit a. 271
Vrinarum consideratio, & quid in illis primum moliatur natura. t. a. 270.
ex Vrinis cognitio. t. 267
Vteri conuulsio. a. 248
Vteri hydrops. a. 247
Vteri morbi qui. a. 247
Vteri prolapsus a. 248
de Vuæ acerbæ succo. a. 140
Vulnera intestinorũ ventriculi, omẽti, medullæ, spinæ. t. & a. 308
Vulnerum differentiæ. a. 298
Vulnus iecoris aut lienis & renum. a. 309

FINIS.